2706

TEXTUS
METAPHYSICÆ
VETERIS

52

2-C-2

BIBLIOTECA
DEL
Rey N. Señor

VII C 2

152

2
VII
152

S. Bart. 186

I. I. METHAPHISICE

Incipit methaphisica.

Consideratio quidem in veritate difficilis est uno modo et facilis alio. Et signum eius est quod nullus hominum potuit pervenire in ipsam sed quodammodo non deviavit se ab omnibus hominibus, sed omnes homines locuti sunt de natura, et unusquisque eorum aut nichil comprehendit de veritate aut modicum.

Cum ergo congregatum fuerit illud quidem congregatum fuerit ab eo ex omnibus qui comprehenderunt, tunc aggregatum erit alicuius quantitatis. Est ergo facilis secundum hunc modum et est modus quem habemus in consuetudine in dicto in proverbio dicto quod nullus ignorat locum ianue in domo. Et demonstrat difficultatem eius hoc quod non sunt comprehensa [illegible] totum, unde maior pars est. Et cum difficultas eius duobus modis dignum est ut sit difficilis non propter res sed propter nostram dispositionem. Intellectus enim anime apud illud quod est in natura valde manifestum similis est dispositioni oculorum vespertilionis apud lucem solis. Et iustum est non tantum reddere gratias illis cum quibus habuimus communicationem in consideratione sed et illis qui habuerunt in hoc aliquid dignitatis modicum, quoniam iuverunt nos in hoc aliquantulum, quia perceperunt et exercitaverunt nostrum intellectum. Quoniam si Timotheus non esset, tunc careremus multum de dispositione musicali; et si Frinis non esset, Timotheus non esset; et sic est de loquentibus in veritate. Nos enim accepimus quasdam rationes ex quibusdam antiquis, et alii fuerunt causa inveniendi istorum.

Et rectum est vocare scientiam veritatis philosophiam speculativam. Finis enim speculative scientie est veritas, et finis scientie operative est actio. Operantes enim licet considerent in eo quod agitur, tamen non perscrutantur de causa propter se ipsam sed propter illud quod agitur. Et nos non scimus veritatem absque eo quod sciamus causam eius. Et unumquodque principiorum proprie est causa eorum secundum quod sunt alie res que conveniunt in nomine et intentione, verbi gratia ignis in fine caliditatis est. Ergo ut res que est maxime una sit illud quod est causa veritatis rerum que sunt post. Et ideo necesse est ut principia rerum que sunt semper sint semper in fine veritatis, quia non sunt vera in aliquo tempore et in aliquo non, neque habent habentem causam in esse vera in eo quod sunt vera, sed illa sunt causa in hoc aliarum rerum. Quare propter hoc necesse est ut dispositio cuiuslibet rei in esse sit sua dispositio in rei veritate. Et manifestum est quod res habent principium et quod cause rerum entium non sunt infinite, nec secundum rectitudinem nec secundum speciem, scilicet ut species causarum sint plures quam possunt numerari in infinitum. Impossibile est enim secundum naturam ut aliquid sit ex aliquo in infinitum, verbi gratia caro ex terra, terra ex aqua, et aqua ex aere, et aer ex igne, et hoc in infinitum, et non cesset in aliquo. Neque est possibile secundum illud ex quo est principium motus, verbi gratia quod homo movetur ab aere et aer a sole et sol a luce, et hoc in infinitum. Et similiter est in eo quod est [illegible].

Impossibile est enim in hoc procedere

N° 186

in infinitum, ubi gratia ut cursus propter sanitatem et sanitas propter fortunam et fortuna propter aliud, et sic in infinitum, et sic est in eo quod est sicut causa efficiens. ¶ Rebus enim mediis et sunt media in quibus sunt prius et posterius necesse est ut prius sit causa eius quod est post. Si enim quaesitum fuerit a nobis quae est causa trium, dicemus primum; postremum enim non est causa, quia non est causa alicuius eorum, et similiter et medium non est causa eius quod non est causa nisi unius tantum, et indifferens sive fuerit unum medium sive plura, sive finita sive infinita, et partes rerum infinite quae currunt secundum hunc modum et universaliter partes infinite omnes sunt secundum unum modum huius usque ad finem quod propter necesse est. Si aliqua res non fuerit prima, universaliter non fuit causa omnino.

¶ Et impossibile est ut quod habet principium ex suo superiori procedat ad inferius in infinitum, verbi gratia ex igne aqua, ex aqua terra, et similiter fit genus aliquod semper in infinitum. ¶ Fit enim aliquid ut dicitur quod nebula fit ex vapore, sicut dicitur quod ex puero fit vir; sed aliter quod ex aqua fit aer. Cum autem dicimus quod ex puero fit vir, intendimus quod ex re quae est res fit quae iam est, aut ex re imperfecta fit res quae completa est. ¶ Quemadmodum inter esse et non esse est generatio, ita id quod generatur est semper tunc id quod est ens et non ens, illud quod est ens et illud quod est non ens. Addiscens est generatum sciens, et hoc intendimus cum dicimus quod ex addiscente fit sciens. Cum vero dicitur quod ex aere fit aqua, et illud per corruptionem alterius est alterius, et ideo revertuntur res huius dispositionis ad invicem; nec ex viro fit puer. Cum existente non fit id quod erit vel erat, sed post existens fit illud

quod est. Secundum igitur hunc modum dicitur fit ex mane quia est post illud, non dicitur quod mane fit ex die. Alia vero revertuntur ad invicem et secundum hos duos modos impossibile est ut procedant in infinitum; causa autem quae sunt inter duo finita necesse est ut non sint finita. ¶ Ista autem revertuntur ad invicem; corruptio enim unius est generatio alterius, ut aqua et aer. Hic impossibile est ut primum et eternum corrumpatur, quoniam quia generatio ex superiori non procedit in infinitum, necesse est ut primum quod corrumpitur non sit aliud et non sit eternum. ¶ Et etiam illud quod est propter quid fuit vel fiunt res est finis, et hoc est cuius esse non est propter aliud, sed esse aliquorum est propter illud. Necesse est igitur si aliquid sit tale ut ultimum non sit infinitum. Sed si nichil fuerit tale, non erit id propter quod fuit, et isti qui faciunt causas infinitas destruunt finem boni et non percipiunt. Cum nullus incipit agere aliquam actionem quantum non intendendo finem. Et hic est secundum quod dicunt non est intellectus in entibus; habens enim intellectum perfectum non agit illud quod agit nisi propter aliquam rem quae est ultimum actionis; ultimum enim finis ad quem intenditur. ¶ Et est dispositio in eo quo quaeritur propter quid est impossibile est ut sermo de eo sit certe terminos. Prius enim semper est magis dignum in esse, posterius autem non sic, et secundum primum non est quod consequitur illud primum non esse. Et etiam qui hoc dicunt destruunt scientiam. Scire enim impossibile est ut sit sine proveniendo ad illa quae non patiuntur divisionem. Et secundum hoc erit sciens non sciens; res enim infinite quae sunt huius dispositionis im-

possibile est ut comprehendantur ab intellectu. Dispositio enim de linea non est talis, scilicet quod sine ad aptatur stare secundum suas divisiones impossibile est ut comprehendatur ab intellectu non perscrutatum. Et ideo quia in sua ymaginatione accepit lineam infinitam non determinabit divisiones eius. Et non necesse materia est ut ymaginetur in remota. Et impossibile est ut materia sit in aliquo infinito in actu, et si infinitum sit illud, non erit quod est in infinito, tunc non erit infinitum. ¶ Et etiam si species causarum essent infinite in numero, non esset scientia secundum hunc modum. Et nos enim non videmus pervenire ad scientiam nisi quando scimus causas. Sed obedire ei quod audimus est secundum consuetudinem. Desideramus enim illud quod assueti sumus audire, et videmus quod extra illud est inconveniens; immo videmus id ad quod sumus assueti esse inopinabile, sed ei ad quod sumus assueti magis applicabile animo et magis notum, et tu potes scire in legibus quantum facit consuetudo in hoc considerando in legibus. Invenies enim apologos et fabulas propter consuetudinem plus applicabiles animae cum scientia veritatis. ¶ Et quidam homines cum homo non locutus fuerit cum eis mathematice non recipiunt illud quod dicit, et quidam quaerunt testimonium multorum hominum, et quidam quaerunt testimonium versificatorum, et quidam quaerunt loqui secundum perscrutationem maximam, et quidam contristantur per sermonem perscrutatum et odiunt ipsum aut quia non possunt retinere ipsum aut quia assimilo

eius mala est perscrutando scientiam; zizanizando enim in hoc causa perscrutando scientiam zizanizando meditatione et sicut zizanizando in mercatione est malum ita est in sermone. ¶ Et ideo oportet hominem instrui in cognitione modi entium rei quam vult determinare. Malum enim est quaerere scientiam aliquam et modum scientiae quem declarat, et non est facile aliquid istorum. ¶ Et ideo non oportet quaerere in omnibus scientia perscrutationem sicut in mathematicis. Hoc enim non oportet quaerere nisi in eis quae non videntur cum materia, et ideo iste modus non est naturalis quia videtur quod tota natura fere admiscetur cum materia, et ideo oportet nos perscrutari primo quid sit natura. Hoc enim modo apparebunt nobis ea de quibus perscrutamur naturaliter, et utrum considerandum sit de causis principiorum in una scientia aut in pluribus. Videtur enim quod quilibet natura habeat materiam, et ideo oportet quaerere naturam. Primo quid sit et tunc declinabimus per nos ea ex quibus declaratur scientia naturalis. Quidam autem posuerunt aliquam causam et nunc servit illud ex quo fit motus. Sed quidam posuerunt principium cuiuslibet speciei corporum unum quasi species eius. ¶ Quidam autem posuerunt ista duo, et quidam unum de in gradu albius usque ytalicorum ad tempus illorum, et locuti sunt de illis aliquid modicum. Sed sicut dixi, qui ponunt causas diversificant in alia causa. ¶ Quidam enim dicunt ipsam causam esse unam et quidam duas, scilicet illud ex quo fit motus in gradu albius. Pictagorici autem dixerunt duo principia secundum hunc modum, et est illud quod declaratum fuit eis, et est eis proprium dicere

finitum et non sunt alii etiam ap
pellatione ... vel gratia ignem terram
et similia sed ipsum infinitum et id est sub
stantia eorum quibus ponitur et numeratur in
genere album. Et isti sunt con
siderationis valde simplicis in diffi
nitione manifestum et primum enim per
diffinitionem quam dixerunt et hoc esse quod
estimabant esse substantiam rei sicut homo
estimat quod duplum et dualitas est
idem quia duplum est primus dualitate
sed non secundum modum secundum quem aliquid
est duplum est duo. Si ergo non fuit
ita
est multum enim impossibile sequi
tur unum et hoc est quod accidit illis ... tam
venimus de priori et posteriori alia
talia. Et post hoc quod dictum fuit de mo
dis philosophie inventa fuit philosophia plato
nis et sequebatur eos in multitudine
in multis autem erat secundum opini
onem italorum et primum quo ... con
tingit post democritum fuit opini
o her...leorum scilicet quod omnia entia sen
sibilia sunt in fluxu et quod nulla est eis scientia.
Istas ergo opiniones secutus est hac
cepit. Et socrates autem loque
batur in moralibus et nichil dixit
in natura nisi in genere album et ibi fuit
dictum quod fuit acceptum quod esse
fuit ad modum esse aliarum rerum et sen
sibilibus non est aliquid fixum. Iam enim
impossibile est ut sensibilia habeant aliquod
terminum communem cum semper sunt in
transmutatione et vocavit illa que sunt
entium formas. Omnia autem sensibilia
dicuntur preter ista eadem species et multa u
ni nota sunt secundum quod in specie sed iste addit
equivocationem. Pictagorici
autem secundum similitudinem dixerunt quod
entia sunt unum. Plato non addit e
quivocationem communicationem non
aut similitudo que est inter species et di
miserunt perscrutationem universalem
de eis et non contradixerunt nisi in sensibi
libus et in speciebus mathematicis que dicuntur
esse media inter sensibilia. Sen
sibilia autem quedam semper non mobi
lia. Species autem sunt ea que inveniun
tur ad multa et species est illud quod inve
nitur in cunctis et species sunt cause aliarum
rerum. Et quia sunt ex istis et secundum com
municationem in uno sunt species est
causa causarum aliarum. Qui autem dixit quod unum
est substantia nichil aliud est enim quod dica
tur esse unum dixit sermonem proxim
um sermoni pictagoricorum scilicet quod
numeri sunt cause substantie aliarum rerum. Ista
.ii. est opinio illorum. Et quidam
posuerunt loco infiniti duo sicut u
nitatem et quidam posuerunt infinitum
sit ex magno et parvo et hoc est proprium
et quidam posuerunt numerum ex sensibi
libus et quidam dixerunt quod iste res sunt
numeri et non possunt mathematica inter
ista. Cum autem posuerint unum et
numeros et alia a rebus non sicut fecerunt
pictagorici venerunt ad species perscru
tationes de diffinitionibus et non habue
runt antiqui artem de diffinitio
nibus. Qui fecit naturam aliam substantie
secundum quod sunt alii numeri principiis
generantur ex eis generatione naturali
velut res generantur a suo exempla
ri. Verum semper in ea inveniuntur que autem
accidunt sunt eorum dicte. Et quod ista
sunt ex materia currunt recte in genere al
bum. Et species in hoc quod est unum et

facit multitudinem et illis materia
lis ex quo fit multitudo. Ista igitur sunt
exempla et similia principiorum que isti
dicebant. Plato autem diffinit ea
secundum hunc modum in libro suo de
questionibus et manifestum est ex illo quod dixit
et ipse non utebatur nisi duabus causis scilicet
quiditate rei et ea que est secundum ma
teriam. Species enim sunt cause quidita
tis aliarum rerum. Species vero sunt
unum et illud quod est a materia subiecta in
qua sunt species et quedam dicuntur esse in specie
quiditas enim dualitatis est magnum
et parvum et iterum reddit quod causam in bono et in
laudabili sunt elementa unum quorum co
munis certis et sunt ea de quibus diximus
quod perscrutatio cecidit in principiis
et videtur quod omnes isti testantur nobis quod non
possunt causam aliam addere et cum hec manifestum
est quod perscrutatio eadem cadit in prin
cipiis aut secundum omnes istos modos
aut secundum quosdam. Quomodo autem
locutus fuit unusquisque istorum in eis et
quomodo dubitandum est per dubitationes
possibiles in principiis intendendo
est post. Omnes ponentes toti eandem natu
ram quam materiam et ponentes eam cor
poralem habentem magnitudinem ma
nifestum est quod errant modis erroris quia
non posuerunt nisi elementa corporum
tantum non corporum autem non et volunt
loqui de causis generationis et corrup
tionis et loquuntur et sunt de aliis re
bus naturalibus abstulerunt causam
motus et etiam non posuerunt substantie causam om
nino et fuerunt locuti de quiditate illius.
Et cum hoc dicunt quod aliquod cor
pora simplicia sunt principi
um quia non fuerunt sustentati a per
scrutationem eorum de generatione eo
rum ad invicem preter terram scilicet ignis
et aqua et aer non terra hoc quod quedam genera
tur a quibusdam secundum congregati
onem autem aut segregationem et ista fuit
dispositio eorum in principio et postre
mo autem diversificantur in magna di
versitate. Opinio autem que maxime
sequitur ordinem est que ... fuit ex pri
ma mixtione et hec est de minimis cor
poribus et ineffabilibus et ideo omnes dicentes
quod principium est ignis concedunt. Hec
secundum hunc modum concedit unusquisque
eorum quod diffinitio eius est ista scilicet quod est illud
de corporibus cuius ordo est ultimus. Di
centes autem elementum esse unum quod est terra ut
dicere propter magnitudinem partium quia
nullus eorum dicit unumquemque eorum. Quidam
igitur dicunt ignem et quidam aquam et quidam
aerem et non dicunt quod extra sit aliquid
sicut dicebant multi de hominibus quod
omnia sunt terra et esiodus dixit quod
terra est prima primi corporum et opinabatur
quod hec esset famosum et secundum hec nullus
eorum qui dixerunt ignem terram esse et
eorum qui posuerunt quod aer esset den
sior igne et subtilior aqua recte dixit.
Si igitur illud cuius generatio est prima
est postremum in esse naturaliter vel
coctum vel distinctum et maior generatio
eius est postrema tunc dicimus quod aqua est ante
aerem et terra ante aquam eorum dixit. Sunt
igitur ea que dicuntur ponentibus eandem causam
quod sicut iste sermones et propter istam
viam ... ponentibus eas plures
una sicut empedocles dicit enim quod
corpora materialia sunt .iiii. con
tingunt ei ei ista eadem et alia con
tingentia necessaria. Nam locuti

furum de eis in naturalibus rebus quae videntur alterari ad invicem cum necesse sit ut maneant in eadem dispositione semper scilicet ignis et terra et reliqua corpora et iam locuti sumus in eis naturalibus. Et iterum mobilium dicere ponere unam causam aut duas et non recte dixit neque etiam bene dixit cum abstulit alterationem universaliter. Contingit enim dicentibus hoc ut ex calido non fiat frigidum neque ex frigido calidum, idem enim non recipit contraria. Quapropter natura illius generata debet esse una aut ignis aut aqua quod nullus dicit.

Anaxagoras vero qui dicebat elementa esse duo opinabatur hoc propter de sermone dicam quod ipse non intellexit et consequebatur quasdam sophisticationes dixerunt enim ad hoc. Et turpe est ut fiat ens in aliqua dispositione et sermo de eo sit erroneus(?). Omnia autem sunt admixta cum principio. Quapropter necesse est ut primo sint non admixta et admixtio rerum non est propter puritatem et quia passiones et accidentia separantur a substantiis; admixtio enim et separatio eorum sunt simul et qui diligit consequi verum in eo quod dicit verum apparet dicere in suis sermonibus. Quoniam autem fundamento non est aliquid distinctum manifestum est quod non vere dicitur ut nulla quae est dispositio alicuius substantiae dico neque albe neque nigre neque alicuius coloris sed sine colore necessario in eo quod est genus omnium colorum istorum. Et similiter est sine aliqua mixtione et similiter non erit in eo aliquid consimilium partium(?). Et non estimabit hoc habere qualitatem aut hoc aut quantitatem aut aliud omnino quoniam haberet id quod dicitur de aliquo particularium. Illa sunt species illius quod est simplex albi non nigri omnia sunt admixta [illegible] dicit omnia quidem praeter intellectum purum enim est et non mixtus et in istis rebus contingit dicere dictum quo ad principium quoniam quia esse unum et simplex sit possumus ipsum esse indeterminatum antequam determinetur alio modo. Qui dixit alium sermonem aut consimilem non recte dixit et praecipue illi quos diximus [illegible] isti sermones non conveniunt generatione et corruptione et motu tantum et ista perscrutatio de principiis et substantia et causis sufficiat.

Et qui ponit suam considerationem in omni ente dicit entium quaedam sunt sensibilia et quaedam insensibilia et manifestum est quod secundum hunc modum quae possunt in utroque genere. Et ideo si aliquis voluerit experimentari hoc quod dixerunt utrum recte dixerunt an non poterit hoc facere ex scrutatione quam diximus modo.

Et qui vocantur pitagorici utuntur principiis [illegible] et elementis diverso ab eo quo utuntur loquentes in naturis et causa illius est quod non acceperunt illa ex sensibilibus. Mathematica enim sunt sine motu praeter ea quae sunt in astrologia. Et isti semper disputant et loquuntur de natura et considerant celum et partes eius et actiones et passiones et consequentia ad ista et dant illi principia et causas ut inveniuntur in naturalibus. Entia enim non sunt nisi sensibilia et accipiunt illud quod dicitur celum et dicunt in causis et principiis multos sermones sicut diximus.

Attendamus igitur ad illud quod est altius de entibus et praecipue

praecipue ad illud cui conveniunt naturales sermones. Et dicamus quomodo quidam motus est finitus et quidam infinitus et nichil de subiecto ipsi et impari(?) et quomodo potest esse generatio et corruptio sine motu et alteratione et actionibus diversis quae sunt ex celo et quia hoc fuit concessum et fuit declaratum quod ex istis rebus fuit magnitudo, quomodo igitur videtur sic.

Corporum enim hoc est leve et hoc est grave praeter illa quae ponunt et dicunt quod mathematicum est magis dignum eis, scilicet corpora mathematica et sensibilia et ideo non dixerunt de igne [illegible] corporum, sed neque dicunt de sensibilibus sermonem convenientem.

Et etiam quomodo est intelligendum quod passiones numerorum sunt causae et numeri qui sunt ex celo sunt existentes semper et in aeternum(?) et nullus alius numerus est ex quo fit constitutio mundi.

Et cum existimant in aliquo particulari aut estimatione erit secundum illam estimationem et dicunt quod hoc est superius et notius et mixtio et distinctio est demonstratio quod pluribus istorum est numerus quapropter contingit secundum hunc modum ut magnitudines constituantur extrinsecus(?) talis passio enim cum illis eorum quaeque sequitur unumquemque locorum.

Quando quia igitur esse iste numerus qui est in celo et hoc est opinandum quod est unum quodque istorum aut praeter.

Plato autem dicit esse aliud. Opinatur enim quod ista sunt causae sed numeri, sed esse sunt intellectae et ista sensibilia. Dimittamus nunc [illegible] bilia.

De sermonibus pitagoricis talis sermo(?) contenti sumus in hoc quod diximus. Qui autem posuerunt species esse causas primo quaerunt causas ex entibus et ideo accipiunt quod numerus eorum sunt aequales adeo quod si homo voluisset numerare non potuit facere entia minus sic non potest facere ea magis. Species igitur sunt aequales aut non minus et isti dimittunt illud ex quo quaeruntur esse. Et sicut declarant ab eo quando in uno quoque istorum non convenit et in substantiis reperitur in multitudine unum et in istis et in eternis(?).

Et etiam declarant modum quo declarant esse species quia ita habent esse ex quibus enim numquam fit syllogismus necessario(?) sed ex quibusdam non declarantur ea nobis quae estimantur esse species. Secundum autem sermones acceptos a scientiis species non sunt nisi rerum quarum sunt scientiae aut ex uno pluribus in affirmationibus entibus ex magnitudine(?) [illegible] autem alicuius corruptibilis rerum corruptibilium hoc non est nisi ymago alicuius istarum rerum.

Verificantes autem istos sermones quidam dicunt ponunt species de relatione et non opinantur quod aliquid per se est genus dicunt quidam tertium hominem esse et isti auferunt per unitatem sermones qui de speciebus sunt et praecipue qui opinantur dualitatem species esse quae sunt istae et contingit ex hoc quod dualitas non sit prior numero et hoc est relatum ad aliquid de eo quod dicitur de se et alia quae dicunt quidam de opinionibus informis et erraverunt in eis principia et est secundum intelligere de quo dicebant esse formas contingit ut formae non sint tantum substantiarum sed et non substantiarum et similiter scientiae non sunt tantum substantiarum sed et aliarum rerum et talia multa dimittata quae contingunt eis. Secundum autem necessitatem [illegible] et quod estimatur in eis secundum illum ut species substantiarum sunt admixtae necessarium est ut species sint

singulares quia determinatio eorum non est per
accidens. sed necesse est ut quodlibet eorum
sit in se determinatum cum non dicatur de subiecto
sicut accidens dico ut in aliquo sit du-
plum. In illo enim est certitudo sed per accidens.
Accidit enim duplo quod fiunt ex eius materia. res
quarum species sunt substantie sunt in hoc loco sig-
nificantes substantias. illic vero quecumque
sit eius dicitur esse aliquid et cum hoc unum
de pluribus. ¶ Si igitur est species specierum et deter-
minata habent aliquid in quo communicant
quid ergo est illud quod est proprium dualitati
corruptibilibus et dualitas est propria
dualitatibus corruptibilibus in multitu-
dinis dualitas enim est eterna et est eadem
dicitur ergo in utraque alie et de se. et si species non fuerit
eadem tunc erunt equivoca. verbi gratia ut si
aliquis vocet aliquem hominem eburneum et lignum
sine consideratione ad intentionem in qua
communicant. ¶ Et ambigit homo ma-
gna ambiguitate michi quod ad quid iuvant
res sensibiles et corruptibiles et gene-
rabiles et complent de speciebus eternis cum
non sint cause alicuius motus et alteratio-
nis et talis dispositio eorum in scientia nostra est ad
iuvamen in rebus aliis nam substantie eo-
rum preter res. non sunt de substantia istorum.
et ista in sciendo in veritate non sunt
nec est ut aliquis existimat quod causa
in albo est quia albedo fuit mixta cum al-
bo sed hoc est ratio motionis vel intentio-
nis. ¶ Et anaxagoras primo et postea ochachi et alii di-
xerunt quod facile est congregare mul-
ta. hoc est impossibile secundum hanc o-
pinionem immo multe alie res sunt ex spe-
ciebus secundum aliquem modorum quem consue-
ti sunt dicere. Dicere enim si species continen-
tes sunt sermo vacuus similis ser-
monibus significatorum et quid est

illud quod non agit absque eo quod aspiciet
formam potest esse ens et non ens et sine
assimilatur alicui. Et ideo quod socra-
tes erit et non erit et non erit non erit
non exemplar socratis illud exem-
plar. scilicet socrates est et socrates eternus.
¶ Et secundum hunc modum declaratur
quod socrates est eternus et sic multa ex-
emplaria erunt speciei. sicut homo habet
animal et bipedale et homo idem est in istorum.
¶ Et etiam species non sunt exemplaria
rerum sensibilium sed et ipsarum et sic
ergo genus quod est genus multarum spe-
cierum et sic idem erit exemplum et forma
sui ipsius et hoc impossibile est ut estime-
tur esse entia abstracta a substantiis et
substantie non. et si non quomodo erunt substantie species
rerum abstractarum ab eis et hoc demon-
strat in eadem scilicet quod species sunt cause esse
generationis. ¶ Et etiam cum fuerint species
entia non habebunt determinantes si non
fuerit illud quod est lectus quod invenit aliis
rebus sicut domus et anulus et res quas non di-
cimus esse entia. manifestum est quod possibile est
ut sint et ut fiunt res a talibus istis
causis quibus fuerunt dicte. Et si species fue-
rint numeri quomodo erunt cause. Primo vero
quia numeri entium sunt diversi verbi gratia quod
iste numerus est homo et iste est socrates et iste
est plus. quare ergo erunt ille cause isto-
rum et non adiuvant michi si quidam fu-
erint eterna quidam non. ¶ Et cum dif-
finitiones numerorum fuerint convenientes
illis que sunt ante manifestum est quod ali-
quid est causa numerorum sunt iste diffi-
nitiones et manifestum est quod hoc est materia. Et
etiam numeri sunt diffinitiones illorum ad
invicem verbi gratia si diffinitio plures fuerint in
numeris ignis aut terre tunc iste homo autem

erit aliquis numerus aut non quo usque sit
diffinitio aliquorum numerorum et non numerus et non
erunt in ista aliquis numerus et ex pluribus
numeris fit unus numerus. quomodo ergo ex pluribus
speciebus fit una species et sunt fuerint ex hiis
sed ex numeris ut nulle. ¶ Quomodo ergo sunt
iste unitates cum non sint consimiles in
specie contingunt multa impossibilia
et si unaqueque fuerit per se in alia specie non
erunt diverse nec diversa omnia sunt
omnia et quid proficit cum non sint passiva
hec non est de rectis sermonibus nec intel-
ligitur. de necessitate ergo est ponere a-
lium numerum et est substantiam arismetice. Et
omnia media aut sunt ex rebus sim-
plicibus aut ex aliquibus principi-
is aut ex illo extremo est ordinatum
per media. ¶ Et etiam unitates cuius-
libet eorum sunt ex aliquo erit ergo hoc
ex dualitate hoc quod est impossibile et etiam non
erit numerus unum istarum et similiter divisi
in unitatibus quas diximus si fuerint non diversi
secundum hunc modum et eodem modo dicendum
quod elementa sunt .iiii. aut duo. omnes enim
illi non opinantur quod elementum est com-
mune eis. scilicet corpus sed ignis terra sine
corpus fuerit commune eis aut non. Immo
ergo nunc dicemus de illo quod est compositum
per unum sicut ignis et aqua. ¶ Et cum
ita sit numerus non erunt substantie sed mani-
festum est quod si unum est quod illud est princip-
ium et unum dicitur multis modis. sed
illi volunt elevare substantias ad prin-
cipia secundum quod non est possibile. ¶ Lineam autem
componunt ex longo et brevi. et ex
parvo et magno et superficies ex
lato et stricto et corpus ex profundo
et imo. Et quomodo superficies est linea
aut corpus et linea superficies. genus

enim lati et stricti et profundi aliud est
a genere profundi et imi. si longitudo inve-
nitur in eis omnia. ¶ Quoniam autem numerus
talis et pauci different ab istis mani-
festum est. nam aliquid superius inve-
nitur in eis que sunt inferius. immo
nec genus lati est genus profundi. Sed
sicut enim est aliquid ex corpore et
punctum sunt ex aliquo. et istud genus
considerat plato. secundum opiniones ge-
ometricas sed vocat eas principium
linee et multotiens. posuerit hic
lineas non discretas et hoc necesse est ut
sit secundum hunc modum. ubi enim est linea
est punctus. sed cum phisica considerat de
rebus apparentibus. hic non collocatur
in ea [...] de causa que est principium
alterationis. ¶ Cumque intendimus
sermonem de substantia dicemus quod substantie e-
orum sunt alie. et ita quod si diximus quod
illa sunt substantie istorum est tamen. Quoniam autem
sunt continue [...] Jam diximus primo
quod nichil est nec videmus in quibus sunt de
scientiarum et ideo non videmus aliquid intel-
lectuum naturarum quam ponat hanc
causam ergo species non assimilantur ali-
cui principiorum et doctrina est per illas.
quare phisica cum locuta fuerit in aliqua
hora de aliquo. utetur formu-
lis propria illa. et si aliquis acceperit substantiam
de qua loquimur quod [...] naturam mathemati-
cam. hoc non faciet proprie nisi quando
vult dare differentiam inter substantiam et
materiam mathematicam. sicut magnum et par-
vum sicut dicunt naturales quod prime diffe-
rentie substantie sunt raritas et densitas. et
ista non sunt nisi additio et diminutio
in motu. si ergo ista. scilicet sunt motus
manifestum est quod species sunt mobiles. et

omnis magna perscrutatio de natu-
ra non cadit nisi apud estimationem quod de-
clarare est facile unum non est omne quod
non est in actu omnia unum. Secundum intentio-
nem quam si hoc posuit ipsam in esse hoc non
est nisi si concesserit quod est genus illi
omnis et hoc est impossibile in quibus
rebus non est invenitur una diffinitio
convenit eis que sunt in numeris et lineis
et superficiebus et corporibus et quod iam fuit
et quod habet aliquam potentiam. Ista enim non sunt
innata ut sint species. Unde sunt in numeris
unde que sunt mediorum. Illa enim sunt ma-
thematica unde corruptibilium et estima-
tur hic esse aliquod genus quesitum quod queritur
de elementis omnium entium absque eo quod
auferatur quod dicta multis modis
impossibile est ut sint. Sed queritur hoc in
de rebus ex quibus sunt entia in qui-
busdam non ex actione et passione aut
convenientia et hoc non est in quibus sed tantum in
substantia. Et quod perscrutatio est de elementis omnium
entium et querere creationem eorum et hoc
non est unum. Et alio modo potest homo scire elementa omni-
um entium ipse est enim ut aliquid ad-
discat antequam non sciat ante eius. Verbi gratia
quod aliquis addiscat geometriam
sed non ante debet scire aliquid illius scientie qui
vult addiscere nesciet aliquid eo-
rum et sic est dispositio de aliis. Ita quod ars
de qua homines reputant quod doceat
omnia necessario notificat secundum hunc modum.
Et si omnis doctrina sit ex prioribus
aut omnibus aut quibusdam et similiter
illud quod declaratur per demonstratio-
nem et diffinitionem debent preesse in eo
quod propositiones per quas fit illa declaratio
et similiter illud quod scitur per inductionem.
Si igitur scientia est in nostra natura mi-
rum est quomodo evadet a nobis aliquid cum
in nobis est firmissima scientia et etiam quomodo
scitur res que fit ex rebus et quomodo erit
hoc manifestum ambiguitatis enim acci-
dit in istis rebus et quidam rixati
sunt in hiis sicut in pedibus quidam enim di-
xerunt in .z. littera quod .s. et .c. et .a. que est
hominis forme que est composita ex .c. et .d.
et .a. et alii dixerunt unam esse litteram per
se non existentem notis et etiam illud quod est
ex hiis quibus sensum quomodo scitur a ca-
rentibus sensu. Et etiam ista semper
entia cuiuslibet quemadmodum voces com-
posite sunt ex elementis sibi propriis. Et
quia autem illud quod dicimus sunt de causis
naturalibus perscrutati sunt de eo
omnes considerantes et quod nos non in-
duximus. Unum non enim extrinsecam
habeas materiam est expositum. Et dignum
est ut prima philosophia perscrutetur de omnibus
rebus continet enim omnia principia
et ea que sunt prima et quod empedocles
dicit quod diffinitio est os cum ... et illud
per quod res est id quod est et substantia rei. Secundum
hunc modum est et caro necessaria et u-
numquodque aliorum et nullum eorum. Et ideo
est caro et os et unumquodque ceterorum et
hoc non est propter materiam quam ille dicit
que est terra et aqua et aer et ignis ponit
causam in hiis quod dicit istas res. Sed co-
geretur ut dicat aliud. Sed non dixit
illud quod dixit aperte et declaratum
est prius de istis et de suis similibus et nos
revertemur post ad dubitandum in omnibus quo-
modo contingentibus in eis nunc autem
in capitulo est dubio ad de quibus com-
generalibus et aliis rebus.

Necesse est nobis
considerare primo questi-

ones difficiles dicendas in hac scientia
in quibus quidam estimaverunt estima-
tiones diversas et alia que dimiserunt.
Prima enim actio eorum qui volunt com-
prehendere scientiam rerum est perscrutari
de difficilibus questionibus que sunt in illa
scientia. Non enim comprehenduntur ea
que sunt post nisi per dissolutionem questi-
onum difficilium que sunt ante. Et non
potest dissolvere qui ignorat liga-
mentum et hebetudo intellectus de-
monstrat quod hoc est sic. Hebeti enim con-
tingit simile ei quod contingit ligato.
Hebes enim non potest intelligere
unde ligatus nec ideo perscrutandum est
prius de difficilibus propter hoc
quod diximus. Et quia cognoscere
aliquid antequam perscrutetur primo
de eius difficultate assimilatur
illi qui ignorat locum pedis per quem
vadit et etiam qui nescit quod nescit hoc quando in-
venitur. Et similis est illorum qui non
perscrutantur de difficilibus et igno-
tus et finis eorum qui perscrutantur
de eis est manifestus et notus. Et
est bonum ut apud audientem omnium ser-
monum affirmantium et negantium
non sunt propositiones necesse et sufficientes.
Et prima questio questionum difficilium
est illa de qua quesivimus in prologo huius
libri. Utrum consideratio de omnibus
generibus causarum est unius scientie aut plu-
rium. Secunda est utrum scientie est conside-
ratio de principiis substantie tantum aut est
etiam eius considerare de principiis ex
quibus est demonstratio cuilibet. Verbi
gratia utrum idem possit esse affirmativum
et negativum in simul aut non et alia
similia. Verbi gratia utrum est illa eius sunt
entia autem. Tertia questio et si scientie est
consideratio de substantia utrum illa
scientia est eadem omnibus substantiis aut plures.
Quarta si sunt plures scientie utrum na-
tura earum est consimilis in genere aut dicatur que-
dam dicta philosophia et quedam alia. Quinta
et in querendo est necessario utrum oportet di-
cere quod substantie sunt sensibiles tantum aut
sunt alie substantie absque sensibilibus.
Sexta et utrum habeant substantie unum
genus aut plura sicut dixerunt ponen-
tes formas et mathematica que sunt inter
ista et sensibilia. Omnes enim nos perscru-
tari de omnibus istis rebus sicut diximus.
Septima et utrum perscrutatio hec
est tantum de substantiis aut etiam de accidentibus.
Octava et etiam hoc est perscrutandum de eo-
dem et de diverso et de simili et dissimili.
Nona et de contrario. Decima et de
ante et de post. Undecima et de omni-
bus aliis rebus similibus istis de qui-
bus logici perscrutantur cum ponunt
opiniones suas de opinionibus lau-
dabilibus et nobilibus. Duodecima
et est perscrutandum de omnibus accidentibus
que accidunt in omnibus istis. Tertiadecima
et de uno quoque istorum quid sit et non
de hoc tantum sed utrum contradicant ad invi-
cem sibi. Quartadecima et utrum
principia recta et genera sint plures aut
sint per singularia in que dividuntur.
Quintadecima et si sunt genera utrum
genera que dicuntur de individuis sint prima
genera aut ultima. Verbi gratia utrum animal aut
homo est magis primum quam individua
singularia aut non. Sextadecima
sed et oportet nos inquirere perscrutari utrum
sit aliqua causa per se preter materiam
aut non. Septimadecima et utrum

ista causa differt a materia aut non et utrum
unum in numero aut plures. Octaua
decima et utrum aliquid preter est to
tum et dicitur est totum illud per quod disponi
tur materia. aut non est aliud aut in
quibusdam rebus aliud a toto et in qui
busdam non. et que sunt ista entia. No
nadecima et in utrum principia sint
determinata in numero aut in forma et
ratione et loco. Vicesima et utrum prin
cipia corruptibilium eadem sunt aut
diuersa et utrum omnia principia non cor
rumpuntur aut corrumpuntur prin
cipia corruptibilium. Vicesima
prima et perscrutandum est de questione ma
gis difficili omnibus istis questionibus utrum
unum et idem est substantia omnium entium in
est aliud sicut dixerunt pitagorici et
plato aut non. sed est aliud subiectum sicut dixit
empedocles amicitiam et alii ignem
et alii aquam et aerem. Vicesima
secunda et utrum principia sunt uniuersalia aut
sunt sicut singularia rerum particula
rium. Vicesima tercia et utrum sint
potentia aut actu. Vicesima
quarta et est utrum sint prima aliorum
aut sint principia per motum. Iste
enim questiones sunt difficiles et ualde
intricate. Vicesima quinta et cum
hoc perscrutandum est utrum numeri et longi
tudo et figura et puncta sunt substantie
aut non. et si sunt substantie utrum sunt
diuise a sensibilibus an sint in eis.
Difficultas enim non tantum est comprehende
re ueritatem omnium istarum rerum. sed non est faci
le querere debitis. Sed difficultatem
et eorum secundum sermonem ualde.

Dicamus nunc primo de prima questione
utrum consideratio de omnibus generibus
causarum est unius scientie aut plurium et quo
modo est ut una scientia sciat principia
a que non sunt contraria. Notum autem
est quod multa principia non sunt pluri
um entium. quare non dicimus quomodo potest esse
principium motus in rebus non mo
bilibus et quomodo non bonum est in omnibus
rebus non mobilibus sed omne quod est bonum
per se et per suam naturam est finis et com
plementum et est secundum hunc modum
causa. res enim sunt propter illud finis non
et illud propter quod fit aliud complemen
tum alicuius actionis et omnes actiones
sunt per motum. ergo manifestum est
quod impossibile est ut ista causa sit in rebus
que non mouentur erga perfectionem et
inde est non est aliquod bonum per se et in sci
entiis mathematicis nichil declaratur
per istam causam et nulla demonstra
tio fit per illam nec quia est melius nec
quia est uilius et uniuersaliter nullus hominum
inuenit istam talem causam in scientiis
mathematicis. Verumtamen quidam sophi
starum dimiserunt sicut fecit aristotiles
in aliis artificiis in libris v.
gratia carpentaria et sutoria. ille dicit
melius et uilius et artifices et sunt
artes non perscrutantur omnino de bonis
et malis. Manifestum est ergo quod scientie causa
rum sunt multe et omnis causa et principium
habet aliam causam et principium alterius
scientie. Querendum est ergo cuius scientia
istarum est digna ut dicatur philosophia
et qualis sciens est dignus ut nominetur philosophus
et sic notificabitur illud quod querendum
est hic impossibile est enim ut species
omnium causarum sint eidem rei. sicut do
mus causa enim domus ex qua fit mo
tus est artificium et edificator et causa
propter quam fit domus est operatio et materia
domus est lutum et lateres et forma domus
est terminus eius. Secundum ergo quod distin
ximus et diximus quales scientias no
camus philosophiam contingeret ut omnis
scientia uocetur philosophia. philosophia autem ul
tima et prior et nobilior quam alie scientie
que secuntur necesse est ut sit causa com
plementi et boni. alie enim esse sunt propter
istam causam. Et iam diximus prius
quod scientia prima est illud causarum quod est ultima
de scitu est scientia substantie. res enim que scitur
multis modis scitur et plus quod scitur
est de substantia sua. et cum uolumus noti
ficare unamquamque rerum habentium demon
strationem nos estimamus notifi
care eas quando sciemus quid sunt. verbi gratia
quid est quadratura. dicemus ergo quod qua
dratura est medium inuenire et similiter
de aliis causis et actiones et omnis
transmutatio sciuntur a nobis quando sci
uimus principium motus et ista causa
est alia et diuersa a causa complementi.
manifestum est ergo quod cognitio uniuersaliter
quod istarum causarum habet aliam scientiam. Sed
et utrum principia demonstrationis
sint unius scientie aut plurium est dubium et
dico principium demonstrationis illud
quod est acceptum de propositionibus uniuersalibus de qui
bus est sermo quid demonstratio.
verbi gratia quod de quolibet affirma
tio uel negatio et quod impossibile est affirma
re et negare simul et alie propositiones
sibi similes. Nos ergo perscrutabimur u
trum scientia principiorum istorum et substantie
scientie sunt hee eedem aut diuerse et si
non sunt hee eedem scientie que scientia istarum de
bet nominari scientia quesite in hoc loco.
non enim est necesse ut omnia sint unius
scientie. et cum hoc quomodo erunt ista uniuer
salis scientie. scimus enim esse in unaquaque isto
rum alie scientie utuntur eis sicut cognitione
nota ergo ad substantiam earum pertinet
sua declaratio. si ergo habeant demon
strationem oportet ut habeant aliquod genus
subiectum eis et ut quedam magis sint late
ntia et quedam manifestiora. impossibile est enim
ut omnia habeant demonstrationem. quare
necesse est ut demonstratio fiat ex qui
busdam et in quibusdam et unum eorum manu
festum est ergo quod accidit ut unum genus
sit subiectum omnium rerum habentium demon
strationes. Omnes enim modi demonstra
tionis utuntur propositionibus manifestis uniuersalibus.
Et etiam si scientia substantie sit alia a scientia prin
cipiorum demonstrationis que scientia is
tarum est peior aut nobilitate et que
illarum est prior per suam naturam propositio
nes enim uniuersales sunt principia omni
um scientiarum. Si ergo cognitio istorum prin
cipiorum non fuerit philosophi primi. cuius ergo
erit in romano albinus. a. c. et omnino
substantiarum utrum una aut plures omnium
scientie sunt. si quidem ergo non una sit sed plures
cuius substantie ponemus hanc scientiam
esse. unam autem omnium esse est irrationabile et
manifestum demonstratiua sit una de
omnibus per se accidentibus esset quod non con
tingit. Et omnia accidentia tunc
habent unam scientiam et scientiarum demonstra
tionis cum omnis demonstratio ex uniuersalibus
propositionibus notificat accidentia sin
gularia in aliquo subiecto. manu
festum est ergo quod scientia demonstrationis
notificat ex propositionibus uniuersalibus acci
dentia singularia que accidunt u
ni generi. quoniam si scientie est cognitio demon
strationis et aliarum scientie est cognitio

ex quibus rebus est illud et illa est aut scientia
demonstrationis aut alia. Mani
festum quod cognitio accidentium est aut
scientia demonstrationis universalis. aut universalis
in omnibus modis demonstrationis. ¶ Et
in perscrutando est utrum huius scientie ad quam
sit hic sit consideratio de substantiis tantum
aut est eius consideratio etiam de acciden
tibus contingentibus his substantiis verbi gratia
si corpus est aliqua substantia et linee et superficies
utrum cognitio substantiarum et cognitio ac
cidentium que accidunt unicuique generi
substantiarum que declarant scientiam mathemati
ce sint unius scientie aut cognitio acciden
tium est scientia alia a scientia substantie. ¶ Quo
niam si cognitio eorum fuerit unius
scientie. tunc scientia substantiarum erit ex scientiis de
monstrationis. sed non estimamus quod ser
mo in quo dicitur quid est sit per hanc demon
strationem aliquo modo. et si scientia ac
cidentium est alia a scientia substantiarum tunc
expositio istius sermonis est valde dif
ficilis. ¶ Et etiam perscrutandum est utrum
oportet dicere quod substantie sensibiles habeant
esse tantum aut alie substantie sunt ab istis
sensibilibus. ¶ Et utrum quod genus
substantiarum est unum aut plura. sicut illi dicunt
quod mathematica et sensibilia sunt substantie
et quod iste mathematice sunt iste substantie que
sunt inter formas et sensibilia. Nos
autem diximus in sermonibus quos di
ximus de formis quomodo dicunt quod forme
sunt cause et substantie. Sermonibus autem
istorum contingit inopinabilitas
in multis modis et maxime sermonibus
dicentium quod aliquid alie substantie sunt
a substantiis que sunt intra celum et quod ille substantie
sunt sicut substantie sensibiles preter quod ille sunt
eterne. hee autem sensibiles sunt cor

ruptibiles. fingunt enim quod homo in
telligibilis est sicut homo sensibilis
hic et similiter equus et taurus. Ser
mo enim istorum similis est sermoni
fingentium deos esse et quod forme eo
rum sunt sicut forme hominum hic. illi
enim nichil dixerunt aliud quam quod homines
sunt eterni. isti autem sic dixerunt. ¶ Et
etiam si aliquis fingeret substantiam esse inter
formas et substantias sensibiles alias a
formis sensibilibus contingunt
ei questiones multe difficiles. quoniam si
alie substantie sunt inter formas et sen
sibilia alie ab eis manifestum est quod
sic erunt linee alie ab eis que sunt
forme formarum et a lineis sensibi
libus et similiter utrumque aliorum generum.
¶ Et si scientia stellarum est una ista
rum rerum erit etiam aliud celum ab
sensibili celo. et etiam alius sol et alia
luna et sic de aliis que sunt in celo sen
sibili. Sed quomodo oportet nos credere illud. Non
enim est rectum ut illud celum quod fin
gunt sit immobile et etiam impossibile est
omnino ut sit immobile. ¶ Et similiter
de rebus quibus ars aspectiva et qui
utitur musica. Impossibile enim
est ut iste res sint alie ab istis sen
sibilibus propter causas quas dixi quoniam si
sint res sensibiles inter formas
et res cor[...] manifestum est
est quod sunt et sensus et alia inter for
mas et corruptibiles res. ¶ Et
rectum est ut aliquis querat questionem
difficilem et dicat in quibus oportet que
rere istas scientias. quoniam cum fuerit diffe
rentia inter geometriam et me
dicinalem quod una earum est scientia par
tium rerum sensibilium. Manifestum

erit quod alia est ars medicine ab arte
medicine sensibili et erit illa medi
cina inter illas medicinas que est in for
mis et hanc medicinam sensibilem
et similiter de unaquaque aliarum scientiarum.
Sed quomodo potest hoc esse quoniam si possibile fuerit ut
medicina alia est a medicina sen
sibili necesse est ut sint res recipientes
sanitatem alie a rebus sensibilibus et non sit etiam
alid principium a principio sensibili.
¶ Et cum hoc dicitur quod sermo dicen
tium quod geometria est scientia corporum
sensibilium et corruptibilium non est
verus sermo quoniam si ita esset tunc cor
rumperetur per corruptionem corporum
corruptibilium neque est scientia stellarum
istius celi et corporum sensibilium.
Non enim sunt linee sensibiles
ponit geometer. Nulla enim res re
rum sensibilium est linea recta aut
rotunda sicut dicit geometer. circulus
enim non tangit mensuram per punctum
sed per lineam sicut dixit anaxagoras in sua re
darguitione contra geometras. neque
motus celi et circuli eius sunt sicut
ponit scientia stellarum neque conveniunt
puncta cum stellis in natura. Et
quidam fingunt ista que dicuntur esse
inter formas et sensibilia habent esse
sed non sunt separata a sensibilibus immo
sunt in sensibilibus.
Cum igitur voluimus numerare omnia im
possibilia contingentia sermonibus
istorum indigebimus multis ser
monibus sed contenti sumus in hoc
quod dicimus non enim necesse est ut ista medi
a sint in sensibilibus tantum. Sed mani
festum est quod si fuerit possibile ut ista me
dia sint in sensibilibus possibile erit

etiam ut forme sint in sensibilibus ser
mo enim de mediis et formis est idem et si
ita sit continget duo corpora esse in
eodem loco. aut ut sint media im
mobilia in sensibilibus mobilibus.
Et omnino universaliter propter quam causam fingit ali
quis hec media esse et esse in sensibi
libus. ¶ Et cum hoc quod diximus quod hoc contin
git in sermonibus istorum accidit
in eis aliud inopinabile scilicet ut
aliud celum sit ab hoc celo non sepa
ratum ab eo sed cum eo in eodem loco et hoc
difficile potest esse magis eo quod dixi
mus. Ista igitur sunt valde difficilia in
comprehendendo veritates eorum. ¶ Et
difficultas que est in cognitione princi
piorum perscrutandum est enim utrum estiman
dum sit quod elementa et principia sunt
genera. aut sunt illa ex quibus sunt
omnia. verbi gratia utrum elementa vocis et princi
pia eius sint ista ex quibus componun
tur omnes voces aut vox universalis.
¶ Et utrum elementa propositionis sint pro
positiones quarum demonstratio habet esse
cum demonstratione aliarum propositionum
aut elementa eorum est demonstratio
que est omnium propositionum aut plurium.
¶ Et etiam dicunt et qui fingunt quod e
lementa sunt plura. et qui fingunt e
lementa esse unum. dicunt quod principia
corporum sunt ea ex quibus componuntur omnes vo
ces et constituuntur sicut dicit empedocles fin
git quod elementa sunt aqua et ignis et [...]
alia corpora et quod composita sunt ex eis et in
eis. sed non dicit quod ista elementa sunt sicut genera
non generabilium. ¶ Et etiam si aliquis
voluerit scire naturam rerum debet per
scrutari ex quibus componuntur ut
si aliquis voluerit scire naturam

componitur omnes voces et constituuntur sicut dicit

lecti per scrutabitur ex quibus compo-
nitur lectus. cum igitur sciuntur ex quibus
partibus componitur et quomodo constituun-
tur sciet naturam eius. Ex istis igitur ser-
monibus declarabitur quod genera entium
non sunt principia [illegible] secundum cog-
noscendi solum. Si autem sciuntur omnia
ex diffinitionibus necesse est ut genera sint
principia rerum diffinibilium. et similiter
est ut entia cognoscantur per formas
per quas disponuntur entia et genera sunt
principia formarum. tunc genera erunt
principia entium sine. ¶ Et quidam
eorum fingunt quod esse entium scilicet unum
et ens et magnum et parvum sunt ea que ge-
nera. Similiter est ut principia dicantur
duobus modis. diffinitio enim substantie eadem
est et si fuerit dictum quod principia sint du-
obus modis contingeret ut diffinitio
que est ex generibus sit alia a diffinitione que
diffinit rem ex rebus ex quibus est et que sunt
in diffinitione eius. ¶ Et cum hic dica-
mus quod genera sunt principia con-
siderandum est que genera sunt principia
utrum prima aut ultima que in indi-
viduis. Hec enim dubitatio quoniam si universalia
magis sunt principia quam alia. manifestum
est quod genera altissima sunt principia.
hec enim genera conveniunt dicuntur de omnibus que
sunt. Secundum hoc igitur principiorum en-
tium erunt secundum numerum generum unum et ens
principia et substantie entium. Hec enim in
maiori parte dicuntur de omnibus enti-
bus et similiter est ut genus entium sit u-
num aut ens. differentie enim omnium rerum
habent esse necessario. et omnis differentia est una
unio. ¶ Et similiter est ut forme predi-
centur de generibus sed de differentiis predicantur
sed genere prius nisi de formis que in sunt ei.

primorum generum

manifestum est igitur quod si unum et ens sunt
genera non est necesse ut aliqua differentia sit
unum et ens sunt genera. Sed si unum et ens
genera non fuerint non erunt principia.
cum principia sunt genera.
¶ Et etiam perscrutandum est de hiis que sunt
tur cum differentiis et sunt inter altis-
simum genus et individua utrum sunt
genera aut estimatur quod quedam sunt
genera et quedam non et cum hoc utrum dif-
ferentie sunt magis prime quam genera. si
enim differentie fuerint principia erunt
principia secundum hunc sermonem
infinita. et iste sermo non contin-
git dicentibus quod genera sunt princi-
pia prima. ¶ Et etiam si unum est ma-
gis principium quam aliud. et unum
est indivisibile et omne divisibile
dividitur aut secundum quantitatem
aut secundum formam et quod dividitur secundum
quantitatem est aliud ab eo quod dividitur
secundum formam et genera dividuntur secundum
formam et forma secundum quantitatem
erit igitur unum predicabile extremum ma-
gis unum quam aliud. homo enim non est genus
aliquibus hominibus. ¶ Et etiam dicamus quod
in quibus rerum habentium prius et posterius ante
impossibile est ut ipsum genus sit aliud
a formis illarum rerum. verbi gratia quod si prima
numerorum est dualitas tunc numerus nichil aliud
est nisi forma numerorum et similiter nulla
figura est nisi forma figurarum.
et si ita est tunc genera nichil aliud
erunt nisi forme eorum. estimatur
in maiori parte quod genera sunt forme
in individuis autem non sunt autem ad invi-
cem et in ea quorum quedam sunt nobilio-
ra et quedam viliora semper nobilius
est ante vilius. manifestum est igitur quod genera

non est primum principium secundum hanc
intentionem et iste sermo iste est decla-
ratur nobis in existentibus intentionibus
quod predicabilia de individuis sunt
principia generum. ¶ Et etiam dicamus
quomodo oportet estimare quod forme sunt
principia. scilicet cum sermo non est facilis. prin-
cipium enim et causa debet esse aliud ab illis
quorum est principium et causa et ut habeat
essentiam que fuerit separata a rebus.
Sed quomodo potest aliquis estimare ad
tale preter igitur universale predicabile de omnibus
si ergo rectum est dicere quod universalia sunt
prima quia sunt universalia tunc necesse
est ut principia sint ea que sunt magis
universalia quam forme et secundum hoc erit principi-
um [illegible]
Et post hanc questionem [illegible] ab generalia
difficilem alia difficilior omni-
bus que necessario est consideranda et est ista
quoniam si nichil aliud est quam particularia
et particularia cum sint infini-
ta quomodo igitur possibile est ut comprehendatur
scientia infinitorum. ¶ Scimus enim non omnia
per universale unum permanens in sua dispositione
sed igitur iste sermo est necessarius ut aliquid sit
apud particularia necesse est ut universalia genera et pri-
ma sint alia a particularibus. Etiam dixi-
mus in precedenti capitulo quod hoc im-
possibile est et etiam quoniam oportet estima-
re aliquod universale aliud ab omnibus
particularibus. ¶ Dicamus igitur quoniam a-
liquid dicetur de eo utrum illud aliud
sit ab omnibus particularibus aut est aliud ab ali-
quibus quedam aut non est aliud ab aliquo
eorum quoniam si non fuerit aliud a particularibus
nichil erit intelligibile sed omnia erunt
sensibilia. et impossibile erit ut aliud
sciatur per scientiam nisi aliquis fin-
gat quod sensus est scientia et etiam impossibile est

ut aliud sciatur per scientiam nisi aliquis
fingat quod sensus est scientia et impossibile est ali-
quid esse eternum et immobile. omnia enim
sensibilia sunt corruptibilia et si
nichil fuerit eternum et immobile impossibile erit
in generationem esse. necesse enim est generationem
esse ut ex quo sit generatio et ut primum
istorum sit ingenerabile si cessant
sit et impossibile est ut aliquid sit ex
nichilo quoniam si generatio est necesse est ut mo-
tus habeat finem nullus enim motus
est infinitus omnimodo. sed omnis motus
habet finem et complementum et impossibile est ut
sit illud quod possibile est ut fiat. illud autem
quod fit est possibile in primo ut sit necessario.
Et si [illegible] est in quo non generatur
necesse est ut substantia magis sit prima
quam materia. quod si universale non est materia neque
substantia comprehensibilis nichil erit omnino.
Si igitur hoc non fuerit esse universale quod est aliud
ab istis sensibilibus forma et figura
necesse. si igitur non fuerit aliquis hoc con-
tinget ei inopinabile. non enim potest
dici quod est possibile in omnibus rebus sed in qui-
busdam. et in quibusdam non. manifestum est
igitur quod impossibile est hoc esse in omnibus re-
bus. non enim dicimus quod domus sit aliud
a domibus singularibus. ¶ Et cum
hic perscrutandum est utrum substantia omni-
um hominum est una aut non. si enim dicimus
quod substantia eorum est una continget inopi-
nabile quia omnia quorum substantia est
una sunt unum. Et si dicimus quod substantie
eorum sunt diverse hoc etiam erit impossibile
et quomodo autem quomodo potest esse ut materia fit
in aliqua hora cuiuslibet istarum. Deinde
sit utrumque scilicet materia et particularia. ¶ Et
querendum est questionem difficilem de prin-
cipiis. quoniam si principia sunt unum

in forma. inde est unum in numero uel unum generabile. et si ita sit et nullum unum est predicamentum de omnibus rebus. quomodo est scientia aut cognitio. Si autem omnia principia sint unum numero et non fuerint principia quorundam alia a principiis quorundam sicut principia rerum sensibilium. verbi gratia quia ista littera a. et alia est unum in forma et principia eorum sint unum in forma et diversa in numero. si ergo principia entium non fuerint talia sed unum numero non erunt aliud ab elementis. nulla enim est differentia dicere sermonem dicentem unum in numero et dicere unum particulare. dicitur in omni esse particulare in eo quod est unum numero et dicitur universale de illo quod predicatur de istis particularibus. verbi gratia quod si licta vocis essent numero terminata tunc omnes littere et elementum numerum elementorum neque multiplicarentur. uel essent in aggregatione.

¶ Et nos dimisimus perscrutari de questione non minus difficili predictis et est utrum principia corruptibilium sint principia incorruptibilium aut alia. quoniam si principia incorruptibilium fuerint principia corruptibilium quomodo erunt quedam corruptibilia et quedam incorruptibilia et propter quid. Quidam omnes loquentes de rebus divinis laborant ratiocinando ut sufficienter animae sue tantum non nobis. ponunt enim principia esse deos et ex diis et fingunt quod principia que non potaverunt de sublimatione et non gustaverunt de alimentatione mortui sunt.

¶ Manifestum est igitur quod ipsi dixerunt ita et sunt nota apud eos. Sed hoc quod de istis posuerunt causas quoniam gustaverunt et potaverunt est extra intellectum rationem. quoniam si receptio eorum est propter voluptatem tunc intellectu uel ad esse causa alicuius permanentie. et si illa receptio est ut essentie eorum remaneant quomodo erit eterna et indigent cibo et non non oportet perscrutari de sermonibus eorum quorum philosophia est similis picture. sed debemus perscrutari et querere dantes illud quod dixerunt secundum demonstrationem quoniam si principia rerum sint convenientia accidit quod quedam res sunt semper permanentia et quedam corruptibilia et non est necesse ut ista sit sic. enim non dabunt causam in hoc. Manifestum est igitur quod principia entium non sunt convenientia.

¶ Si igitur aliqui estimaverunt se dicere quod in hoc convenit et quod contingit empedocli empedocles. cum fingit complices causa corruptionis et principium eius et estimavit quod ista lis generat omnia preter unum et quod omnia preter deum ex ea sunt. ab hac lite fingit enim in suo sermone manifestum esse quod extitit et generatio omnium que fuerunt et que sunt et que erunt et quod ex ea nascuntur pisces et viri et mulieres et pisces quorum nutrimentum est in aqua et dii quorum vita est longissima. et alia. et fingit quod si lis non esset in rebus omnia essent unum. lis enim cum fuerit cum rebus dispergit eas et non dimittet eas quiescere.

¶ Contingit ei hoc ex sermone. ut deus qui est perfectius in forma sit minoris scientie quoniam aliud quam ei nescit omnia elementa quia lis non est in eo et simile cognoscatur per simile. verbi gratia terra per terram. et aqua per aquam et amicitia per amicitiam.

¶ Manifestum est quod

accidit ex suo sermone. ut lis sit causa corruptionis et non generationis. et secundum hunc modum accidit ut amicitia non sit causa generationis quoniam quando aut fuerint congregata in unum corrumpentur animalia.

¶ Et causam huius empedocles non narravit quare est causa transmutationis rerum. sed fingit quod natura eorum est ita. et fingit quod cum lis maxime fuerit in crescentia in membris et ad nixa in eis congregata generantur in fine temporis illud quod transmutat et transmutat ex res et abstrahit eas a tumino et secundum hunc sermonem apparet quod res transmutatio necessario et non dat nobis causam huius necessitatis. sed tamen dicit huiusmodi sermonis quia esset manifestum in se et cetera. Non fingit quod quedam entia corrumpuntur et quedam non corrumpuntur. sed fingit quod omnia entia sint corruptibilia preter elementa.

¶ Nunc autem perscrutatio est et questio difficilis est. quare quedam corrumpuntur et quedam non si sunt ex eisdem principiis. et hoc quod diximus sufficit in hoc quod principia rerum non sunt eadem. si autem principia sint diversa contingit in questio difficilis. utrum ista principia corrumpantur an non. manifestum enim quod si corrumpuntur quod sunt ex aliquo necessario. omnia enim corrupta redeunt ad ea ex quibus sunt. quare passiones corrumpuntur omnia quia non habent ex quo ex quibus sunt. et sic accidit ut principia habeant alia principia quod est impossibile. hoc enim procedit in infinitum. et in si principia corrumpuntur et confundantur quomodo erit generatio rerum corruptibilium. et si principia non corrumpuntur quomodo ex quibusdam principiis non corruptibilibus fiunt corruptibilia et ex quibusdam incorruptibilia. hoc enim non est rectum. sed aut impossibile est. hoc esse aut indiget multo sermone ad confirmandum. Et dicamus quod nullus dixit quod principia sunt diversa. sed omnes. sed omnes finxerunt quod principia omnium rerum sunt eadem et noluerunt perscrutari de predicta questione sicut illi qui perscrutati sunt de hac questione.

¶ Et nos videmus quod difficilior istarum questionum et magis necessaria ad sciendum veritatem est utrum ens et unum sunt substantie entium et utrum non attribuuntur aliis. sed hoc ens et hoc est unum. aut oportet querere quid est ens et quid est unum tali questione quod alia natura esset subiecta eis. quidam enim homines estimaverunt quod natura eorum est talis et quidam aliter. plato uero et pitagorici non finxerunt ens et unum esse aliud. sed finxerunt quod est natura eorum et substantia eorum ut sit unum et ens naturalis enim sicut empedocles attribuit unum aliud manifestiori et fingit quod unum est ens et forte dicit quod illud unum est amicitia. fingit enim quod amicitia est causa per quam omnia sunt unum. alii vero fingunt hoc unum et ens esse ignem alii aerem ex quo facta sunt omnia entia. et similiter finxerunt dantes elementa esse plura. isti enim coacti sunt ad dicendum quod unum et ens sunt plura secundum numerum principiorum que dixerunt esse. Et si aliquis finxerit quod unum et ens non sunt substantie alicuius rei accidet ut nichil aliorum universalium sit substantia alicuius rei. unum enim et ens magis sunt universalia quam alia.

¶ Si autem unum non est existens per se. et ens non ens existens

per se nullum aliud est existens preter
particularia. et etiam si unum non sit substantia
manifestum est quod non est numerus abstracta
tus a rebus neque aliqua natura separata
ab entibus. numerus enim est unitates. v
num autem est aliquid per se existens so
litarium. si igitur aliquid est unum et est ens
necesse est ut sit substantia. quoniam non de eis
non dicetur quod universale sed illa dicentur per
se et de se. Sequitur enim possibile ut a
liquis dicat quod unum et ens sunt idem
in multe enim et difficiles questiones sunt contra
illum qui sic dicat. quare unde quoniam
est possibile ut aliquid aliud ab istis sit.
scilicet quoniam est possibile ut generationes sint plures
una generatio entis. enim non est nisi entis
et non accidit ut entia sint unum
necessario. sicut dixit parmenides et ut illud
unum sit ens. Secundum quemcumque igitur isto
rum duorum modorum dicatur sed diffi
cile est et grave. quoniam si diximus quod
unum non est substantia et si diximus quod unum
est aliquid existens per se non possibile
erit ut numerus sit substantia. si unum
non fuit substantia. si autem aliquis dixerit
quod numerus est substantia, mirum erit quod dicta
alias et est quod querens de ente utrum sit a
liud ab uno quam est unum. et necesse est
ut ens omne non sit unum et necesse est
et ut sit non unum entia aut secundum unum
aut plura composita ex unis. Et
et si hoc unum est indivisibile erit
secundum hoc quod zeno opinabatur non
esse omnino. fingit enim quod illud quod non aug
mentatur apud additionem nec diminui
tur apud diminutionem est non ens.
Manifestum est igitur quod entia secundum fig
menta eius sunt magnitudines.
Sed igitur entia magnitudines sunt.

sunt magnitudines corporales.
quoniam eorum magnitudo corporalis
est ens omnibus modis. aliarum autem re
rum quedam sunt que quando componuntur
ex quibus sit magnitudo et quedam
sunt que componuntur ex quibus non
sit magnitudo secundum quod dixerunt.
fingit enim quod superficies et linea quando
componuntur faciunt magnitudi
nem. punctus autem et unum non faciunt
magnitudinem. Cum magister
zeno errat in suo sermone et tenet
opinionem tortuosam et possibile est ut
aliquid sit indivisibile. oportet nos res
pondere isti sermoni aliquantulum et
dicamus quod quando uni additur ali
quid non erit maius sed plus et ideo non
erit magnitudo. quoniam quomodo sit mag
nitudo ex tali uno et ex pluribus que ita
sunt et unum. et ducentes similiter dicen
ti lineam componi ex punctis et si
aliquis estimaverit hoc esse et quod numerus
sit ex hoc uno et alio quod non est unum si
cut dicunt quidam queritur ab eo quare
sed non est in uno in quibusdam generibus numerus.
et in quibusdam magnitudo si illud
quod non est unum est quale unum et habeant eam
dem naturam. non enim est manifestum
quomodo numerus fuit ex uno et ex alio quod
non est unum nec quomodo est possibile ut mag
nitudines sint ex aliquo nullorum
et ex hoc quod non est unum.
Et istam questionem consequitur
alia difficilis quod est et est utrum numeri
et corpora et superficies et linee et punc
ta sint substantie aut non. quoniam si non fuerint
substantie tunc recedet a nobis cogni
tio que est et que est substantia entium. motus
autem et passiones et respectus relationis et

et dispositiones [illegible] non esti
mantur significare substantiam alicuius
omnia enim dicuntur de subiecto et nichil eorum dicitur
quod est hoc. illud autem quod estimatur in ma
iori parte significare substantiam est aqua et
terra aqua et terra et aer et ignis ex quibus constitu
untur corpora composita. calliditates vero
et frigiditates in istis rebus et sibi similia
sunt passiones substantie corpus vero est
illud quod determinat istas passiones so
lum quare est ens aliquid et aliqua substantia. sed cor
pus eius est minus superficie in substantia
te et superficies minus quam linea et linea
minus quam punctum et unum. corpus vero
diffinitur per ista. ista vero estimantur
esse sine corpore et hoc possibile corpus tamen
impossibile est ut sit sine istis. Unde
aliqui philosophorum estimaverunt substantiam et
ens esse corpus et quod alie sunt passiones
istius corporis et estimaverunt quod prin
cipia corporum sunt principia entium.
alii autem qui reputabantur se sapien
tiores illis estimabant quod substantia et ens
esset ex numeris. Sic ergo diximus
si ista que diximus non sunt substantie. nulla est sub
stantia omnino nec ens. quoniam non est rectum ut accidentia
que accidunt istis substantiis dicantur sub
stantia sed cum manifestum sit quod longitudi
nes et puncta que sunt corporis sunt maio
ris substantialitatis quam corpora et non inve
nerimus quibus igitur corporibus sunt substantie cum
impossibile est ut sint ex corporalibus sensibili
bus aut forte nulla substantia est omnino et etiam videmus
quod omnia ista sunt divisiones corporis. quedam
enim sunt latitudines et quedam spissitu
dines et quedam longitudines. Et etiam
sed quod in sunt ex corporibus sunt figure scilicet
ex eis. corporis enim necesse est ut habeat aliquam fi
guram. si igitur possibile fuit ut corpus non habeat fi

guram possibile erit ut non habeat divisionem
et dimensionem verbi gratia quoniam si possibile fuit ut
figura non sit in ydolo mercurii possibile esset
ut figura semigenerandi sit in tota fi
gura generandi in romano albo. Et
etiam si quod diximus accidit istis entium
pluralitati similibus erit quibus contin
git generatio et corruptio estimantur
enim quod substantia non primo fuit. deinde fu
it aut fuit prius. deinde corrumpitur et quod
passiones contingunt ei apud generationem
et corruptionem. puncta autem et linee et
superficies impossibile est ut habeant aliquam
generationem et corruptionem. aut in sunt
quandoque quandoque non corpora enim continua
et discreta apud continuationem adunan
tur et apud discretionem fiunt duo et nichil
apud unius corruptionem ei accidat [illegible]
que dividuntur non est sine generatione. punc
tus autem si non dividitur non fit duo punc
ta et si generatur et corrumpitur necessarium
est ut sit ex aliquo albo in romano
Et rectum est querere de que
difficilis est quod sunt querende alie sub
a sensibilibus et a mediis scilicet forme que
finguntur esse sicut enim quoniam substantie
istas preter has scilicet quod mathematica distinguun
tur a sensibilibus per aliud et non distin
guntur ab eis [illegible] sed quod multe sunt for
me sicut [illegible] forme. manifestum est quod prin
cipia eorum non sunt enumerata in numero
sed eadem principia qualitatis que sunt sed
non sunt [illegible] ata in numero. principia enim
cuiuslibet quantitatis non sunt certa in numero
sed forma. nisi principia littere com
posite ex dictionibus littere aut principi
a vocis composite ex dictionibus vocibus. prin
cipia enim istius vocis sunt [illegible] ata
forma et numero et similiter in rebus

modus. si igitur non fuerint alie substantie a
substantiis sensibilibus et a substantiis ma-
thematicis sicut quidam dicunt. manifestum
est formam non esse. sed si concesserimus
formas esse et principia esse creata
modo non formam iam narravimus
quid contingit ex hoc necessario. et quod
impossibile est omnino. ¶ Et assimulatur
illis questionibus dicere ista questio utrum elementa
sint potentia. aut alio modo. si igitur alio modo quomodo
est possibile ut aliquid sit ante elementa et sint
principia. potentia enim est ante illam aliam
causam. illud enim quod non habet potentiam non est
ante necessario. si autem elementa sunt potentia non est
possibile ergo ut elementa non sint aliquid en-
tium. illud enim quod habet potentiam ut sit
non dum est. sed est illud quod non habet esse et non
erit quod non habet potentiam ut sit. hee igitur questiones
vel sunt difficiles de quibus perscru-
tandum est in cognitione principi-
orum. ¶ Et etiam perscrutandum est utrum
principia sint universalia aut particula-
ria. si universalia non sunt substantie. commune enim
non dicitur hoc esse. sed exemplaria. hoc
substantia autem dicitur hoc singulare. si igitur predi-
cabile de rebus dicitur modo communi
quod est hoc. tunc socrates erit multa
animalia. scilicet socrates et homo et animal quoniam unumquod-
que eorum significat quod est hoc unum in se.
ista igitur accidentia accidunt si prin-
cipia fuerint universalia. Si autem non fue-
rint universalia et fuerint sicut principia
exemplaria principiorum particula-
rium tunc scientia non habebit esse. scientie enim
omnium sunt universales. manifestum est igitur quod
si fuerit possibile ut ista principia cog-
noscantur quod alia principia sint
universalia ante particularia que predicantur
de particularibus

R unus
quidem scientie
scientiarum est consideratio
de ente per se et de rebus
que sunt entis per se et ista scientia non est
una earum que dicuntur particulares
quoniam non est alicuius scientie particularis de
ente universali. sed scientiarum particularium est con-
sideratio de accidente quod accidit alicui
parti partium entis divise ab eo sicut
faciunt scientie mathematice. Si igitur questio
principiorum et causarum ultimarum est a
nobis manifestum est ex eo quod necesse est quod is-
ta principia sint sicut principia
alicuius nature per se et ideo quemadmodum sicut
ista principia illi qui querebant
elementa entis necesse est ut non sint elementa
entis modo accidentali sed sint essen-
tialia et ideo oportet nos querere causas que sunt
¶ Ens igitur dicitur multipliciter et
non dicitur equivoce sed attribuitur uni
uni rei et uni nature sicut omne sa-
nans attribuitur sanitati quoddam
enim dicitur sanum quia conservabat
sanitatem. quoddam autem sanum quia facit
sanitatem. et quoddam quia significat et quoddam
quia recipit et similiter omne medicinum et
medicinale et quoddam enim dicitur me-
dicinale quia acquirit medicinam.
et quoddam quia convenit medicine.
et quoddam quia est actio medicine. et
secundum hunc modum possibile est nobis re-
invenire que attribuuntur uni rei
sicut ista que diximus. ¶ Et similiter
ens dicitur multis modis sed omnes illi mo-
di attribuuntur uni rei quedam enim
dicuntur entia quia sunt substantie et quedam quia
sunt quia passiones et quedam sunt
quia vie ad substantiam aut ad relationem

aut quia sunt non ens aut qualitates aut
agentes aut facientes substantiam
aut aliquid eorum que dicuntur esse in substantia
aut quia negant aliquid istorum
accidentium aut substantiam et similiter
dicimus etiam de eo quod non est ens unum quod non
est ens quemadmodum igitur scientia sanorum una si-
cut scientia aliorum similium. Non enim
est unius scientie consideratio de rebus
que dicuntur de uno tantum sed etiam consideratio
de rebus que attribuuntur uni nature
ista enim etiam dicuntur de uno quodammodo. mani-
festum igitur est quod unius scientie conside-
ratio est de entibus universaliter et scientia que est scientia
in rei veritate. in omnibus rebus est scientia
rei prioris per quam continuantur
alie res et propter quam nominantur et dicuntur.
si igitur hoc prius sit substantia manifestum est
quod cognitio principiorum et causarum substantie
debet esse in ipso. et unumquodque genus habet u-
nam scientiam. verbi gratia. scientia vocis est una
et debet considerare in omnibus vocibus et
ideo dicimus quod consideratio de omnibus formis
entis universaliter est scientie unius secundum genus. forme
autem sunt forme formarum. scilicet que sunt hic.
¶ Unum autem et ens cum sint idem et hec
aut eandem naturam consecutio
utriusque est ad alterum sicut conse-
cutio primi et cause unius ad alterum. non
quia eadem diffinitio significet utrumque nulla
differentia est inter ea et si estimantes fue-
rimus tali estimatione. sermo enim
dicentis homo unus aut homo est. aut homo
est iste idem significat. et non significat diversa ap-
iterationem. ¶ Manifestum est quod
sermo dicentis homo iste et homo unus non
significat diversa cum non sit differentia inter dicere is-
te homo et homines in generatione et corrup-
tione et similiter est et de uno. mani-

festum est igitur quod additio nullius idem sig-
nificat et non significat unum ali[illegible] ab
ente. ¶ Et etiam dicamus quod substantia si
fuerit una non modo accidentali et ideo
dicimus quod substantia aliis est eius. mani-
festum est ergo quod forme unius sunt
secundum numerum for[illegible] entis et unius
scientie est consideratio simplex de istis
formis quod unius scientie est considera-
tio de convenientie et simili et aliis re-
bus similibus et universaliter omnia contraria attri-
buuntur huic prime scientie.
Et nos perscrutabimur de hac
opinione cum diffinierimus con-
traria dictiones et partes philosophie secundum nu-
merum substantiarum. manifestum est igitur quod iste
substantie habent unam substantiam priorem
illis et altiorem omnibus necessario cuius
prima genera sunt unum et ens et ideo
sequitur hec genera. philosophus enim assimulatur
mathematico. scientia enim mathematica habet partes
et ultimarum scientiarum mathematicarum hec est prima
et hec est secunda et similiter de aliis secundum hunc mo-
dum. ¶ Et cum scientia una debet conside-
rare de subiectis secundum equalem op-
positionem et oppositum equale in situ unius est
multitudo. manifestum est quod unius
scientie est consideratio de negatione et
privatione consideratio enim de utro-
que est una et unum aut est negatio privatio
vatio que dicitur simpliciter que non est huic autem a-
licui generi. Inter igitur unum et negationem
est differentia quia negatio est ablatio unius.
privatio autem habet naturam subiectam si-
bi de qua dicitur. et unum igitur opponitur multi-
multitudo. unde manifestum est quod op-
ponuntur in loco diversum et dissimile
et inequale et alia que dicuntur hoc modo ali-
quam multitudinis et eius scientie quod dixi

est cognitio universalis et contrarietas est unum istorum et unum dicitur de multis modis. Manifestum est quod, licet contraria dicantur de multis speciebus, tamen unius scientie est cognitio omnium, sicut cognitio universalis et sic est cognitio universalis. Quamvis enim ista dicantur de multis speciebus, tamen cognitio eorum non est plurium scientiarum, sed cognitio eorum est plurium scientiarum cum non fuerint propria eius. Sic dicimus aliquid unum et non dicantur de uno; cum igitur attribuuntur omnia primo quod est primum eorum, videtur igitur quod omnia que dicuntur unum attribuuntur uni priori, et similiter dicimus de illo quod dicitur idem et diversum et contrariis. Oportet igitur determinare post secundum quot modos dicitur unumquodque eorum, et attributio eorum suis principiis, et narrare quomodo attribuuntur eis omnia predicamenta. Quoddam enim dicitur primum quia habet principium quo quietum, et quoddam dicitur primum quia agit actionem primi quoquomodo, et quoddam dicitur primum alio modo istorum modorum. Manifestum est igitur quod oportet scire ista et de eis ... are distinctionem substantie et ita quod est una istarum de quibus perscrutati fuimus in capitulo quod dixi.

Et oportet philosophum habere posse considerandi in omnibus istis. Quoniam si hoc non est philosophi habere posse considerandi, quis igitur debet perscrutari de sermone dicentis quod Sortes est stans et de sermone dicentis quod Sortes est sedens, si isti duo sermones sunt idem, et si unum est contrarium alteri, et quid est contrarium et secundum quot modos dicitur, et similiter de aliis similibus. Cum igitur ista similia fuerint per se passiones unius solius et passiones entis simpliciter et non sunt passiones unius et entis secundum quod sunt numeri aut linee aut ignis, manifestum est quod scientia que notificat unum et ens debet scire quid sit unum et ens et que sunt accidentia que accidunt eis. Perscrutantes igitur de talibus rebus non peccant quia non perscrutantur de rebus que sunt philosophie, sed peccant quia non perscrutantur de substantia istarum rerum que sunt priores que est admodum eius. Sicut enim numerus secundum quod numerus habet accidentia propria, scilicet par et impar et equale et addens et diminuens, et ista sunt numeri per se et per relationem ad invicem, et similiter substantia mobilis et immobilis et gravis et non gravis habent alia accidentia propria, sic et ens simpliciter habet accidentia propria de quibus philosophum oportet perscrutari.

Et signum eius est quod logici et sophiste laborant in eo quod debet philosophus laborare. Scientia enim sophistice est scientia deceptoria tantum; logici autem loquuntur de omnibus rebus, et ens est scientia communis omnibus. Et manifestum est quod isti loquuntur de istis rebus quia sunt propria que sunt propria philosophie. Scientie enim sophistice et logice reducuntur in unum genus, scilicet genus philosophie, sed differt philosophia ab alia illarum modo virtutis et ab alia per considerationem regiminis vite. Logica enim est illud quod est philosophie; sophistica autem estimat scire sed nescit in veritate.

Et quia privatio est una duorum contrariorum et omnium que attribuuntur enti et non enti et uni et multo, sicut quies attribuitur uni et motus multo. Et omnes concedunt quod entia et substantia componuntur ex contrariis et omnes loquentes dicunt quod principia sunt contraria, quorum quidem dicunt quod principia sunt par et impar, et quidam calidum et frigidum, et quidam finitum et infinitum, et quidam amicitiam et inimicitiam. Et in hoc apparet quod omnia et alia attribuuntur uni et multo, et non sciendum cui attribuuntur, in principiorum autem aliorum ab istis ista sic quasi. Manifestum est ex istis quod unius scientie est consideratio de ente. Omnia enim aut sunt contraria aut ex contrariis, et principia contrariorum unum aut multum, et unius scientie est consideratio de istis, sive dicantur de uno sive non dicantur. Et videtur quod iste sermo conveniat veritati. Sed si unum dicitur multis modis, tunc omnes modi eius attribuuntur uni primo, sicut alia contraria attribuuntur uni primo. Et iste sermo est possibilis, et si ens et unum non fuerint idem universale predicabile de omnibus, et si non differt ab aliis predicabilibus contrariis, videtur quod non est sic, sed quedam attribuuntur uni et quedam ei quod consequitur unum. Et ideo geometer non habet dicere quid est contrarium et quid est unum et quid est perfectum et idem et diversum nisi secundum manifestum, sed aut ex suppositione. Manifestum est igitur quod una scientia habet considerationem de ente simpliciter, et quod ista scientia habet considerare non de substantiis tantum sed de eis que sunt substantiarum et de predicamentis et ante et post et genere et forma et universali et particulari et aliis similibus.

Querendum est igitur utrum una scientia habeat considerare de universalibus quibus utuntur scientie mathematice et considerare de substantiis, aut scientia de primis propositionibus est alia a scientia substantiarum. Manifestum est igitur quod consideratio de istis est unius scientie, scilicet scientie philosophi. Ista enim sunt omnium entium in quantum sunt unius generis, propter hoc propria, et omnes scientie utuntur istis quia sunt entia simpliciter, et igitur cuilibet istorum est ens, et scientie utuntur istis secundum quantitatem sufficientem, et ista quantitas est secundum modum eorum que continentur sub genere quod voluit demonstrare.

Manifestum est igitur quod iste dignitates universales sunt omnium scientiarum universalium et entis communicat istis, scilicet quod id quod notificat ens simpliciter notificat ista, et cognitio enim eorum est una. Et ideo nullus considerantium de particularibus intromittit se ad dicendum in eis aliquid, neque ... neque geometer neque aspectivus. Sed quidam naturales dixerunt in hoc aliquid; isti soli estimant se perscrutari de cognitione universalis nature et entis. Sed cum aliqua scientia est magis alta scientia naturali — natura enim est unum genus generum entis — et ideo consideratio de istis abest ei qui perscrutatur de cognitione totius et de prima substantia. Scientia enim naturalis est unus modorum scientiarum, sed non est prima scientia.

Quidam autem loquentes intromittunt se ad declarandum veritatem et quomodo scienda est veritas, sed non possunt hoc quia nesciunt artem dialecticam. Oportet igitur eum ad discentem primo scire ista et non querere ea cum queritur ab eo debitum. Manifestum est igitur quod existentis principii est philosophi debere considerare de rebus que sunt magis alte omnibus substantiis in rei veritate, et debet perscrutari de principiis sillogisticis; et qui habet cognitionem alicuius generis debet posse narrare que sunt principia illius generis et permanentia in rei veritate. Et ideo oportet illum qui habet cognitionem entium simpliciter ut posset

Philosophus autem habet cognitionem entium simpliciter et ipse potest naturae princ. pa

natiuae quae sunt principia eorum in rei veritate. Et istud principium quod est magis permanens quam alia principia est illud in quo deceptio est non possibilis. necesse est enim ut illud principium sit valde manifestum et notum. homines enim non decipiuntur nisi in eo quod nesciunt. et oportet enim qui habet cognitionem alicuius entis scire primum in rei veritate sine conditione. hoc enim primum non habet anakotis sed de necessitate oportet concedere illud qui habet cognitionem entis. hoc enim necessarium est ei. Manifestum est igitur quod primum in rei veritate permanens magis quam alia principia est quod narravimus et paulo post narrabimus quid est principium.

Sed oportet nos primo distinguere quod impossibile est ut unum sit in duobus in simul. et in omni modo et alia similia istis quae erant distincta a nobis in di genia in quaestionibus logicis difficilibus. hoc igitur est primum magis firmum quam omnia principia in eo enim est distinctio dicta. Nullus enim hominum posset estimare quod affirmatio et negatio sint idem sicut quidam estimant quod Heraclitus dicebat. Hoc enim non est necesse quod si aliquis dicit estimetur illud esse necessario quoniam si hoc esset possibile possibile esset ut contraria essent in eodem. et ideo oportet nos primo distinguere in hac propositione quam assueti fuimus distinguere quoniam contradictoria opponuntur sibi adinvicem manifestum est quod impossibile est ut aliquis estimet quod affirmatio et negatio sint in simul. contingeret enim peccantem hoc peccato opinari quod contrarietas est simul. Et ideo omnes qui inducunt demonstrationem perveniunt ad hanc dignitatem postremam. Ista enim dignitas est prior omnibus dignitatibus universalibus communibus naturaliter. quidam enim sicut diximus fingunt possibile esse estimare quod affirmatio et negatio sint simul et idem sicut narravimus et dicunt hoc multi naturales. Nos autem iam diximus quod impossibile est ut affirmatio et negatio sint simul. et ideo declarabimus quod hoc principium est firmissimum omnium principiorum. Et quidam laborant ad declarandum hoc primum per demonstrationem propter ignorantiam suam et paucitatem sue instructionis. est enim male instructus qui nescit in quibus oportet quaerere demonstrationem et in quibus non oportet. impossibile est enim ut in omnibus rebus sit demonstratio universaliter. quoniam si hoc esset possibile tunc res esset infinite. et secundum huiusmodi modum non erit demonstratio. et etiam si in rebus esset aliquid in quo non oportet quaerere demonstrationem. et si in rebus esset nequaquam poterit aliquis dicere quod aliud primum est sicut istud primum. sed etiam ad primus eo et impossibile est ut aliquis accipiat demonstrationem secundum modum erroris quod hoc est impossibile si aliquis dicat a quo quaeritur scilicet hoc si ex michi dicere rectum est deridere illum quaerentem sermonem a quo nullus sermonem habet. quoniam qui est talis simul est plantis in hac dispositione secundum quod est. et si fuerit quod differentia est inter demonstrationem secundum modum erroris et demonstrationem simplicem. quia ille qui inducit demonstrationem si estimaverit quod inducit eam ex per se noto causa est ad hoc erit error et non erit demonstratio dicitur et omnia ista sunt concessio quod sermo aut affirmat aliquid aut negat. Primum igitur omnium istorum est concedere quod sermo aut affirmat aliquid aut negat et dignum est opinari quemlibet hoc esse principium solum manifestum. Et necesse est ut sermo loquentis sit signum de aliquo apud ipsum et apud alium sicut aliquid dicit. quoniam si hoc non fuerit non poterit disputare neque secum neque cum alio. si igitur aliquis concesserit hoc erit demonstratio. concedet enim aliquid esse terminatum et finitum et causa essendi hoc est inducens demonstrationem. immo autem ille contingit concedere quod negat loquelam. et contingit ei concedere loquelam. Manifestum igitur est primo quod iste sermo est verus. nomen enim est significativum aut affirmandum aliquid aut negandum. et si ita sit affirmatio alicuius et negatio non sunt simul et etiam si hoc nomen homo significet unum sit illud unum animal bipedale. et dico hoc nomen unum significat hanc unam intentionem sicut dicam hoc esse hominem secundum quod dicitur quod est homo in rei veritate.

primum sermone

Et si aliquis dixerit quod nomen significat multa sed illa sunt determinata non est differentia inter sermonem eius. possibile est enim ponere multa nomina determinatis rebus nomina convenientes diffinitioni rei. verbi gratia si aliquis dixerit quod hoc nomen homo non significat unum sed multa et quod unumquodque illorum multorum habet rationem et diffinitionem dicentem animal bipes et fuerit quod hoc nomen homo significat illud quod diffinitur per hanc rationem et alia multa quae diffiniuntur per alias rationes sed illa sunt terminata nos dicimus quod possibile est ponere nomen proprium unicuique istorum secundum quod conveniunt diffinitioni eius. Si enim aliquis dixerit quod est impossibile ponere nomen proprium unicuique istorum quae conveniunt diffinitioni eius et si fuerit quod unum nomen significet multa infinita. manifestum est quod illud nomen non est diffinitio omnino quod enim non significat unum nichil significat. Et si nomina nichil significant destruetur sermo et loquela inter nos et in rei veritate destruetur nostra consideratio. Cum enim non intellexit aliquid unum impossibile est ut aliquid intelligat omnino. Si autem intellexerit aliquid esse unum possibile erit ut ponat unum nomen huic alicui intellecto. Si igitur nomen significat aliquid sicut diximus primo et sit nomen alicuius unius et si ita sit. impossibile est ut hoc nomen homo secundum quod est homo significet non hominem. Cum enim hoc nomen homo non significet unam intentionem tantum sed significet in aliquid unum non dico quod predicetur de uno quoniam secundum hunc modum significat musicus et albus et homo idem. et sic efficiuntur hec nomina unum in simul et non erit unum nisi in rebus convenientibus nomine et diffinitione. et impossibile est ut unum sit et non sint in simul nisi secundum equivocationem. verbi gratia quia possibile est ut alii vocent non hominem illud quod nos vocamus hominem. sed illud de quo nos perscrutamur iam non est ut non homo sit et homo sit simul in eadem dispositione sed perscrutamur utrum sit possibile ut homo sit et non sit simul in eadem dispositione. Si igitur non fuerit ita et unum nomen significet hominem et non hominem. Manifestum est quod nomen quod significat non hominem significet hominem et erit sermo dicentis hominem significans non hominem. et

erunt isti duo sermones unum. Similiter erunt si fuerint unum nisi quando dictiones ille vel eorum sunt unum, verbi gratia tunica et vestis. Si ergo isti duo sermones sunt unum, tunc dicere hominem et non hominem significat unum. Sed iam declaratum quod isti sermones significant diversa. Igitur necesse est ut omne quod nominatur homo in rei veritate sit animal bipes; quia hoc nomen homo hoc significat; et cum hoc necesse est impossibile ut sit aliquando non animal bipede. Si igitur aliquis dixerit quod necesse est ut dicere ut hoc nomen homo significat hoc quod impossibile est ut non sit homo. Si igitur ita sit, impossibile est ut sit dicere quod idem est homo et non homo insimul, et iste sermo probatus est in sermone dicentium non hominem esse. Dicere enim hominem aliud significat ab eo quod significat dicere non hominem, sicut dicere album significat aliud ab eo quod significat dicere homo. Dicere enim hec nomina homo et non homo sunt contraria in situ valde magis quam hec nomina album et homo. Manifestum est igitur quod utrumque significat aliud. Si igitur aliquis dixerit quod hec nomina albus et homo significant idem, dicemus ei illud quod primo diximus: omnia enim secundum hunc sermonem sunt unum, et idem non contraria tantum sed omnia.

Si igitur hec non sunt, sic accidit quod diximus, si loquens responderit de eo quod queritur ab eo. Si autem quereretur simpliciter de negativis, non responderet ad quesitum: quoniam possibile est ut idem sit homo et album et alia multa. Sed cum quesitum fuerit ab aliquo utrum sit verum dicere hoc esse hominem aut non esse, verum debet respondere pro nomine quod significat unum eorum de quibus queritur et non addere in sermone suo dicendo quod hoc dicitur homo et album magnum. Impossibile est enim numerare omnia accidentia, cum sint infinita. Et ideo oportet ipsum aut numerare omnia infinita aut non dicere aliquid eorum.

Et similiter si quesitum fuerit multotiens utrum aliquid unum sit homo et non homo, oportet respondere si primo dicitur homo quod est homo, aut quod non est homo et similiter est homo similiter. Tamen hoc oportet respondere de aliis si fuerint aut non sunt. Quoniam qui hoc faciunt non currunt naturaliter. Et isti dicentes hunc sermonem negant substantiam, quod declaratur dictio manifeste destructionis quod sit, et coguntur ad dicendum quod omnia sunt accidentia, et dicere de homine quod est homo et de aliis quod est aliquid et cetera, et quod non est quod quid est. Quoniam si aliquid fuerit homini secundum quod est homo, hoc non erit eius cum non fuerit homo aut secundum quod non est homo. Negationes autem istius sunt alia quam si significat aliquid unum, et illud est substantia alicuius aliquando, et non est significans nisi aliquam substantiam, quod significat essentiam et non essentiam est.

Si igitur hoc quod significat essentiam hominis erit aliud ab eo hoc quod significat aliud ab homine aut quod significat essentiam eius quod non est homo, nichil igitur dicetur, quod nulla est diffinitio talis, sed omnia sunt in accidentali. Per hoc enim differt substantia ab accidente, quoniam albedo accidit homini quia est albus, non quia est illud quod est albedo.

Et si omnia dicuntur modo accidentali, nichil erit primum et universale, et si accidentia sunt, predicatio de aliquo subiecto necessario exibit hoc in infinitum. Sed hoc impossibile est; non ergo congregabuntur nisi in duo. Accidens enim non est per accidens accidentis, sed utrumque accidit eidem homini. Sed autem non est musicus hoc modo, sed quia utrumque accidit eidem. Et hoc est sic dico quod album est musicum et quia utrumque accidit homini. Sed autem non est musicus sicut modo, sed quia utrumque accidit eidem. Quedam igitur accidentia dicuntur secundum hunc modum et quedam secundum alium modum. Omnia enim que dicuntur sicut album in Sorte, impossibile est ut sint infinita in superioribus sicut accidit quod accidit Sorti de albedine. Est enim album et unum, non erit unum ex omnibus, et non erit aliud accidens ex eis que fuerint alba sicut erit musicus. Hoc enim per accidens non est magis quam illud, nec illud magis quam illud, et hic est distinctum. Quedam enim accidunt secundum hunc modum, et quedam accidunt per se, sicut musicus Sorti. Quod igitur est secundum hunc modum non est accidens modo accidentali, sed quod est secundum illum modum. Non igitur dicuntur omnia modo accidentali, sed aliquid est quod significat significationem substantie. Et cum ita sit, manifestum est quod impossibile est ut contradictoria predicentur de eodem.

Et etiam manifestum est quod secundum hunc sermonem omnia erunt idem, scilicet hoc quod est navis et longitudo et homo. Et impossibile est ut affirmativum dicatur de omnibus rebus et similiter negativa, sicut cogeretur ad dicendum qui dicit sermonem Protagore. Iste enim dicit quod homo non existimatur esse navis, et manifestum est quod non est navis, et si duo contradictoria sunt, ergo est navis. Unde contingit quod dixit Anaxagoras quod omnia sunt simul, et nichil est in rei veritate.

Et isti videntur dicere sermonem sive certo esse; et existimant dicere quod est ens et dicunt quod non est. Illud enim in potentia quod est et non in actu est sine termino. Queramus igitur ab eis utrum affirmativa et negativa dicantur in omnibus de eodem. Non enim oportet in omnibus ut dicantur de eodem, sed affirmativa dicitur de aliquo et quod non dicatur de aliquo, verbi gratia quod si dicitur quod homo non est homo fuerit verum, manifestum est et quod non est quod est navis. Quoniam si affirmativa, necesse est ut negativa sit, et etiam si negativa non fuerit negativa, quod est eius dignior est ut sit. Si igitur ista fuerint, erit et eius quod est navis, et si ista fuerint, erit et affirmativa. Hoc erit eis accidit dicentibus hunc sermonem.

Et etiam accidit ut dicant quod non est necessarium ut affirmativa et negativa sint de omnibus rebus. Quoniam si verum fuerit quod homo et quod non homo est, manifestum est quod verum est quod non est homo et quod non est non homo. Ambe enim sunt negative. Si igitur illa una duarum istarum est una in fine opposita, verum erit album aut non album et etiam aut erit in omnibus secundum hanc dispositionem et esse quod licet album et non album et ens et non ens, et secundum hunc modum in aliis affirmativis, et aut non esse, sed erit in quibusdam et in quibusdam non. Si autem non fuerit, hoc est concessum in omnibus. Si autem in omnibus dicentur, et aut negativa de omnibus dicitur de quibus affirmativa, et affirmativa dicitur de omnibus de quibus dicitur negativa, aut in quibusdam rebus dicetur negativa de omnibus de quibus affirmativa et non dicetur de omnibus de quibus dicitur negativa omnino. Et si fuerit secundum hanc dispositionem, tunc erit aliquid quod non est ens, et ista opinio est fixa. Sed igitur illud quod per negativum est aliquid firmum et notum, erit sermo contrarius secundum situm erit manifestior eo.

Et si affirmativa dicitur de omnibus de quibus dicitur negativa, necesse est ut sermo discernens dividentis sit, verbi gratia quod omne album non est album, et si verum erit aut non erit verus, et si non fuerit verum quod dictum fuit per hanc divisionem non dicitur, sed et non quod sunt contradictio, et erit nominatum idem, et sic omnia

erunt idem sunt dicimus et prius et erunt unum
homo et navis et cetera. et negative istorum
et sic sermo de uno quoque istorum. et erunt
idem tunc non differt aliquid eorum ab alio a-
liquo modo. quoniam si differt erit idem in
rei veritate semper et accidit quod diximus
si fuerit possibile ut dicat et similiter et cum hoc ac-
cidit et ut omnes vere dicerent et omnes menti-
rentur et loquens concedit et scit se quod fal-
lat. et manifestum est tamen quod disputatio cum
isto est in eo quod non est. quoniam non dicat hoc esse et
hoc non esse sed dicit hoc et non hoc insimul et
negat et omnia ista et si hoc non esset esset
sermo quod habent omnia aliquid terminatum et
et licet affirmativa fuerit vera ne-
gativa erit falsa et si ista fuerit vera affir-
mativa erit falsa. tunc non est unum ut affir-
mativa et negativa dicantur de eo-
dem insimul. et rectum est dicere hoc esse primum
Et etiam si ille qui estimat quomodo sunt
res et quomodo non sunt contingit ei fallere
et qui estimat utrumque iudicat tunc
sermo de hoc est quod natura entium est talis et

h iudicat.

sive iudicat magis quam ille qui opi-
natur hac opinione iste qui estimat
quomodo sunt entia tunc hoc est erit unum et non
unum et si omnes fallant existimantes dicere
unum. tunc dicens tale non habet sermonem dicere
eum aliquid et non dicere simul. et sive estimat
aliquid estimat. aliquid et si estimatio
eius et non estimatio idem est. in quo igitur dif-
fert a plantis. Et etiam hoc declaratum est
quod nullus opinatur hoc neque de aliis homi-
nibus neque de eis qui hoc dicunt. quoniam cum aliquis
ad ambulat et non stat qui opinatur
quod ambulandum est et non vadit per viam
suam ad puteum stantem in via et
manifestum est quod evitabit ipsum sciens
quod casus in puteo et non casus non est idem.

et estimatio eius non est eadem in malo et in
bono. istius declaratum est igitur quod ipse opi-
natur quod quedam ipsius est bonum et que-
dam non bonum. et cum ita sit scit igitur quod
quedam sunt homo quedam non homo et quedam dul-
ce et quedam non dulce. non enim estimat
omnia esse idem. neque equaliter querit in omnibus
sed estimat quod potus aque sit melior quam
vini et aspicere hominem si hoc querit et ideo
esset necessario homo et non homo sicut dictum
fuit. nichil videretur nisi ad conserva-
dum se ab hoc et non ab hoc. cum igitur de-
claratum est quod cognitio est universalis in omnibus
rebus et similiter fuerit in omnibus rebus sed est in
eo quod est bonum et quod est malum est eius. et si
ista cognitio non fuerit per scientiam sed per esti-
mationem tunc dignius est perscrutari
de veritate quemadmodum oportet infirmum
perscrutari de sanitate quam sanum ma-
gis estimans cum non est ens respectus
scientis. Et etiam si omnia in maiori
parte sunt secundum hanc dispositionem aut
secundum aliam. sed magis et minus sunt
de natura entium tunc non dicemus
quod duo et tria sunt consimilia in paribus et
non est error tantus estimantis nun-
c esse .v. sicut error estimantis quattuor esse
mille. manifestum est igitur quod error estiman-
tis alterius est minor ergo est maioris
veritatis. et si illud quod est magis propinquum
magis tunc erit aliquid de veritate
de quo approximatur verum magis et
sive fuerit illud sed erit magis firmum
bono modo aut malo illa quae sunt in motu. quod enim eorum habet potentiam ut moveatur aliquo motu ut agat aliqua actione est bonum et quod eorum modo econtrario est malum. et maiori parte bonum et malum significant qualitatem in animalibus et istorum in maiori parte in eis quae habent voluntatem. Quaedam relativa dicuntur sicut duplum ad dimidium et triplum ad subtriplum et omnino quod multotiens multiplicatur ad aliud et non omne quod multiplicatur est sicut quod est superius ad id quod est magis superius et quaedam dicuntur sicut calefaciens ad calefactionem et abscindens ad scissum et omne agens ad patiens et quaedam sicut mensuratum ad mensuram et scitum ad scientiam et sensatum ad sensum. primum enim relativorum dicitur modo tamen numeri ad illud quod est modo simpliciter aut certum et per illud refertur ad illa aut ad dimidium sicut ad duplum aut ad unum terminatum sicut duplum ad unum quod est numerus terminatus. Multiplex autem multiplex non est relativum ad unum certum sicut id quod est determinatum de simplicibus autem duplum multiplex superpartiens non est determinatum. totum enim dimidium ad totum et dimidium et numerus ad numerum determinatum. totum enim et pars ad diminutum in parte non est terminatum sicut multiplex ad unum. superius autem ad magis superius modo universaliter non est terminatum secundum numerum. numerus enim est relativus et ista relativa dicuntur secundum numerum non equale et superius ad magis superius est sicut id et id non est certum quia est unum duorum quod excessus comprehendit

aut equale aut non equale et ista dicuntur secundum numerum non equale. Omnia ergo relativa ista dicuntur primum per accidentia numeri et est dicendum alio modo et equale et simile et idem. omnia enim ita dicuntur secundum unum modum quia referuntur ad unum. Sunt ergo eadem quedam quorum substantia est una et similia quorum qualitas est una et equalia quorum quantitas est una et unum est principium numeri et est mensura eorum. Omnia ergo dicuntur relativa sed non eodem modo. Passiva autem et activa per potentiam activam et passivam et actiones potentiarum sicut calefaciens quia calefacit quia potest et calefaciens ad id quod calefacit et abscindens ad id quod abscinditur. Que autem sunt secundum numerum non habent actiones nisi secundum modum predictum in aliis. actiones enim que non sunt per motum non habent. Et dicuntur relativa illa que sunt secundum tempus ut agens ad paciens et id quod aget ad id quod patitur et sic dicitur pater. est enim pater filii pater. quedam enim agentes et quedam pacientes. et quedam dicuntur ex eo quod caret potentia sicut id quod non habet potentiam et omnia que dicuntur similia sicut non creatum. Omnia ergo relativa que dicuntur modo numeri et potentie sunt relativa quia essencia eorum dicitur ad aliquid et non quia aliquid aliud dicitur ad illa. mensuratum autem intellectum et scitum dicuntur ad aliquid quia aliquid dicitur ad id. Intellectum enim significat habere intellectum et intellectus non est relativus ad illud cuius est intellectus quoniam si sic dicatur tunc idem dicetur bis verbi gratia. Similiter visus ad aliquid non est. visus cuius est et si iste sermo est verus sed dicitur visus coloris aut ad aliud aliquid tale per illud autem idem dicitur bis aut id cuius est visus. relativa que dicuntur per se quedam sic modo dicuntur. Et quedam dicuntur quia sunt talia genera sicut medicina que est relativa quia suum genus quod est scientia estimatur esse relativum. et etiam omnia que sunt in eis et dicuntur relativum sicut est equalitas quia equale et similia propter similitudinem. Et relativorum est quod dicitur modo accidentali sicut homo cui est relativus quia accidit ei esse duplum alicuius rei et hoc est relativorum et sic album accidit eidem ut sit duplum et album esse.

Perfectum dicitur uno modo id quod impossibile est invenire aliquam partem sui omnino extra id sit aliquid tempore enim perfectum cuiuslibet rei est id quod impossibile est invenire extra id sit aliquod tempus quod sit pars illius temporis. et sicut quod habet studiositatem et quod dicitur bonitatis modo quod nullam dignitatem habet super genus sicut dicitur medicus perfectus et musicus perfectus cum non habent diminutionem in modo studiositatis proprie. Et secundum hunc modum dicitur in hominibus fedis secundum transumptionem sermonis. dicimus enim mendacem perfectum et latronem perfectum. Et vocamus eos nomine bonitatis et sicut dicimus quod iste est bonus latro et bonus mendax. Virtus quoque ergo omnium rerum perfectarum et omnes sic dicuntur perfecte cum non diminuitur in modo studiositatis sue aliqua pars omnino. Et etiam dicuntur perfecta illa que habent perfectionem nobilem sicut est perfecta per suam perfectionem. perfectio ergo est finis aliquis per suam transumptionem

sic tempus

a rebus malis. et dicitur quod aliquid corrumpitur perfecta corruptione et destruitur perfecta destructione quando de corruptione nichil diminuitur. sed est valde malum et ideo corruptio modo transumptionis dicitur perfectio. quia utraque est finis. Perfectio ergo et id quod propter quod fit aliquid sunt fines et que dicuntur perfecta per se secundum hos modos dicuntur quedam quia non diminuitur aliquid ab eis de bonitate nec est in eis excessus et magis et non invenitur extra illa. et quedam modo ubi quod non est in eis nobilitas in unoquoque genere et nichil est extra illa. Alii autem modi secundum hunc modum aut quia agunt aliquid tale aut quia habent aut quia conveniuntur aut quia dicuntur aliqua alia que proportione attribuuntur ad illa que dicuntur perfecta primo modo.

Dicitur finis illud quod est ultimum in quantitate unicuiusque rerum et id ex quo nichil extra invenitur et sit primum et quod est primum omnis eius partes sunt intra et id quod est forma in magnitudinis aut habentis magnitudinem. et imperfectio cuiuslibet rei et sic id ad quod est motus et non est illud ex quo est motus et forte utrumque illud ex quo et illud ad quod. et id quod est propter quid in unaquaque rerum et quod essentiam significat cuiuslibet. Hec enim est finis cognitionis et quod est cognitionis est rei et declaratum ergo est quod secundum numerum modorum principii dicitur et finis et magis et principium enim est aliquis finis et hoc intra non dicitur per omnibus modis.

Quod est per se dicitur multis modis. Uno modo dicitur forma et substantia cuiuslibet rei sicut dicitur per se bonum id quod est bonum et alio modo id in quo est aliquid primo naturaliter ut color in superficie. Illud ergo quod primo dicitur per se est id quod dicitur per formam et dicitur secundo modo in materia et subiecto cuiuslibet et ille que est per se et causa essentialia sunt in essentia. dicitur enim ad quem essentiam facit hoc et dicitur causa facit hoc et essentia ad quam essentiam non concludit nisi ad conclusionem et dicitur quod est causa conclusionis aut non. Et etiam dicitur per se id quod significatur est per se situm sicut stans aut ambulans. omnia enim ista significant locum ad situm. Manifestum est ergo quod id quod est per se dicitur multis modis. primo enim dicitur per se id quod significat quiditatem cuiuslibet rei sicut dicitur quod Callias est Callias per se. in sua enim diffinitione est unum et Callias est aliquod animal. Et etiam alio modo cum in aliquo apparuit primo sicut superficies que est alba per se et homo est vivus per se. quia anima est aliqua pars hominis et in ea est vita primo. Et etiam illud quod non habet aliam causam. cause enim hominis sunt multe animal et bipes. sed tamen eius per se secundum quod est homo est homo et omnes que sunt eiusdem sunt humanitas. est enim humanitas sicut genus per se.

Situs autem dicitur in habente partes secundum ordinem partium. aut secundum locum aut secundum potentiam aut secundum formam. debent enim habere situm aliquem sicut sonat hoc nomen situatum.

Dispositio dicitur uno modo quasi actio a habente eius cuius est sicut aliqua ars aut motus cum enim aliquid agit et patitur tunc passio est inter ea et sic passio inter vestientem et vestitum est dispositio. Manifestum est quod impossibile est quod ista dispositio sit aliquid et dicitur dispositio alio modo secundum positionem et est secundum quam positio rei est bona

-ius mala aut possibile autem in hoc aliquid, ut sanitas est aliqua dispositio quia talis secundum unam dispositionem. Et dicitur etiam dispositio cum fuerit pars alicuius quod dicitur secundum unam dispositionem taliter modo, et ideo bonitas etiam partium est aliqua dispositio.

Passio dicitur uno modo qualitas qua possibile est transmutari ut album et nigrum et dulce et amarum et grave et leve et alia. Et alio modo transmutationes et actiones istorum. Et etiam magis dicitur ipse rerum transmutationes nocentes et motus, et maxime nocentium et magnae contristantes. Actiones autem magnae et delectabilia et contristabilia dicuntur passiones.

Privatio dicitur uno modo cum aliquid non habuerit illud quod natura eius est esse in aliquo licet ipsum non habeat naturam, verbi gratia quando dicitur quod plantae carent sensu. Et alio modo cum non habuerit illud quod debet habere per suam naturam ut homo caecus. Modus enim carendi visu in homine est alius a modo carendi visu in talpa. Et cum privatio secundum genus habeat possibile et tamen cum non habuerit in qua natura et in tempore in quo debet habere et non habet. Caecitas enim est privatio alicuius, caecus enim non est in omni tempore sed in tempore in quo debet habere visum, et similiter si fuerit possibile aut refertur ad aliquid. Et abstractio quae fit violenter in unaquaque rerum dicitur privatio. Secundum quot enim modos dicuntur quae fiunt per negationem erunt modorum privationis. Et dicitur enim inaequale quod in natura non est, et dicitur non visibile quod non habet colorem omnino, et dicitur non habens pedem qui non habet pedem omnino et quia claudus est et corruptum ambulat. Sic dicitur non habere possibilitatem quod est debile et illud quod non est facile aut quod non est aptabile non abscindibile. Non enim dicitur illud quod omnino non abscinditur, sed illud quod non faciliter abscinditur, et etiam illud quod non bene abscinditur. Et etiam illud quod non habet omnino, non enim dicitur caecus qui non habet unum oculum, sed ille qui non habet visum in utroque oculo. Et ideo non omne bonum aut malum aut iustum aut iniustum sed inter haec.

Habitus dicitur multis modis. Uno modo dicitur quod potest adquirere aliquid secundum naturam suam aut secundum studium suum. Et ideo dicitur quod homo habet castrum, et tunc tores habent civitates et vestientes habent vestimentum. Et alio modo cum fuerit aliquid in alio similiter recipienti, ut cuprum quod habet formam idoli et corpus quod habet infirmitatem. Et alio modo sicut continens cum contento; continens enim dicitur habere contentum, sicut cyphus enim dicitur habere aliquid humidum et civitates habere homines et naves habere nautas, et secundum hunc modum dicitur totum habere partes. Et etiam dicitur habere illud quod prohibet aliquid moveri aut agere aliquid, sicut dicitur quod domus habet parietes super se. Et sic fabricatores dicunt quod caelum habet Atlantem, quasi non esset caelum caderet super terram, sicut dicunt quidam loquentes in naturalibus. Et secundum hunc modum etiam dicitur continens cum rebus quas continet quod habet illas, quasi unaquaeque earum esset separata ab alia. Et species quae dicuntur esse in aliquo sunt similes speciebus habitus.

Ex aliquo dicitur uno modo sicut dicitur esse aliquid ex materia, et hoc dicitur duobus modis, aut secundum primum genus aut secundum ultimam formam, verbi gratia quando forte dicitur quod omnia liquabilia sunt ex aqua, et forte dicitur sic idolum est ex cupro. Hoc enim est initium continuitatis. Et alio modo illud quod est compositum ex materia et forma ut partes ex toto et metrum carminis sicut metrum versuum qui dicuntur ex domo. Forma enim est complementum, et completum est illud quod habet complementum, et quidam dicunt sic forma ex parte et sic homo ex bipede, et etiam alio modo sic idolum ex cupro quod est ex materia sensibili aut sub sensibili, et etiam sic forma quae est elementum formae. Quia dicunt ergo istorum dicuntur his modis, et quaedam quando partes istorum fiunt ab aliis istarum specierum, ut filius ex patre et matre et terra ex plantis. Sunt enim ex quibusdam partibus. Et alio modo quae sunt post in tempore, ut nox ex die et pluvia ex sereno. Sunt enim post illa. Et quaedam istorum dicuntur hoc modo illa quae habent potentiam transmutari ad invicem sicut ista modo praedicta, et quaedam quae sequuntur se ad invicem in tempore tantum, sicut dicimus quod ex uno fit occasus solis, id est post meridiem, et dicimus quod ex motibus dignus fit Hercules.

Pars dicitur uno modo in quo possibile est quantitatem dividi quoquo modo. Omne enim quod diminuitur ex quantitate secundum quod est quantitas semper dicitur pars illius ex quo diminuitur, sic dicitur quod duo sunt pars trium quoquo modo. Et alio modo illud quod mensurat ista tamen, et ideo forte dicitur quod duo sunt pars trium et forte non est. Et etiam illud in quo possibile est formam dividi absque quantitate dicuntur etiam partes, et ideo dicitur quod formae sunt partes generis. Et sic illa in quibus dividitur aliquid aut ex quibus componitur totum aut forma aut habens formam, sicut sphaera cuprea; cuprum enim est pars illius, et hoc est materia in qua est forma, et angulus etiam est pars, et etiam illa quae sunt in diffinitione quae significat unamquamque rerum sunt etiam partes totius, et ideo dicitur quod genus est pars formae.

Totum dicitur illud a quo non diminuitur aliqua pars eorum quibus dicitur totum. Et dicitur totum naturaliter continens ad contenta, quod contenta sunt unum, et hoc duobus modis, quia aut sic unumquodque rerum est unum aut sic unum ut in istorum. Universale enim et illud quod dicitur universale esse universale sic aliquid continens plura et de particularibus praedicantur, et etiam omnia unum sicut pluralis, sicut et in homine et in equo; ambo enim sunt animalia.

Continuum et finitum est cum fuerit aliquid unum ex pluribus existentibus in eo maxime in potentia et si non aliquo actu, et etiam plura est istorum quae sunt talia naturaliter aut artificialiter, sicut diximus de uno, et unitas est aliqua quantitas. Et cum habeat medium et initium et ultimum, omnia in quorum situ non est diversitas dicuntur omnia, et omnia in quorum situ est diversitas dicuntur totum. Et omnia in quibus est possibile utraque dispositio dicuntur omne et totum. Et ista sunt omnia quorum natura remanet in sua dispositione et mutatione et formae autem non, sicut cera aut piper, quae dicuntur totum et universum quia habent utramque dispositionem. Aqua enim et unumquodque humidorum et numerus dicitur esse omne, et non dicitur numerus totum vel tota aqua nisi translatione, et dicuntur esse illa de quibus dicitur omne sicut congregatum dicitur de uno, sicut dicitur in discretis collectio numerorum istorum et omnes istae unitates.

Et quantum dicitur diminutum membrorum et non a quolibet modo, sed oportet ut illud aliquid et non distinguibile, et dicitur duo quando abest diminuitur unum, non dicitur diminutum membrum quod

Diminutum enim membrorum non est equale membro nisi dicatur equale in aliqua hora. Et similiter partium numerorum omnino. Substantia autem oportet ut permaneat quoniam si archa diminueretur membrorum et archa permanet nullum autem non est idem et cum hoc oportet ut non varientur. Et si fuerit consilium parvum non sunt omnia et non enim permanet preter sui consilium ut duo ut terra et alia. Et universaliter omnia ex quorum situ non fit diversitas non fit excessus aliquis diminutum membrorum utraque et ignis. Sed debet esse ista sicut habentia situm in substantia. Et etiam ut sint continua, compositum enim ex hoc non est ex diversis sicut compositus partibus et habentibus situm, sed non est membri diminutum. Et cum hoc etiam fuerit omnia que sunt per situm universum, non et illa que acciderit aliqua parte sunt diminuta membris. Non enim dicitur diminutum membro quando diminuitur aliquid ex hiis que sunt sub eius universitate, non ubicumque sunt ex locis sicut archa cum fuerit perforata non dicitur diminuta membro. Sed cum diminuitur ante ab aliquo extremorum ab homine, non quando diminuitur cor aut splen, sed quando diminuitur aliquod extremum, et hoc non omne, sed illud quod cum extrahitur totum non generatur. Et similiter sicut calvities non est diminutio membri. Dicitur genus quandoque generatio rerum quarum forma est eadem fuerit continua, ut dicitur cum genus hominum fuerit, id est dum generatio hominum fuerit continua. Et quedam dicuntur ex quo fuerit primus motor in generatione eorum. Et secundum hoc genus dicitur quod quidam homines sunt hyberni et quidam ex hyberniis, quando quidem eorum sunt in uno et quidam ex hybernio propter patrem denominantur a patre magis quam a matre genus et dicitur de femina sicut qui nominantur. Et in superficies plana que est genus figurarum planarum et corporea corporalium. Omnis enim figura aut est plana aut superficies sicut hec aut corporea sicut hec. Et hoc genus et subiectum differentiarum. Et in omne quod est in diffinitionibus primum et est in eis substantia, et dicitur secundum quid est genus et eius accidentia differentie sunt qualitates generis. Ergo dicitur secundum istos modos: quoddam secundum generationem eiusdem forme generatione continua, et quoddam sicut primus motor simul in forma, et quoddam sicut materia. Habent enim differentiam et qualitatem et subiectum et dicitur materia. Et dicuntur diversa genere quorum subiectum primum est diversum et non alteratur unum in alterum nec utrumque in aliquid idem, sicut forma et materia que sunt unum in genere, et omnia que dicuntur aliquo modo de predicamentis entis. Quedam enim entia significant quid et quedam quale et quedam existimant sicut prius fuit determinatum, que non alterantur ad invicem neque ad unum.

Falsum uno modo dicitur sicut aliquid falsum quoddam quia non est compositum aut quia impossibile componi, sicut dicitur quod diameter est similis coste, et te sedere. Istud enim simpliciter est falsum, illud autem est in aliquo tempore, et ista non sunt idem. Et quedam sunt illa que non apparent sicut sunt in natura aut que apparent quod non sunt sicut umbre apparentes in sompnis. Ista enim sunt sed non sunt illa que ymaginantur. Res enim dicuntur false secundum hunc modum aut quia non sunt aut quia ymaginatio non est alicuius. Et dicitur sermo fallax ille qui est entium que non sunt secundum quod est falsum. Et ideo omnis sermo qui dicitur de aliquo est falsus preter illum quem dicitur de illo cuius est, sicut sermo circuli qui est falsus de triangulo. Et diffinitionibus rei que significat essentiam rei forte est sicut unum et forte est sicut plura. Est enim cum passionibus, id est albus et idem quoquo modo ut Socrates et Socrates musicus. Sermo autem falsus non est sermo alicuius. Et ideo Anthistenes opinabatur quod non oportet aliquid dici omnino preter illud quod proprio dicitur sermone qui est unius ex uno. Et accidit ex hoc ut sermo non sit omnino neque falsum. Et possibile enim est dicere quod sit falsum omnino non secundum suam diffinitionem tantum sed secundum diffinitionem alterius. Et aliquando et aliquo modo possibile est dicere esse ipsum unum et sicut octo quia est multiplicatus per diffinitionem duorum. Quedam igitur sunt falsa hoc modo et sunt omnia que faciunt ymaginari sic falsa. Et ideo dictum est in quodam sermone quod fidicius et iudicius sunt idem. Accepit enim fidicium id est quod potest fidicare et est intelligens prius quam est cognitio, et accepit quod faciens malum sponte est melior, et hoc est falsum. Et ipse accepit hoc sermone secundum inductionem et est quod habens qui humiliatur sponte melior est quam ille qui humiliatur invitus.

Et dico hoc modo similitudinis, et similiter ille qui humiliatur sponte est peior sicut illa que dicuntur in moribus. Sed accidens dicitur illud quod est alicui et dicitur de eo vere, sed non necessario neque in maiori parte, ut si aliquis fodit foveam ad aliquam intentionem et invenit thesaurum. Non enim necessario est hoc sic esse neque in maiori parte, scilicet invenire thesaurum propter fossuram fovee. Et similiter ut si aliquis musicus sit non albus. Dicitur enim quod hoc accidit. Non enim est necessarium neque oportet ut sit in maiori parte. Ergo quia est aliquid et alicui et quia quedam sunt sunt in loco et in aliquo tempore secundum quod sunt, non secundum causam que est hoc primo modo. Non autem hic est accidens primo modo et accidens non habet causam terminatam sed modo omnino nisi a casu, et hoc non est terminatum, ut dicitur quod accidit ire Athenas casu si ire non intendebatur illuc, sed subito venit ventus fortis aut latrones occupantes et ducentes eos illuc. Et hoc est accidens et hoc non est quia est sed aliud; ventus enim est causa eundi ad illum locum quem non intendebatur. Et dicitur accidens alio modo ut omnia que sunt alicuius per se et non in substantia, ut triangulus habet rectum. Ista autem possibile est ut sint eterna, illius autem nullum. Et sermones de hoc sunt alibi. Incipit VI liber.

Manifestum est quod principia et cause entium sunt quesita secundum quod sunt entia simpliciter. Aliquid enim est causa sanitatis et infirmitatis, et res cogitabiles habent principia et elementa et causas, et universaliter omnis scientia cogitativa habet principia aut secundum finem perscrutationis aut secundum perscrutationem simpliciter. Et quia unaquaque istarum continet aliquod ens et aliquod genus, et de eo utitur illo, et non utitur tamen eius secundum eius, neque aliquam earum perscrutatur de eo quod est secundum quod est omnino. Sed quedam secundum hanc intentionem affirmat quod est sensu, et quedam affirmant secundum positionem. Et secundum hunc modum demonstrant et declarant que sunt per se generis sub quo continetur aut necessario aut facilius. Et ideo manifestum est ex consequentibus quod non habet demonstrationem et similiter quid est, sed aliquam significationem [illegible] et similiter [illegible]

narratur oīo. Si ergo quo nititur
ē autē n̄ ē una enim cognitōne de
clarantur quid sit ⁊ utrū sit. Et
cū sciā naturalis ē aliquis gn̄is en
tis continet ē subam in q̄ ē prin
cipium motus ⁊ quietis manifm̄
ē q̄ n̄ ē activa nec artificialis. prin
cipium eīm rerū activaꝝ ē in agen
te aut intellectus aut ars aut ali
qua virtus ⁊ principium artis est
in artib;. Et voluntas actiuū enim ⁊
voluntariū sunt idem. Omnis
ergo cognitō agens ⁊ speculans
hēt consideratōnē aliquā. ⁊ ista spe
culatur de ente q̄ n̄ simplē ē moū
⁊ de suba q̄ in mīs ptē ē q̄ diffi
nitō n̄ abstracta. ⁊ oꝫ n̄ ignorare
illud q̄ significat aliquid quid sit
scdm̄ eēntiam ⁊ diffinitōnē qlr ē q̄
quere ⁊ ab h̄ h̄ē facere inclusorū
aut q̄ determināt ⁊ significant ild
quedā sūt sic simus ⁊ q̄dam sic pro
fundum ⁊ differunt q̄ q̄dā accipi
untur cū materia sic simus pfundū
aūt n̄. Simus enim ē pfundū in na
so pfunditas aūt ē sine materia sē
sibili. ⁊ omīa naturalia dūr hoc
modo similr. illa quo dr̄ simus ut na
sus ⁊ oculus ⁊ manus ⁊ caro ⁊ os ⁊ to
tum ar̄ folia ⁊ radices ⁊ tota plan
ta diffinitō eīm n̄ fit in aliquo istoꝝ
sine motu. Manifm̄ ē g̊ q̄ in reb;
naturalib; q̄r materia quid fit ⁊
determinatur. ⁊ q̄r ī fit naturalis
eīm sciā h̄t considerare de aliq̄ aīa
s. illa q̄ n̄ ē sine m̄. Manifm̄ ē g̊ q̄
sciā naturalis ē aliq̄ sciarum specu
lantiuaꝝ. ſꝫ manifm̄ n̄ ē si sciā reꝝ
q̄ n̄ mouentur ē abstracta ī ⁊ si sit

Manifm̄ q̄ quedam mathematica n̄ō
mouentur ⁊ sunt abstracta ⁊ si ali
quid sit sempitnū ī mobile ⁊ ab
stractū ī. Manifm̄ ē q̄ cognitō eī
erit in aliq̄ sciā speculatiua. alia
a naturali sciā. sciā enim natura
lis ē mobiliū reꝝ. nec mathema
tica. ſꝫ illa q̄ ē añ istas sciā enim ē
naturalis rerum insepabiliū ſꝫ
n̄ imobiliū ſꝫ n̄ imobiliū ⁊ in mathemati
corum q̄dam sunt reꝝ ī mobiliū
ſꝫ n̄ uiūr abstracte. ſꝫ q̄ in materia
prima aut sciā ē reꝝ imobilium
separabiliū ī in ncce ē ut omīa sīt
eēna. ⁊ maxie ista q̄m ista sunt eē
reꝝ apparentiū ī ex diuinis.
Modi g̊ phie eēntiales sunt tres
mathematica naturalis diuinis.
Nullus enim ignorat q̄ si diuinus ē
q̄ ē in tali natura ⁊ sciā nobilis
dꝫ eē nobilis gn̄is. Alie enim specu
latiue sūt valde bone ſꝫ ista ē me
lior omīb; sciis speculatiuis. Et
dignū ē q̄rere vtrū prima phia sit
vlis aut alicuius generis aut unius
nature. Non eñ ē una spēs in sciis
mathematicis ī. ſꝫ geometria ⁊ astro
nomia sunt alicuius nature ⁊ sciā
vlis ē cōmunis omīb;. Si ergo
n̄ fuit suba alia a talib; hic exis
tentib; natura tūc h̄ sciā ē natu
ralis ⁊ vlis. ⁊ si aliq̄ suba imobi
lis fuit illa erit primū ⁊ sciā eius
erit h̄ phia vlis ī ⁊ q̄ h̄t cōsidera
tōnē de ente scdm̄ q̄ ē ens ⁊ quid
sit ⁊ q̄ sunt existentia in eo ente
scdm̄ q̄ ens. ſꝫ tn̄ ens q̄ dr̄ simplr
dr̄ multis modis. quoꝝ unus ut
diximus dr̄ p accn̄s ⁊ dr̄ unus. q.

dum ⁊ n̄ ens. q. falsum ⁊ alius mod̄ ab il
lis scdm̄ mod̄ figurarū p̄dicamento
rum. v. g. h̄ ⁊ q̄ntum ⁊ ubi ⁊ q̄n ⁊
p̄ter omīa ista q̄ ens q̄ dr̄ pō ⁊ ac
tu. Et cum ens dicatur multis
modis. Dicamus de illo p̄mo q̄ dr̄
p accn̄s. nulla enim sciā speculatiua
utitur tali modo ⁊ signū eius est
q̄ nulla sciā pscrutatur de h̄ nec ac
tiua nec artificialis edificator eīm
n̄ facit oīa q̄ accidunt cū artificio
domus q̄ ī sūt infinita. n̄ eīm fa
cit eē domus adiuuet unū ⁊ no
ceat alii ⁊ uilr ut sit alius modus
qui n̄ sūt ea a nobis ⁊ similr̄ geo
metr̄ ī n̄ considat de reb; q̄ accidūt
figris tali modo nisi triangulus ta
lis ⁊ triangulus h̄t duos rectos
angulos ⁊ siq̄d conueniant ī diffi
nitōne. accn̄s enim ē. q. aliq̄ nomi
tm̄. Et id n̄ male fecit plato quo
niō q̄n ordinauit sophisticā sub
eo q̄ n̄ ē sermones eīm sophistici ī
maiori pte sūt ī eo q̄ conuenit ac
cidenti q̄ simplr ē in sua cā sic illud q̄
dr̄ q̄ ē omīa ⁊ n̄ ē musicus eē ⁊ g̊
matic̄ sūt idē ī in arta ⁊ musicus
id sūt ⁊ omīe q̄ ē n̄ scdm̄ q̄ dr̄ dece
sic ille qui fuit musicus ⁊ fit g̊ma
ticus. Aut ille qui fuit gramatic̄
⁊ fit musicus. ⁊ omīs alii sermones
siles istis. accn̄s enim uir eē ppe vel
ppe q̄ n̄ ē quoqūo. Et h̄ manife
stum ē ex sermonib; extrīs ret̄ēa
q̄ sunt alio modo h̄nt gn̄ōnē ⁊ cor
ruptōnē q̄ añ sūt modo accn̄tali
n̄ h̄nt hoc. Sꝫ tn̄ loq̄mur de ac
cidenti scdm̄ q̄ simplr ē in sui natura
⁊ q̄ de cā fit ⁊ uir q̄ eius h̄ declara

bitur. q̄r n̄ h̄t sciam fixam ⁊ cum re
b; sint q̄dam q̄ semp sūt in eadem dis
pōne ⁊ sunt ncc̄io ⁊ n̄ ī illa q̄ dr̄ vi
olentē ſꝫ q̄ dūr de illis q̄ impossibile ē ut
sint alio modo ⁊ q̄dam n̄ sunt ncc̄ia
nec semper ſꝫ ī maiori parte ⁊ h̄ ē ini
tiū ⁊ cā eēndi. accn̄s q̄ eīm ē n̄ semper
nec ī minori pte vocatr̄ accn̄s sic plu
a ap̄ ascensum canis. hoc enim accn̄t
q̄ n̄ sp̄ fuit nec in maiori parte ut
accn̄t ut hō sit albus. ſꝫ n̄ semp. nec ī
maiori parte ⁊ edificator. ſꝫ p accn̄t
⁊ cecus pōt facere festinū utile ſꝫ hoc
n̄ ē sciā cognīdi ⁊ io dr̄ q̄ accn̄t h̄ scd
g̊ hanc dispōnē forte virtutes agē
tes erunt alie ⁊ ista n̄ h̄nt artē nec
virtutē terminatā cā eīm eoꝝ q̄ sūt aū
erūt p accn̄s ē ī p accn̄s ⁊ cum omīa
n̄ sūt ncc̄io ⁊ sp̄. ſꝫ plures in maiori par
te tunc ncce ē ut id q̄ accn̄s sit sicut
album. n̄ enim sp̄ musicē. nec ī maiori
parte ⁊ si ē in aliquo tp̄e tunc erit per
accn̄s. ⁊ si n̄ oīa erūt ncc̄ia tūc accn̄s h̄e
bit aliam cām in maiori parte a pos
sibilitate alio modo ⁊ oꝫ illud inveni
ri p̄mo si aliud n̄ fuit alb; in. g̊.
principiū eoꝝ ē eēnā de illis pscru
tabimur p̄. Qm̄ aūt n̄ h̄t accn̄s sci
entiam p manentē manifm̄ ē. Omīs
enim sciā p manens aut ē illius q̄ ē sp̄
aut illius q̄ ē in maiori pte. q̄uo enī
pōt doceri aut addisci q̄ n̄ ē ita q̄n q̄d
determinatur oꝫ aut ut sit sp̄ aut in
maiori pte. v. g̊. q̄ syropus iuuat ad
iuuat febricitantes in maiori par
te ⁊ impossibile ē ut illud dicatur in
alio tp̄e ut nouitas mensis q̄ ē sp̄ aut
in minori parte. Dictū ē g̊ quid ē
accn̄s ⁊ quid ē cā accidentis et q̄d

nullam habet scientiam permanentem.

Omnia autem principia et cause sunt generabilia et corruptibilia absque eo quod generetur aut corrumpatur. Manifestum est enim quod si hoc non fuerit, tunc omnia erunt necessaria, quoniam ista que generantur et corrumpuntur non inveniunt causam modo accidentali. Tunc erunt necessario sicut diximus utrum erit hoc aut non erit. Erit enim hoc sicut erit hoc si inventum est hoc, si fuerit aliud secundum hanc dispositionem. Et manifestum est quod semper diminuitur tempus ex certo tempore finito, et similiter perveniet ad illud quod est in instanti. Sicut dicimus quod iste morietur aut infirmitate aut violentia, et hoc erit si aliud fuerit, et sic pervenietur ad idem quod est in instanti aut aliquid eorum que fuerunt, ut tale comestum induxerit sitim, et hoc si comedit valde calida. Hoc autem erit aut non, ergo movetur necessario. Et similiter si aliquis ordinaverit et dixerit illa que iam facta sunt, sermo de eis erit talis et habent existentem. Dico illa que iam fuerunt, existentia enim illorum et generatio illorum. Ergo erunt necessario omnia generabilia, sicut mors est enim quod iam processit et fit idem. Sic contraria sunt eadem, quia sunt eiusdem, sed non sine infirmitate aut violentia, nisi hoc sit. Manifestum est igitur quod accipit ad aliquod principium, et hoc non accipit ad aliud, et aut accipit ad idem quod comprehenditur, causa quod non est causa in motus ordo. Sed similiter quod est talis erit ad principium huius qualitatis et ad causam huius alterationem. Et oportet nos perscrutari multum utrum sit causa perveniens ad materiam aut ad agens propinquum, quid autem ad idem erit et motus.

Dimittamus ergo loqui de ente accidentali. Nam sufficit quod determinatum est ab eis. Et loquimur de ente quod non est sicut falsum. Est enim in compositione et divisione et universaliter in duobus contradictoriis, quia quod habet affirmationem secundum quod est unum et secundum quod est compositum habet negationem autem, et secundum quod est divisum habet veritatem illius divisionis que est contradictoria. Quomodo autem contingit intelligi simul et privatim habet aliquem sermonem, et dico simul et privatim ne aliquid sit post aliquid. Sed ut sint idem. Falsum enim et verum non sunt in rebus sicut bonum et malum, ut verum sit sicut bonum et falsum sicut malum, sed sunt in cogitatione, et nulla cogitatio de simplicibus est autem de illo est. Omnia igitur que perscrutanda sunt de esse quod est hic et de eo quod non est dicenda sunt post. Et cum in cognitione est aut compositio aut divisio non in rebus quod est aliud secundum hunc modum, ex rebus que sunt in veritate rei est idem quod significat aut quid aut quale aut quantum aut copulatum cum alio, et cogitatio dividit idem. Dimittamus igitur ens quod est quasi accidens et quod est quasi verum. Causa enim unius eorum non habet diffinitionem et causa alterius est cogitatio, et utrumque est igitur dimittendo genus entis et non sunt extra quod significant esse entis. Et ideo dimittantur et perscrutamur aliud in romano. Iam determinatum est, et diximus quod unaquaeque rerum dicitur multis modis, quodam enim significat quod ens dicitur multis modis quemadmodum significat quod album in romano.

Incipit vii liber.

Ens dicitur multis modis ut prius distinximus in sermone in quo diximus quot

modis dicitur aliquid. Quoddam enim entis significat quid est et est aliquid et hoc, et quoddam significat quod est quale aut quantum aut aliquid eorum que praedicantur de subiectis in praedicatione declarante subiectum eorum sermone secundum hunc modum. Et cum ens dicatur istis modis, manifestum est quod primum entis illorum est quod significat quid et hoc est illud quod significat substantiam. Quando enim dicimus de aliquo quale est, dicimus ut bonum aut malum et non dicimus homo, et cum interrogatur quid est non dicimus album aut tricubitum. Sed illud autem dicitur et alia dicuntur entia non quia sunt entia sed quia sunt entis quod sunt hic. Quedam igitur sunt quantitates et quedam qualitates et quod aliud tale. Et ideo quaeret forte aliquis utrum ambulare et sanitas et sessio quilibet significet ens aut non ens, et similiter in unoquoque talium. Tamen nullum eorum est existens per se ens nec potest separari a substantia, et si ambulans fuerit de entibus et sedens et sanans, ita sunt digniora et sunt entia ut videtur, quoniam subiectum eorum est aliquid terminatum, et hoc est de subiectis que sunt unumquodque particularium, et hoc significant cathegorie que sunt tales. Sedens enim et stans non sine hoc dicuntur. Manifestum est igitur quod hoc est causa essentie unicuiusque illorum et ista sunt propter idem. Ens igitur quod est principale non est idem quod est aliquod ens, sed ens quidem principaliter est substantia. Et principale dicitur multis modis, sed substantia est prima omnium rerum diffinitione et cognitione et tempore. Nullum enim aliorum praedicabilium est separabile, et idem istud solum est praedicabile, et est in prima diffinitione. Necesse enim est ut diffinitio substantie accipiatur in diffinitione cuiuslibet rei. Videmus enim quod nos scimus quodlibet magis quando scimus ipsum quid est, verbi gratia quando scimus hominem esse ignem magis quam quando scimus ipsum quale esse aut quantum aut ubi, et in unoquoque illorum non scitur nisi quando scitur quid idem est aut quale aut quantum. Et idem est quod semper fuit quaesitum a longo tempore et modo est quaesitum, et semper faciet errorem in quiditate entis. Est hoc quando substantiam quidam dixerunt ipsam esse unam et quidam plures, et quidam finitas et quidam infinitas. Et ideo nos considerabimus de eo quod est hic magis, et idem est primum et unum, et dicemus quid sit.

Estimatur igitur quod est substantie esse manifestum in corporibus, unde dicimus quod animalia et vegetabilia sunt substantie et corpora naturalia, verbi gratia ignis et aqua, terra et aer, et omnes partes eorum que sunt ex eis aut ex suis partibus aut ex suis universalibus, verbi gratia celum et partes eius et corpora stellarum et luna et sol. Perscrutemur de istis igitur utrum sint tantum substantie aut sint alie substantie preter ista, aut quedam ista et quedam alia, aut nullum istorum sed alia. Quidam enim estimant quod ultima corporis aut superficies et linea et punctus et unitas sunt magis substantie quam solidum et corpus, et quidam non sensibilia. Et quidam non opinabantur quod sit tale omnino, et quidam dicebant plura et existentia esse et eterna ut dicebat Plato, quoniam dicebat quod forme et mathematica sunt due substantie, et tertie substantie sunt corporum sensibilium. Ierolius dicebat plures substantias esse et incipit ex uno, et plura principia esse, et unicuique substantiarum habet principium, et quod substantia et principia propter numeros est ad magnitudinum alterum, et post ea anima, et secundum hunc modum multiplicantur substantie.

Et quidam dixerunt quod forme et

innum habent eandem naturam et que alie
res sequuntur eas sicut linee et superficies
quousque perveniant ad substantiam celi
et stellarum sensibilium.

Perscrutemur igitur de istis qui ser-
mones sunt dicendi bene et qui econ-
trario et que substantia est et utrum substantie alique
alie a sensibilibus sint aut non et iste
quomodo sint et utrum aliqua substantia sit separa-
bilis et quare et quomodo aut nulla est preter sen-
sibilia et oportet autem distinguere substantiam.
Substantia enim dicatur multis modis dici-
tur in .iiii. primis estimatur enim quod est essen-
tia et universale et genus estimantur esse substantie
unicuique et quartum istorum est primum
subiectum et subiectum et subiectum est illud de quo dicitur
aliud ipsum autem non dicitur de alio et ideo per-
scrutandum primum est de hoc. primum
enim subiectum estimatur esse substantia ma-
gis quam illud et dicitur tale quoquomodo materia et
alio modo forma. tertio modo illud quod ex
his est et dico materiam ut cuprum et formam
ut figuram statue et quod est ex his ista-
tuam. Si ergo forma est ante ma-
teriam et magis ens esse est ante illud quod est
ex utrisque propter hanc determinationem
distinctum est igitur modo quid sit substantia
et dictum est quod non est illud quod est de subiecto. sed
illud de quo est aliud. et oportet quod distinctio non
sit tali modo tantum. non enim sufficit cum
hoc non est manifestum. Et etiam materia est
substantia quoniam si non fuerit substantia. substantia etiam non
aliud et si non substantia erit ignorata a nobis.
cum enim alia fuerint abstracta nichil
invenimus permanere et alia passiva cor-
porum et actiones et virtutes et lon-
gitudo et latitudo et profundum sunt
quantitates et non substantie. Quantitas enim non
est substantia. sed illud cuius sunt ista primo modo

est substantia. sed cum longitudo et latitudo et
profundum fuerint abstracta nichil videmus
permanere preter quod sit aliquid quod est per
suam diffinitionem. necesse est igitur ut solam
materiam videamus esse substantiam et illi qui
perscrutantur hac perscrutatione et dico
materiam esse illud quod per se non dicitur quale neque quantum
nec aliud eorum quibus determinatur ens.
Est enim aliquid de quo dicitur unumquodque
istorum et essentia illius est alia a essentia cuius-
libet essentia predicabilium. alia enim dicuntur
de substantia et hec de materia. ergo postremum quod est
per se non est illud quod dicitur quale aut quantum aut
aliquid omnino nec negationes. ista enim sunt accidentaliter
existentia igitur accidit ut substantia sit materia.
sed hoc est impossibile. estimatur enim quod separa-
bilia et que significant essentiam secundum totam
ipsius rei sunt substantie magis. et ideo estima-
tur quod forma et illud quod est ex utrisque sunt
magis substantia quam materia. Dimitta-
mus ergo nunc loqui de substantia que est ex
ambobus. scilicet ex materia et forma et exempla-
ri quod est ultima substantia. et materia facta est
et manifesta. et quoquomodo perscrutemur
de tertia est enim in ea maximum error et ne-
cessarium est aliquas substantias esse sensibiles.
Incipiamus igitur de istis et non prius distingua-
mus secundum quot modos dicitur substantia et
invenimus substantiam et estimatur quod u-
na istarum est illud quod significat essentiam
rei consideremus primo de illa ex prima
principia enim operationum transferuntur ad illa
que sunt manifestissima et sicut de
doctrina in unaquaque rerum que sunt mi-
noris cognitionis ad illa que sunt ma-
ioris cognitionis et sicut est in operatio-
ne. operationes enim non sunt nisi ad
agendum de illo quod est aliquod bonum
cuilibet et bonum singularibus rebus ad

id quod est bonum universale et bonum cuilibet
et similiter ex eis que sunt cognita sin-
gularibus rebus ad illa que sunt cognita
per naturam et cognita cuilibet in ma-
iori parte que sunt parve cognitionis
aut per se aut nichil est in eo de cogni-
tione entis. sed tamen necesse est ut sciamus
de istis que sunt male cognitionis. sed
habent cognitionem particularem ad ista
que cognoscuntur modo universali transferen-
do ut dictum est de istis eisdem et iam
diximus prius hoc in quibusdam ser-
monibus nostris sermone de logica quod
est illud quod significat per essentiam rei
et est illud quod dicitur per se aliquid enim esse in lo-
co. non est ipsum esse musicum. musicus enim est
in non sunt id per se. nec hoc est universale nec
illud quod per se est secundum hunc modum ut album
superficiei. essentia enim superficiei non est
essentia albedinis et etiam non est id quod est ex u-
trisque. scilicet superficies alba et hoc propter additio-
nem que est in diffinitione eius. Diffi-
nitio igitur in qua diffinies vel dicens non
habet quid est est diffinitio que est rei per
suam essentiam in quibuslibet ergo si
essentia superficiei albe est essentia super-
ficiei levis. tunc albedo et levitas sunt
idem et cum sint composita ex aliis
predicamentis et aliquid est subiectum cui-
libet. verbi gratia qualitati et quantitati et quando
et ubi et motui perscrutemur. utrum
sit diffinitio cuiuslibet istorum quod sit esse
igitur istis et illud quod significat essentiam rei ut
homo albus. Sit igitur ita quod habeat hoc no-
men vestis. si igitur dicatur quid est
dicetur vestis. sed non est ex eo quod est per
se. nec hoc est aliquid ex eo quod est
per se. sed modo simplici. Et quedam
ex additione et quedam non. quedam enim

diffinitur per diffinitionem alterius sicut
qui diffinit essentiam albedinis et
dicit diffinitionem hominis albi et quedam per aliam
diffinitionem ut vestis significat homi-
nem album. et ipse diffinit vestem tanquam
album est albus. homo enim albus est albus sed
diffinitio eius non est diffinitio albi et quod
est vestis habet diffinitionem que significat
essentiam eius quod est. Et diffinitio rei est
illud quod significat quid est essentia rei et cum a-
liquid dicitur de aliquo non est illud quod est per se. verbi gratia
homo albus non est illud quod est illud. hoc enim non est nisi sub-
stantiarum tantum quod est igitur per essentiam est id in
omnibus rebus quarum sermo est diffinitio. Et
diffinitio non est eius cuius nomen et ser-
mo significant idem. Et similiter omnes
sermones erunt diffinitiones omnis enim
sermo habet nomen ergo mentiri halbaz
erit et diffinitio. Sed cum fuerit alicu-
ius primi talia omnia que dicuntur non per id quod dicitur
ad. Illud igitur quod est secundum essentiam non est ali-
quid forma carentium generis sed illarum tantum
estimatur enim quod non dicuntur modo communi et
passivo nec sicut accidentia. erit igitur sermo cui-
libet aliorum qui significat quid sit
aut significat nomen si fuerit quod significat quod hoc est
in illo aut sermo simplicior qui significat ser-
monem magis perscrutatum. diffinitionem
autem non habent nec id quod est per essentiam.

Diffinitio enim dicitur multis modis sicut
dicitur quiditas multis modis. Qui-
ditas enim quoquo modo significat substantiam et hoc
alio modo unumquodque predicamentorum verbi
gratia qualitatem et quantitatem et alia talia que
admodum enim interrogatur de substantia
per quid de substantia similiter de quantitate quanti-
tas igitur et qualitas sunt eorum que dicuntur per quid
sed non ut modo simplici ut quidam dixe-
runt modo logico in eo quod est. sed tamen

simpliciter sed id quod non est tale equivocatum est.
[M]odo igitur necessitudo sermonis in ista
questione sit secundum quod oportet et non sit in ser-
mone magis quam in eo secundum quod iste sermo quem
modo diximus sed manifestius erit illud
quod est in essentia tale est et esse primo modo et
simpliciter substantie deinde aliorum et similiter est
non id quod est per essentiam modo simpliciter.
[M]odo igitur essentia non dicantur eodem
modo equivocationis sed secundum magis
et minus sicut id quod non est notum est et de ignoto
et noto. sermo enim et quam non est modo equi-
voco sed similitudine sicut medicina que
attribuitur alicui non ita quod sit idem nec
ita quod sit cum eo idem nec modo equivo-
co. et quoniam corpus medicinale et actio
medici non dicitur equivoce neque uno modo
sed relative unius. [I]sta igitur sunt diversa ad inten-
tionem quocumque voluerit quoniam in re non est
differentia in sermone vero. [S]ed hoc est manife-
stum quod dictio primo modo et simpliciter et quid
per essentiam est substantie et est aliorum similiter
est. sed non primo modo. non enim est necesse si nos po-
suimus aliquod subiectum esse ut sua diffini-
tio que significat quod ipsum sit sicut significatio
sermonis. sed aliquis sermo. [E]t id est
cum fuerit unum ex eis modis secundum quod sig-
nificativum non ita quod sit continuum sicut
dictamen halbar et omnia que copulantur per
aliquod ligamentum. sed cum fuerit unum ex eis
modis secundum quod dicitur unum. [U]nus igitur quedam
significat substantiam et quedam quantitatem et quedam
qualitatem. et propter hoc apud habebit sermonem
et diffinitionem. sed alio modo et substantie alio mo-
do. et substantia quoquo modo. [S]i igitur aliquis di-
xerit quod sermo qui recipit additionem
non est diffinitio erit in hoc error quoniam sicut fuit
quid igitur est diffinitio eorum que non sunt simpli-
cia sed congregata in simul. necesse est

igitur quod significetur ita quod recipiant
additamentum. verbi gratia. nasus et concavi-
tas et simitas que dicitur ex utrisque. hoc enim
est in hoc et concavitas non est passio nasi nisi
accidentaliter. neque simitas. sed per se et non sic-
ut albedo aut hominis qui est callias accidit
quoniam accidit ei ut sit homo. sed sicut masc-
ulinum in animalibus et equale in quantitate
et omnia que dicuntur per se sunt talia et in omnia
que sunt in eis aut diffinitio. aut no-
men eius cuius est ista passio et non potest sig-
nificare sine alio ipsum sicut potest album
sine homine. sed femina sine animali non
potest. ergo aut non est harum alicuius id
quod est per essentiam et diffinitio est aut si
fuerit erit alio modo sicut diximus. [E]t
in istis rebus est et alia dubitatio quoniam si
idem est nasus simus et nasus concavus
id est simum et concavum erunt. [E]t si
non impossibile est ut dicatur simus per
se sine illo cuius est passio et si simus est
concavitas in naso. aut impossibile est
ut dicatur nasus simus aut idem di-
cetur bis aut erit nasus. aut simus
et idem talia non debent habere quod est per essenti-
am et si non procedit in infinitum na-
sus. nasus ita quod sit erit aliquid per
quod non erit aliud. [M]anifestum est igitur quod diffi-
nitio est substantie tantum. [E]t sic aliorum
predicamentorum necesse est ut sit ex additione
ut diffinitio qualitatis et numeri et im-
paris. quoniam non est sine numero nec illa que est
femina sine animali. [E]t sermo qui
est sermo ex additione qui accidit in
eis dicere bis quod est sicut in istis et sic
enim non erit neque in congregatis in si-
mul ut numerus impar. [S]ed latet quod
diffinitiones non dicuntur perfecte sed igitur ista
habent diffinitiones sunt alio modo

sicut dictum est. [D]icamus igitur quod diffinitio
et id quod est per essentiam dicuntur multis modis.
ergo uno quomodo nichil omnino habet dif-
finitionem aut id quod est per essentiam nisi
substantie et quo quomodo habent alia. [Q]uoniam
autem dictio est sermo eius quod est per essentiam
et id quod est per essentiam. aut est solummodo
substantiarum aut primo modo magis et
simpliciter manifestum est.

[S]ed perscrutemur utrum quid est per
essentiam et singulare sint
idem antequam perscrutemur de substantia. [S]in-
gulare enim esse non estimatur esse a-
liud quam substantiam nisi que est et dicitur quod quid
est per essentiam est substantia singularis. [I]n eis
autem que dicuntur per accidens rectum est estima-
re esse aliud verbi gratia. homo albus est aliud et quod est
hominis albi per essentiam est aliud. [Q]uoniam
si fuerint idem tunc essentia hominis et hominis al-
bi idem erunt. homo enim et homo albus ut dicunt
sunt idem ergo et homo albus et albus et aut
non erit necesse ut sint idem omnia que sunt idem
per accidens quoniam non erunt eadem extrema. [S]ed
rectum est estimare hoc accidere eis ut
essentia albi et musici sint idem. sed hoc non
videmus. [I]n eis autem que dicuntur per se cer-
tum est ut sic idem necessario. [S]ed sic diximus
si aliqua substantie sunt prime et non sunt substantie
aliorum neque nature aliorum. sicut quam-
dam dicunt de formis. quoniam si bonum est
id quod bonum est esse et essentia boni et animalis et
essentia alicuius et essentia entis et entis. [E]t
alie substantie erunt essentia boni et nature
et forme alie ab eis que dicuntur et ille substantie
sunt priores. sicut que est per essentiam sit substantia
[E]t si sint absoluta ad invicem. quedam
non scientur per scientiam et quedam non erunt
entia. [E]t dico ea esse absoluta si bo-
num per se non habet essentiam boni neque illud

quod dicitur habet essentiam boni. [S]cire autem
cuiuslibet rei est scire quid est per essen-
tiam et similiter in bono et de aliis. [S]i ig-
itur ergo bonum non habet essentiam boni ergo
ens non habet esse neque unum unum. [E]t similiter omnia
aut habebunt quid est per essentiam aut
non habebunt. et si ens non habet. ergo neque aliud
omnino et est id quod non habet essentiam boni et est
bonum ergo necessarium est ut bonum et essentia
boni sint idem et studium et essentia stu-
dii sint idem. et omnia que non dicuntur de aliis sed sunt
prima et per se est enim in istis est sufficien-
tia. sed sint forme et si non sint. sed dignum
est. et si sint forme et non est manifestum si sit
in simul. [E]t si forme sint sicut dicunt
quidam tunc subiectum non erit substantia quoniam
necesse est ut ille substantie que non sunt de subiecto
ut non sint modo communicationis. [E]x
hoc igitur sermone quod licet quod est et quid
est per essentiam sunt idem et non modo accidenti
et quod essentia scientia cuiuslibet rei ista scilicet sci-
re quid est per essentiam. secundum hanc igitur po-
sitionem necesse est ut ambo sint idem. que autem
dicuntur per accidens ut musicum aut album
quia significant duo. [N]on est verum dicere quod
sunt idem per essentiam id est cum cui accidit esse
album et album accidens et est secundum unum mo-
dum idem et quid est per essentiam et secundum a-
lium non est idem. secundum autem quod sunt hominis et hominis
albi non sunt idem. secundum autem quod sunt pas-
siones sunt idem et si aliquis estimaverit
quod quelibet nomina habent quid est per essentiam
apparebit et non. essentia enim apud ipsum quod
est per essentiam apparebit contrarium
erit enim apud ipsum quod est per essentiam a-
liud verbi gratia. equus est aliud et quid est per
essentiam equi est aliud et quid est per essen-
tiam equi est aliud. et quid prohibet in
quibusdam rebus ut sit quid est per essen-

ciam statim ut modo sit si quid est
per essentiam est substantia et non est unum tantum
sed dictos esse eius et id sit manifestum de
dictis. essentia enim unius et unum non sunt
idem nisi accidentaliter et si enim fuerit aliud precedens
unum fuerint. Quidam enim erat quod est per essen-
ciam unum et quedam que non est unum. Ergo
sermo de illis est manifestum est ergo quoniam
in primis rebus que dicuntur per se et quibus res
singularium et que illis singulare sunt
idem et aliquid est unum est. Et manifestum
est quod redargutio sophistice dissolvitur
solutione et quod socrates et essentia socratis sunt idem.
Non enim est differentia inter ea nec ex illo quod
rectum est quod ab illo nec ex eo cuius
dissolutio est difficilis. Dictum est ergo quid est
per essentiam cuiusmodo est singulare et cuiusmodo non.

[O]mnium autem quedam fiunt
natura et quedam artificio et quedam ex
illo quod ex per se est et esse quod generatur est aliquid
et ab aliquo et ad aliud et per aliquid et
dico aliquid quod licet predicabile aut
hoc aut quantum aut ubi aut quale sit
bilium. quedam sunt quorum generatio est a
natura et quedam est id ex quo generatio est
quod dicitur existentia et quedam est id per quod fit aliquid. Il-
lud quod fit a natura ut hoc aut do-
minus aut aliud tale de quibus dicimus esse
substantias esse et omnia que sunt aut a natura
aut artificio habent materiam. Quodlibet enim
eorum habet potentiam ad esse et ad non esse et in hoc
in quolibet est materia et quod habet naturam phisicam
est generatum et ipsum generatum habet naturam
ut domus aliud vel aliter et id per quod est natura
quod dicitur per formam aut simile forme
et est in alio. homo enim generat. Illa autem
que sunt per naturam secundum hunc generantur.
Alia autem generabilia dicuntur actiones. Et
omnes actiones aut sunt a potentia aut

arte aut a cogitatione. aut a casu aut
ex se ab albo nigrum. aut quemadmodum similiter in hiis
a natura. quedam enim et illic eadem
et ex spermate fiunt quod et sine sperma-
tibus et de hiis per scrutandum est post. Que vero
ab arte non fiunt quorum autem species
est in anima. speciem dico quod erit esse
cuiuslibet et primam substantiam et enim con-
trariorum modo quodam eadem est
species. Privationis enim est causa substantie op-
posita ut sanitatis infirmitatis.
Illius enim absentia ostenditur infir-
mitas. Sanitas vero et scientia que est in anima.
Sanitas vero est dicto in anima et scientia.
et hec est esse sanitas eius quod infirmatur
secundum hunc modum cum sit sanitas ne-
cesse est ergo si hic sanatur ut habeat iam
naturam divisam et sic fuerit erit
calor et secundum hunc modum dicemus
unum post aliud donec perveniamus nisi
quoniam impossibile est ut ipse sit ad eum motus
qui est ex hoc est actio eius quod procedit
ad sanitatem ita quod accidit quo quoniam
non sanitas sit ex sanitate. domus ex
domo que est non existentia illa que habet materiam.
Ars enim medicine et ars edificato-
ria sunt forma sanitatis et forma
domus et dico substantiam sine albo igi-
tur. et hec est tale et est talis in potentia. et ista
est causa generationis agens et id ex quo est
principium motus. Sanitas enim
sic est ex artificio est a forma que est in anima
et sic est ex illo quod est per se est id quod est ex hi-
is et cuius principium actionis est agentis
ex artificio ut operari per medicinam
reducere est ut principium sit ex ca-
lefactione et erit hoc procedere forma-
tionem. calor ergo qui est in corpore.
aut est pars sanitatis aut aliquid

tale sequitur ipsum et est pars sanitatis
aut erit per plura quorum unum est agens
et est secundum hunc modum et pars sanita-
tis et domus. Et dicitur in sermone
duobus modis et in eo sunt plures ar-
cus et dicitur quod materia est cuprum. et dicitur quod forma
est talis figura. et hoc est genus in quo
ponitur primum substantiam. cuprum autem
in suo sermone est materia. Illa autem
que sunt ex materia quedam dicuntur cum fu-
erint illud non quod dicitur illa tamen sed secundum re-
spectum ad aliud. verbi gratia quod statua non dicitur
lapis sed lapidea. homo autem sanus non dicitur
esse id ex quo fit. et causa huius est quoniam
fit ex privatione et subiecto quod dicitur materia
verbi gratia. Quoniam homo et infirmus erit
sanus et generatio dicitur ex privatione
magis ut sanitas ex infirmo autem
ex homine. et ideo non dicitur sanabile esse
infirmum sed dicitur homo et homo sanabilis
est. Illa autem quorum privatio non est manifesta
non habet nomen ut alia figura ut cuprea
aut domus in lateribus et lignis estima-
tur quod existit sicut dictum est
illic ex infirmo et ideo quemadmodum
non dicitur illic aliquid a nomine eius ex quo
est ita hic et non dicitur ydolum esse lignum
et cuprum. sed non cuprinum et lapideum
non lapis et domus lateritia non lateres.
Cum ergo fit sic ydolum fit ex lig-
no aut domus ex lateribus. Si autem
consideraverit non dicet modo simplici ip-
sum esse unum quod enim fit ex aliquo debet
esse ex aliquo quod transmutatur non ex
aliquo quod remaneat in eadem di-
spositione. et ideo dicitur hoc modo et causa illius
quod fit per aliquid dicitur hoc ex quo est
principium generationis et ex aliquo est sic
ergo hoc non privatio sed materia. Iam ergo

diximus superius quoniam dicitur hoc et quod est ex hoc
ut spera aut circulus aut aliud quod com-
prehenditur ex aliis. Quoniam quemadmo-
dum cuprum non facit subiectum. similiter et non spera
non per accidens. spera enim cupri est spera et ideo fa-
cit illud. dicimus enim quod hoc facit hoc ex subiecto
universaliter cuprum rotundum et speram et
non est hoc aliud sic illa forma in alio quoniam
si facit ex alio facit. et hoc est subiectum sic
factura spere cupri et hoc secundum hunc mo-
dum quoniam si ex hoc quod est cuprum facit hoc
quod est spera. manifestum est ergo quod illud facit et
similiter et sic procedunt generationes secundum
hoc in infinitum. Declaratum ergo est quod
forma et modo quo debet dici exemplar quod
est in sensato non erit nec habet generationem.
nec habet id quod est per essentiam. hoc est id quod est
in alio. aut per artificium aut per natu-
ram aut per potentiam. et ipse facit speram
cupri faciendo ex cupro speram et iste
ponit istam formam in hoc et hoc est
spera cupri. Si autem est generatio essentie spere om-
nis tunc aliquid erit ex nichilo. Et
tunc necesse est ut sit divisibile et quedam
erit hoc et hoc necesse cum dico quod quedam
erit forma et quedam materia et forma
cum est spera non fuerit erit per figuram que est ex me-
dio in quo est quedam hic et est id quod facit
ex hoc et quedam in hoc et quedam totum
generatum. verbi gratia spera cupri mani-
festum est ergo ex predictis quod substantia que dicitur tan-
quam forma significatur. congrega-
tio vero per quam dicitur generatur et quod in omni
generato est materia que est in eo et quedam est hoc.

[Q]uestio autem circulus intr
aliqua spera sit alia ab ista aut
domus aliqua alia a lateribus cum si ita
esset numquam esset generatio. quoniam sic esset secundum
hunc modum hoc non esset generatio sed singulare aliquod

tale in aliquo terminat. Sed facit et generat ex hoc tale et generatio istius est talis et in unaquaque talis ita quod sol et callias sicut sphaera cuprea accepta modo isto. Manifestum est igitur quod quidam homines sunt assueti dicere quod forme sunt extra formas et si ista sunt alia a particularibus nichil prodest omnino ad generationem in substantiis. Necessarium est propter hoc quia in quibusdam est manifestum. Quoniam et faciens est simul filio non sunt idem neque idem numero: sed unum in forma sicut est in rebus naturalibus. Homo enim generat hominem. Sed sunt aliquid extra naturam nisi quod generat mulum. Et hoc est simile et nominatur enim per illud quod est commune equo et asino. Que sunt tanquam propinqua in generatione. Rectum est igitur ut ambo sint existentes ut mulus. Manifestum est igitur quod non oportet ut aliqua forma sit que exemplar et sufficit. Inquirendum est enim magis in istis rebus quoniam magis sunt substantie sed ut primum possit agere. Et ut sit causa forme in materia vel ut generet formam que est in istis carnibus et in istis ossibus et ut generet Sortem et calliam et ut generet aliud propter materiam et ut sit idem secundum formam quoniam forma non dividitur.

Et forte queret aliquis quare quedam sunt artificiata et ex se ut sanitas et quedam non ut domus. Et causa illius est quoniam in materia quorundam rerum est ea que est principium suarum generationum aut in generatione alicuius ex artificio in quo est aliqua pars rerum cuius quedam est sicut illud quod potest moveri ex se et quiddam non et quiddam potest secundum hoc quod est impossibile et quedam non secundum quod oportet. Multa enim sunt que possunt moveri ex se sed secundum quod oportet ut saltatio. Omnia igitur quorum materia talis est ut lapides non possunt moveri in eo quod oportet nisi per aliud et per ipsum motum. Et ideo ignis non generat quiddam nisi illo cuius est artificium et generat quedam movebuntur enim existentia illa que non habent artificium sed possunt moveri aut ex aliis que non habent artificium in particulari. Manifestum est igitur ex dictis quod quoquo modo omne quod fit fit a convenienti in nomine sicut illud quod est per naturam aut a parte eius quod est conveniens in nomine ut domus ex domo aut per actionem quoniam per artificium est forma aut ex parte que habet partem suam sunt generationes per accidens agens enim aliquid est causa per se primo quoniam calor per motum facit calorem in corpore. Et hec est sanitatis principium aut pars. Sequitur enim ipsum aliqua pars sanitatis principium aut pars sequitur enim ipsum aliqua pars sanitatis per se. Et ideo dicitur quod agit et facit sanitatem per illud quod sequitur ipsum et accidit ei calor. Ergo sicut dictum est quod in sillogismo principium est causa substantia sillogismi enim sunt ex hiis que sunt ita. Hee generationes et illa que constituuntur in natura. Semen enim facit sicut illa que sunt ex artificio quoniam in eo est forma in potentia. Et illud ex quo est semen conveniens est in nomine quoquo modo. Non enim oportet querere omnia in illa eadem dispositione in qua generatur homo ex homine. Mulier enim ex viro est. Et ideo mulus non est ex mulo nisi sit quidam. Omnia enim que generantur ex se sunt. Sicut illic omnia quorum materia habet potentiam ut moveatur ex se hoc motu quo movet semen ut

et omnia quorum materia non potest hoc sunt alio modo et non sunt existentia. Et iste sermo non significat substantiam tantum quod ex forma non generatur: sed est sermo communis omnibus primis rebus verbi gratia quantitati et qualitati et aliis predicamentis ut sphaera cuprea sed non est sphaera nec cuprum sed fit ex cupro oportet semper ut sit ante per materiam et forma. Et similiter illud quod est per qualitatem et quantitatem et alia predicamenta. Qualitas enim non erit aut lignum habens qualitatem nec quantitas sed lignum quantum aut aliud. Sed invenitur ex istis quod substantie propinque habent semper necessario aliam substantiam que est ante in actu ut aliud. Sicut est aliud qualitatem esse aut quantitatem non est necesse nisi in potentia tantum. Ergo diffinitio est sermo et omnis sermo habet partes et quemadmodum sermo est ad rem ita pars sermonis ad partem rei. Dubitatur ergo in hoc utrum sermo partium debeat collocari in sermone totius aut non. Videmus igitur quod quedam collocantur et quedam non in sermone. Enim circuli non est ille qui est partium in sermone autem sillabe est sermo litterarum et si circulus dividatur in partes sicut sillaba in litteras et cetera. Et si pars est ante totum et acutum est pars recti et digitus est pars animalis ergo acutus est ante rectum et digitus ante animal est. Sed estimatur illa esse priora quia dicuntur per sermonem quoniam sunt existentia et quia sunt ex aliis ab illis sunt ante et cetera. Aut dicamus quod pars dicitur multis modis unus est ille qui dicitur per quantitatem et alius qui dicitur per qualitatem.

Sed dimittamus hoc et perscrutemur ea ex quibus est substantia et sunt tanquam partes. Si igitur quedam est substantia et materia et forma et id quod est ex istis materia et quedam forma et quedam id quod est ex istis forte dicetur pars rei sicut dicitur materia et forte non dicitur. Sed ex quibus est diffinitio forme ut caro que non est pars profundi est enim materia in qua est profundum et est pars similitudinis et cuprum pars est totius predicabilis et non est pars predicabilis quod dicitur quod ipsa forma. Forma igitur dicitur de illo quod unaquaeque res habet formam materia non dicitur per se omnino. Et ideo in diffinitione circuli non dicitur diffinitio partium et in diffinitione sillabe sunt littere. Littere enim sunt partes forme et non sunt materia. Partes non circuli sunt partes tanquam materia sicut quam fit. Et sunt propinquiores forme cupro cum circulus est in cupro. Et forte est per se ut sillabe non sunt omnes voces in sermone sillabe ut iste audibiles aut que sunt in aere. Iste enim sunt sillabe quia sunt sensibiles materiam. Linea enim non corrumpitur quia semper dividitur in media ut homo in ossa et in nervos aut carnem. Et ideo sunt existentes secundum hunc modum tanquam partes substantie. Sed que ex eis totius non sunt partes forme aut illius quod habet diffinitionem non sunt partes.

Et similiter in diffinitionibus est in quibusdam non et non sunt nisi aliqui diffinitionum partium que sunt tales et in quibusdam non. Non oportet ut sit unum non sit illud quod est congregatum. Ista enim quedam sunt ex illis que sunt principia et in ea corrumpuntur et quedam non. Omnia igitur quorum forma et materia sunt congregate ut simum et circulus cupri corrumpuntur in ista et materia est pars eorum. Et omnia que non aggregantur cum materia sed diffinitiones forme sunt sine materia aut non corrumpuntur omnino aut non corrumpuntur: sed illa corrumpuntur

ergo in illis quorum illa que sunt sub eis
sunt principia et partes eorum. Forma
vero est non iste partes neque principia eorum et
ideo corrumpuntur per dissolutionem in istas in-
terim et sphera cupri in cuprum et callias in
carnem et ossa et est circulus in partes que
cumque igitur congregantur cum nomine et di-
citur voce circulus cum dicitur modo sim-
pliciter et ille qui est particularis particula-
ria cum non sit nomen proprium.
Iam igitur diximus sermonem latenter in-
sed nunc dicamus magis manifeste sed per-
tentamur ad quot sunt partes sermo-
nis et in que dividitur sermo. ista enim sunt
ante aut omnia aut quedam. diffinitio autem
recti non dividitur in diffinitionem acu-
ti. sed que est acuti recti. Cum enim diffinit
acutum utitur recto. quia acutus est minor
recto et circulus et semicirculus sunt
similia istis. Semicirculus enim dif-
finitur per circulum et digitus per totum.
digitus enim est pars talis partium per totum
talium hominis. Omnes igitur partes que sunt ta-
les in materia et in quas dividuntur sicut illa que sunt
in materia. Et omnes que sunt diffinitionis
et substantie que est secundum diffinitionem sunt posteriores
secundum rationem aut omnia aut que-
dam. et in animali anima et hec enim est
substantia animati animati per substantiam que est
secundum diffinitionem et forma et que est per essenti-
am talis. Vnde unaqueque igitur per partem si diffini-
tur bene non diffinitur sine diffinitione que
est eius. Ergo partes eius sunt an-
te aut omnes aut quedam magis quam partes
animalis congregati et talis in omnibus par-
ticularibus corporeis et sive partes sunt
per hanc substantiam. et ista dividuntur
sicut illa que dividuntur in materia non itaque
sunt substantie. sed que sunt universaliter. Ista

igitur sunt ante universalia et forte non omnia non
possunt dividi et non erit idem quod est alio
modo in aliqua dispositione. digitus enim a-
nimalis in sit equivoce ut mortuus et yma-
gines eorum que sunt in rei veritate et
in eo non est diffinitio primo et substantia ut
cor aut cerebrum. aut idem quod est excellens non
est in hoc diversitas homo vero et equus
et que sunt eius in particularibus et non sunt
modo universaliter sed aliquod totale congregatum
ex diffinitione et materia sicut due partes toti-
us ultimi in eo et substantia est in materia ultima
et forma et hec partem dico formam in
illud quod est per essentiam et totum congre-
gatum est ex materia et forma. sed partes dif-
finitionis sunt forme tantum. diffini-
tio est totius essentia enim circuli et cir-
culus et essentia anime et anima idem sunt.
Res autem totalis congregata. verbi gratia
iste circulus aut aliquod particula-
rium aut sensibilium aut intel-
ligibilium et dico intelligibilia ut
mathematica et sensibilia ut cuprea
et lignea non habent diffinitionem sed cognos-
cuntur cum cogitatione vel cogitatione
aut sensu et cum recedunt ab in-
tellectu non manifestantur utrum
sunt aut non sunt. Id vero dicitur et cognosca-
tur sermone universali. materia vero per se non cog-
noscitur. et quedam materia per se est sensi-
bilis et quedam intelligibilis et sensibi-
lis ut cuprum et lignum et omnia que
moventur. intelligibilis est idem quod est
in sensibilibus non secundum quod sensibilia ut
mathematica.

Dictum est igitur quomodo est de toto et par-
te et ante et post. sed necesse est ut
questio sit secundum interrogationem
cum aliquis quesierit utrum rectus

et circulus naturalis sunt ante aut
partes in quas dividuntur quoniam non est essentia
recti simpliciter necessaria. simpliciter est animal
aut animatum nec quod unumquodque cir-
culorum et quod habet quilibet circulus est
circulus et rectus et essentia recti est rec-
tus et substantia que est recti. quod autem dicitur prius et posterius
non est sicut illa que sunt in diffinitione et ante
et post. i. rectus. rectus enim in materia
prea est rectus et cum est in ligneis par-
ticularibus quia autem est sine materia est post par-
tes que sunt in diffinitione et ante par-
tes et que sunt in particularibus et non dicitur
simpliciter. sicut non fuit. aut non fuit non
sic anima sicut animalis secundum hunc igitur mo-
dum dicitur quedam esse et quedam non esse sicut
dictum est. Et rectum est ut aliquis
queret que sunt partes forme et que non sunt
partes eius sed congregati. Quoniam si
hoc non fuerit manifestum impossibile erit im-
possibile erit diffinire unumquodque. diffinitio
enim est totius et forme que est igitur in pa-
rium et que autem fuerit non erit res et sic non
erit. diffinitio que est rei manifesta et. omnia
igitur que videntur esse per formam in alio ut
circulus in cupro et ligno et lapide
estimantur esse aliquid cuprum enim non
est aliquid de substantia circuli nec lapis
quia separatur ab eis omnia vero que non
videntur separari nichil prohibet
ut sint sicut ista. Quemadmodum si
omnes circuli non viderentur cuprei quoniam si
ita esset. non esset cuprum sine forma
omnino. sed difficile est ut hoc sit separabi-
le de intellectu ut forma hominis
que semper videtur esse in carnibus et ossibus et
in omnibus partibus similibus istis. Verum
igitur ista sunt partes forme et diffi-
nitionis aut non. sed sunt materia. sed quando

quia separantur et in alio non possumus
cognoscere ea. hoc enim estimatur esse
possibile et non manifestatur in hac hora.
Et quidam dubitant in circulo et in
triangulo quoniam non dicunt diffiniri que sunt
linee et continui. sed dicunt quod omnia ista
sunt sicut dicitur caro hominis et ossa eius
et cuprum et lapis circuli sunt. quia membra
circuli et attribuunt omnia ista numeris
et dicunt quod diffinitio linee est diffinitio duo-
rum. Et quidam eorum qui dicunt formam
dicunt quod est linea. quoniam linea est prima di-
visio unius et duo est prima divisio du-
orum et quidam quod est forma linee et quod que-
dam res sunt idem forma et habent formam
ut duo duorum forma. sed non est in linea
unum accidit quod una forma sit plurium
quorum forma videtur esse par et hoc acci-
dit pitagoricis et quod est possibile ut for-
ma omnium sit et aliud non sit forma et
secundum hunc modum erunt omnia unum.
Dictum est igitur quod in diffinitionibus est du-
bitatio et quod hoc est quia omnia non sunt eius
de dispositione et quia materia totius. Rectum
est igitur ut quedam sit tale in hoc sicut
et in hoc aut sicut oportet ut sint illa que sunt
semper et cum hec equalia phanoni? est
assuetus dicere. in animalibus non est bonum. pro-
cedit enim a veritate et estimatur quod
esset possibile ut homo sit sine alio. sicut cir-
culus sine cupro et hoc non est sic. rectum
est igitur ut aliquid sit aliquod habens sensum et non
est sine motu et ideo non est sine partibus et
sunt quoquo modo. Manus enim non est pars ho-
minis omnimodo. sed que potest complere
actionem. Ergo quando fuerit animatus et
est tunc non est pars. In mathematicis vero que
non sunt diffinitionis partium diffinitionum ut
semicirculorum quoniam ista non sunt sen

ex rebus que sunt impossibile et non bonum ut
sit substantia sed est ex rebus ut non sit ex substantiis
neque ex illo quod est hoc demonstratum sed ex
qualitate. Esset enim ex non substantiis neque ex illo quod
est hoc demonstratum sed ex qualitate esset
enim ex non substantia et qualitas esset ante substantiam
quod est impossibile. Impossibile enim est neque secundum dif-
finitionem neque secundum tempus neque per generationem pas-
siones esse ante substantiam et in sorte esse sub-
stantiam cum sit substantia. ergo erit substantia duobus
et ius accidit album in genere. Si homo est
substantia et omnia que dicuntur hoc modo ut nul-
lum eorum sit aliud separatum. verbi gratia ut
non sit animal aliquod aliud a particularibus neque aliud ex
illis que sunt ex illis omnino. ¶ Et universaliter de-
clarabitur considerantibus quod nullum eorum que pre-
dicantur communiter significat hoc. Sed tale et si
non accidant plura alia et tertius homo. ¶ Et
et hoc est manifestum hoc modo. Impossibile
enim est quod substantia sit ex substantiis cum sit unum
sicut illa que sunt in actu. Duo enim
que sunt in actu secundum hunc modum non
erunt in aliqua hora unum in actu sed si
fuerint duo in potentia erunt unum sicut bi-
narium ex duobus in potentia. Actus enim di-
vidit substantia igitur non est unum ex substantiis que sunt al-
teram in actu. ¶ Et secundum hunc modum
dixit Democritus sermonem verum. Dixit
enim quod impossibile est unum esse ex duobus
aut duo ex uno. tunc enim essent substantie
magnitudinum indivisibilium. Et
est manifestum quod substantie similiter. Cum enim in numero
substantia sit unitas sicut dicunt quidam
duo aut illa in quibus non est unitas in
actu. ¶ Et in hoc quod accidit ex hoc
est error. Quoniam sic impossibile ut substantia sit
omnino de substantiis in actu ergo nulla com-
positorum est substantie alicuius sed omnis estimat
ex predictis quod diffinitio autem est substantie tantum

aut est enim magis et secundum quod dicitur est non.
Non est diffinitio substantie. nec alicuius rei omnino
nisi dicatur quod quodam modo est dif-
finitio et quodam modo non. Et iste ser-
mo erit de sermonibus dictis post. ¶ Et ex
hoc apparet quid accidit dicentibus
formas scilicet ydeas esse substantias et separatas
et dicentibus cum hoc quod forma est ex ge-
nere et differentiis. Quoniam si forma et animal est
in homine et equo tunc aut sunt unum
numero aut diversa et est manifestum quod am-
bo sunt unum per diffinitionem et aliquid
fuerit homo et est per se hoc et est separatum. ne-
cesse est et illa ex quibus est animal ut et signi-
ficent hoc et ut sit separatum per se.
ergo animal est sicut id in equo est sicut non
idem quodammodo quomodo possunt ponere
ipsum separatum et ut sit unum et quare
non est separatum ab eo ipsum animal. ¶ Et
et si per communicationem sunt bipes et
multipes ergo necesse est ut in eis sint con-
traria in simul in eodem cum hoc est et si
non quomodo igitur dixit aliquis quod est animal am-
bulans aut bipes et rectum est ut sint
composita aut contacta aut mix-
ta. Sed omnia sunt individua quando
separantur. Sed unumquodque eorum est u-
num aliquid. Erit igitur sic sermo dic-
tis quod illa quorum substantia est animal sunt
infinita. homo enim ex animali non acciden-
taliter et ipsum animal est plura. substantia enim
est animalis quod est in quolibet et non dicitur ad aliud.
et si non esset homo ex illo et hoc est generis eius
et est omnia ex quibus est homo sunt exem-
plaria ergo non est exemplar dictum
de alio substantia. hoc est impossibile. ergo erit
id quod est animal in unoquoque eorum que sunt animalia
et in equo erit ex hoc et quomodo ex illo
quod est animal aut quomodo est per se ut animal

quod est substantia sit aliud ab eo quod est animal.
¶ Et etiam accidunt ista sensibilibus
et magis inopinabilia et sic impossibile
ut sint hec in manifestum est quod non sunt ex-
istentia secundum hunc modum. Quoniam dicitur quod
et cum substantia totalis et diffinitio aliud et ad
scilicet quod quedam substantie sunt hoc modo quod diffinitio
congregat materiam et quedam est universalis dif-
finitionis omnia que dicuntur secundum hec habent
generationem et corruptionem et diffinitio
autem est que hoc modo non habet corruptionem
quoniam impossibile est generari. Essentia enim
domus non generatur sed generatur essentia
cuius est domus. Ista igitur sunt et non sunt si-
ne generatione et corruptione et declaratum
est quod ista non generant neque aliquid faci-
unt. et ideo neque diffinitio neque demonstra-
tio est substantiarum sensibilium particularium
habent enim materiam que habet naturam qua potest esse
et non corrumpuntur omnia particularia et
si demonstratio est ex rebus necessariis et diffinitio est
scientia quemadmodum est impossibile scire aut ig-
norare id quod non potest esse tale sed est secundum
estimationem. ita non erit demonstratio
neque diffinitio eius quod potest esse aliomodo
sed est secundum estimationem. Manifestum est
igitur quod non habent diffinitionem neque demonstra-
tionem. Que enim corrumpuntur non sunt
manifesta apud habentes cognitionem
quando recedunt a sensu et sermo est con-
servatus in anima. et ideo oportet diffinientes
scire quod quando aliquis diffinierit aliquod par-
ticularium quod est ut remaneat id quod
impossibile enim est ut diffiniatur et non
diffiniatur est. Et ut unum exemplari-
um est exemplar enim est ex particula-
ribus hec dicunt et est separatum. ¶ Et necesse
est ut sermo sit ex nominibus et qui non
diffinit non ponit ei nomen quoniam non erit

notum si fecerit. nomina autem posita sunt
communia omnibus rebus. ergo necesse est
ut hec sit ad alium. Et si aliquis diffinie-
rit aliquid dicet ipsum esse animal aut
macilentum aut aliquid quod est alicuius est. et
si aliquis dixerit quod melius per hiis ut
omnia ista sunt separata in rebus uni-
versalibus et ut multis et ut sunt in simul
in suis solius rei. tunc dicemus est duobus
ut animal bipes animali et bipedi et hoc necesse
est ut sit in eis que sunt ante et sunt par-
tes compositi et ut sunt separata
si homo est separatus aut nullum est aut u-
trumque. Sed igitur nullum fuerit non erit genus
aliud a forma et si fuerit differentia erit ante
essentiam et ita et hoc vocabulum non des-
truunt se ad invicem. Et etiam exempla-
ria sunt exemplaribus quoniam que sunt
ex eis sunt minora compositis et etiam oportet primo
per sermonem illa ex quibus est exemplar
de pluribus. verbi gratia animal et bipes et sic non
erit quomodo erit et sic sciretur sicut id quod est
impossibile predicari per sermonem de pluribus
sed de uno tantum et hoc non estimatur sed
estimatur quod omne exemplar est adqui-
situm. ¶ Quemadmodum ergo dictum
est latet quod impossibile est ut diffinitio sit re-
rum eternarum et maxime id quod est eternum ut
sol et luna. non enim peccant in hoc solo
scilicet qui nituntur in talia que cum recedunt
erit sol est ut in nocte latet sub terra
quoniam si appareret et si occidit erit sol
est. sed hoc non sentitur. Sol enim significat quan-
dam substantiam et est omnia que possunt esse
in alio sic erit si fuerit ad tale. Mani-
festum quod erit sol ad. ergo sol est commu-
nis. Sed iam fuit ex rebus particulari-
bus ut socrates et plato. et si non. Quare non apparet
diffinitio exemplaris alicuius quoniam decla-

ratum quando quod est dictum hic est unum qui
hoc utuntur in manifestum est. et eius quod plures
substantie que estimantur esse possunt et sunt
preter animal quorum existentie est distinctum
unum. sed sunt quasi generata aut quando con-
iungantur et fiat ex eis unum et potest
aliquis estimare quod partes rerum
animatarum et partes anime magis quam
aliud appropinquant sibi invicem esse in
actu et in potentia. habent enim principi-
um motus ex aliquo in oppositum. et
ideo quoddam animal postquam dividitur
vivit. tamen est omnis potentia cum sit
unum et continuum per naturam non per glu-
tinum et applicationem. Quod enim est tale est
diminutio nature. Et quia unum
dicitur sicut ens et substantia unius est unum
et substantia entis est unum in numero. manifestum
quod impossibile est ut substantia rerum sit unum
aut ens. Sicut impossibile est ut princi-
pium sit essentia elementorum. Sed
querimus quid est principium ad sciendum
duo et substantiam que est in istorum magis quam
aliud est ens et unum et principium et
elementum et causa. Sed non videntur ista esse
substantia cum nullum aliud commune omnino sit
substantia. Substantia enim non est alicuius nisi sui
ipsius et illius cuius est. et est substantia il-
lius rei. Et etiam unum non est in simul
et commune est simul est plurium. mani-
festum est igitur quod nullum universale est se-
paratum a particularibus. Sed isti qui
dicunt formas esse quo non possunt
dicere enim faciunt eas separatas
cum sint substantie et quodammodo non est
unum. Dico enim quod eadem est forma in
pluribus et causa in hoc est quia non possunt
narrare que sunt substantie que sunt ex-
tra illas ultimum sunt substantie que non cor-
rumpuntur alie a substantiis particula-
ribus et sensibilibus est. Et ideo illi faci-
unt easdem per formam que corrum-
puntur et dicunt nos scimus ista esse ut
hominem et addunt in sensibili-
bus verbum quod dicat esse in non est et est. et si non
non vidimus stellas tamen essentia eo-
rum non diminueretur et essent substantie e-
terne. ergo rectum est ut sint nunc
licet non sit scitum apud nos quid sint.
ergo manifestum est quod nullum eorum que
dicuntur universaliter est substantia nec aliqua substantia.

Et sic incipiamus alio modo et
dicamus quod oportet dicere substantiam sicut
aliud rectum est igitur ut existat sermo
cuius declaretur sermo de illa substantia
que est separata a substantiis sensibilibus.
Et quia substantia habet principium et
causam aliquam accipiamus ab ea ini-
tium et queramus quare secundum hanc dis-
positionem semper queritur aliud in alio est.
querere autem quare musicus est albus homo an
est querere quod est aut hoc nichil est
querere quare homo est musicus aut erit
postremo. querere enim quare est in est querere
rei causa oportet enim in esse et essentia
declarentur. verbi gratia quoniam luna eclip-
satur. sermo enim de istis rebus est
unus et causa in omnibus est una. quare homo
est homo. et musicus musicus nisi a-
liquis dicat quod omne quod est unum in quod
omne unum ex se non dividitur et hec
est essentia unius. sed hoc est commune
et dicitur de omnibus rebus universaliter. Et
forte quereret aliquis quare homo est
animal sic hoc manifestum est enim quod non querit
quare est. hoc et illud quod est homo non querit sicut
quid dicunt quod hoc manifestum est. sed igitur
quod non fuerit hic nichil querit sicut querere

est contrarium quod est dicimus in nubibus
quoniam secundum hoc quesitum est in unum de a-
lio et quare hoc sicut lapides et lateres domus
manifestum est enim quod querit causam in sunt
quiditas domus sicut est modo logico.
quoniam in quibusdam rebus potest inveniri
quedam causa sicut invenitur in domo
aut in scanno et in quibusdam querit quod
est materia et in quibusdam motor primum.
hoc enim est causa sed causa que est talis querit apud
generationem et corruptionem et est forma in
essentia. Et quod latet multum in eis
que non dicuntur de aliis ut cum querit quid
est homo. Est enim modo simplici et non dis-
tinguitur hoc esse in hoc et tamen oportet non
habeat essentiam aut erit essentia est.
manifestum est quod nihil querit quare est. verbi gratia quare
hec est domus quia est talis et talis cum
fuerit essentia domus. et quare hoc est homo
quia habet hoc et hoc quod est corpus. manifestum
est igitur quod querit causam materie. et illa est forma cuius
et habet aliquid et est substantia. manifestum est
igitur quod in simplicibus non querit nec docetur
latur. sed sequitur tale alio modo composi-
tum est igitur aliquid quod est secundum hunc mo-
dum ita quod totum sit unum non ita quod
sit sicut coacervatio. Sed quemadmodum
sillaba non est littera ut b et a nec caro
est ignis et terra. Quoniam ista cum dissol-
vuntur quedam non sunt sicut caro et sillaba
littere non sunt et ignis et terra et tamen sillaba est
aliquid quoniam quod est littere scilicet littere vocales et con-
sonantes sed est aliud et caro non est
ignis et terra et calidum et frigidum tan-
tum sed sicut aliud est. Si igitur fuerit necesse
est ut id sit elementum aut ex eis. si fu-
erit elementum sermo de eo est sicut idem
dictum est caro cum huius est ignis et terra
et alterius ita quod procedit in infinitum
tum. et si fuerit ex eis manifestum est quod
non est ex uno sed ex pluribus et sic iterum erit idem
et est hic iteravimus istum sermonem quem
diximus de carne et sillaba. et apparebit
quod est ex isto et causa eius quid est per essenti-
am et quod est alicuius caro et alicuius
sillaba et simpliciter aliud et hoc est quia
quoniam est causa. hec est causa prima essentie et cum
quedam non sunt substantie rerum sed constituun-
tur in similibus substantie. rectum est ut ista na-
tura appareat in aliqua substantia que non est elementum sed
principium. elementum est enim id in quod divi-
ditur res et est in re quasi materia ut a et b in
sillaba.

Oportet nos
congregare dicta
et determinare ser-
monem et postea complere
dictum est enim quod querende sunt cause sub-
stantiarum et principia et elementa quedam
enim substantie sunt concesse ab omnibus et
dicunt quidam de quibusdam sermones
proprios concesse enim sunt substantie natura-
les ut ignis et terra et aqua et aer et alia
corpora simplicia. deinde plante et par-
tes earum et animalia et partes animalium et
celum et partes celi et quidam dicunt substan-
tias proprias esse formas et mathematica. Et
accidit ex sermonibus ut sint substan-
tie quod est per essentiam et substantiam et etiam
magis quam forme et universale magis quam
particularia et exemplaria et quemadmodum conti-
gunt cum universalibus per genus estima-
tur enim esse substantie quia recipiunt unum
sermonem. ergo quid est per essentiam
et substantia et sermo eius diffinitio et id
dictum est in diffinitione et in illo quod est
per se et quia diffinitio est sermo et omnis sermo
habet partes. considerandum est etiam de divisio-

Textus libri viii

de parte et cognitio est que sunt partes substantiarum et que non sunt. et si sunt partes diffinitionis et est non est substantia neque ut universalia genus de exemplaribus. vero in mathematicis perscrutandum est post. ¶ Manifestum enim dicunt ipsi esse substantias animas ab istis substantiis sensibilibus et omnes substantie sensibiles habent materiam et substantia est subiectum. et alio modo est materia et dico materiam illud quod est quod hoc non est hoc in actu sed est hoc in potentia et alio modo est diffinitio et forma que est principium rei. et est per diffinitionem separata. et tertio modo illud quod est existens ex ambobus cuius solius generatio et corruptio. et est separatum modo simpliciter. substantie enim sunt que sunt per diffinitionem quedam sunt iste et quedam non. Manifestum est igitur quod materia est substantia quoniam omnes transmutationes oppositorum in situ habent substantiam fixam illud quod est in loco quod cum est hic nunc fiet in alio loco et in re in qua est nunc secundum hanc quantitatem fiet in minore aut maiore et in transmutatione est aliquid quod modo est sanum quod fiet egrum et similiter in substantia que est nunc in generatione fiet et corruptione et cetera in subiecto sed hic fiet et sic illud quod est per privationem et alie transmutationes sequuntur istam. Ista autem non sequitur unam aut duas aliarum. non enim est necesse si illud quod habet naturam localem habeat et naturam que generat et corrumpit. dictum est igitur in naturalibus que est differentia inter non esse simpliciter sed et aliquam substantie sunt concesse ut subiectum et materia et et est illud quod est impossibile remanet dicere que est in substantia sensibilium que est in actu. ¶ Democritus vero videtur estimare quod differentie earum sunt tres. materia vero que est substantia subiecta est eadem et differt aut secundum ordinem que est figura aut [lacuna] secundum transmutationem que est situs aut secundum contactum

quia est compositio et ipse videntur multas differentias ut dicit. quedam per compositionem materie ut omnia que admiscentur verbi gratia mel et aqua et quedam per ligamentum et quedam per glutinum ut liber et quedam per clavos ut arca et quedam per plura istorum et quedam per situm ut via et limen. Ista enim differunt secundum modum situalem et quedam secundum tempus ut mane et sero et quedam secundum locum ut venti et quedam per passiones que sunt sensibilium ut durities et mollicies et spissitudo et raritas et siccitas et humiditas et quedam per quedam et quedam per omnia ista et quedam magis et quedam minus. et ideo cum limen per suppositionem limen. Manifestum tamen est igitur quod ens dicitur secundum numerum istorum modorum. dicitur enim ens in a quod est secundum hunc situm et hoc esse significat quod est secundum hunc situm et ipsum esse frigus est esse quod in spissatum est secundum hunc modum et esse etiam quorundam rerum determinatur per omnia ista. quedam enim sunt mixta et quedam complexa et quedam ligata et quedam secundum secundum alias differentias ut manus et pes. Accipiantur igitur genera differentiarum. Ista enim cum erunt principia essentie sicut quod est maioris et minoris et spissi et rari et per tales similes istis. omnia enim ista sunt in additione et diminutione et si sint alicuius figure aut lenitas aut asperitas omnia [lacuna] in recto aut in tortuoso et quedam sunt quorum essentia est mixtio et modo opposito in situ que est eius essentia. Manifestum est igitur ex istis quod si substantia sit causa essentie cuiuslibet istorum. sed quod querendum est in istis et que est causa essentie cuiuslibet istorum. Nichil enim eorum est substantia

neque cum congregatur cum aliis sed tamen indiget quolibet eorum convenienter. ¶ Et quemadmodum in substantiis ea que predicatur de materia ipsa est in aliis diffinitionibus magis verbi gratia si voluimus diffinire limen aut lapidem dicemus quod est illud cuius est pars talis et ita le et domus que ligna et lateres quorum situs est talis et est in quibusdam diffinitionibus consideramus illud [illegible] verbi gratia quod glacies est aqua congelata et spissa aliqua spissitudine et cum mixtio [illegible] est mixtio [illegible] cum gravi aliquo mixtione et secundum hunc modum in aliis rebus et ita apparet ex istis rebus quod omnis materie actio est alia ab actione alterius materie et sermo in actio enim cuiusdam est compositio et cuiusdam mixtio et cuiusdam aliud dictum. et ideo illi qui diffiniunt et dicunt quod domus est lapides et lateres et ligna dicunt domum in potentia. Ista enim sunt materia et qui dicunt quod domus est que tegit divitias et corpora dicunt actionem. ¶ Et qui autem congregant omnia ista et componunt ea dicunt tertiam substantiam que est ex istis videtur enim quod sermo diffinitionis sit forme et actionis et illud quod existit rebus in quo est sit materia magis et iste assimilantur diffinitionibus quas antiquitus inspiciebat que aggregantur ex ambobus ut dicitur quid est serenitas et dicitur quies in multitudine aeris aer igitur materia est et quies actio et substantia et quid est tranquillitas et dicetur lenitas maris. subiectum igitur quod est quasi materia est mare. ¶ Actio vero et forma est lenitas declaratum est igitur ex dictis quid est substantia sensibilis et quomodo quedam enim

est quasi materia et quedam quasi in actu et tertia que est existens. ¶ Sed oportet nos non ignorare cum forte latet quid est illud quod significat nomen utrum significet substantiam compositam aut actum et formam. verbi gratia domus utrum significet commune quod est coopimentum ex lateribus et lapidibus compositum talium aut significet actum aut formam. sed coopimentum et linea utrum significet duo puncta et alterum significet animam et corpus aut animam ita enim est substantia et actus corporis et forte alterum significet utrumque et non sit illud quod dicitur secundum unam et eandem diffinitionem sed sicut in quod dicitur secundum unam et eandem diffinitionem sed sic illud quod attribuitur eidem. ¶ Sed ista in alio modo diversificantur. In querere vero substantiam sensibilem non diversificatur omnino illud enim quod est per essentiam est per formam et actum quoniam anima et anime esse idem. homo vero et hominis esse non nisi dicatur quod anima est homo [illegible] et aliquo est et in aliquo non est et non apparet querentibus quod sillaba est ex litteris et compositione. neque quod domus est lateres et compositio et hoc modo videtur. compositio enim et mixtio est ex eis et non alia secundum hunc modum et in via. Cum non est ex situ neque situs ex via sed hoc ex hoc illo neque homo animal bipes sed oportet ut sit aliquod aliud a rebus multis et [illegible] non est elementum ex elemento sed est substantia quam dimittunt esse illi qui negant materiam et sic est et causa essentie et esse substantia ergo non dicunt substantiam ipsam esse substantiam necesse est igitur ut ista sint aut eterna aut corruptibilia absque eo quod corrumpantur et quod sunt sine generatione. et declaratum est et demonstratum alibi quod forma ex nichilo facta est et non generatur. et fit sed generatur illud quod est ex eis

tis et sicut domus est declaratum si substan-
tiarum que corrumpuntur sunt sepa-
rate. Sed tamen hoc declaratum est quod im-
possibile est in quibusdam et sunt omnia que non
possunt esse sine aliis ut domus et vas.
Et rectum est ut non sint neque ista neque substan-
tie neque aliquid aliquid omnium preter
que non constituuntur per naturam. Rec-
tum enim est igitur ut aliquis ponat natu-
ram esse substantiam in rebus que corrumpuntur.
Et ex eo dissoluitur questio [illegible] antiqui in hora
non [illegible] impossibile enim est [illegible]
ut sit diffinitio eius quid sit. Diffinitio enim
est sermo longus. Sed impossibile est diffinire quid est sed quale est
tur per similitudinem ut argentum enim im-
possibile est ut dicatur quid est sed est quasi stag-
num. Ergo in substantiis est quedam substantia quam im-
possibile est ut habeat sermonem et diffinitionem
ut substantia composita sive fuerit sensibi-
lis sive intelligibilis. Ista autem ex qui-
bus est ista substantia primo impossibile est ut habeat
sermonem cum sermo diffinitionis significet
aliquid de aliquo et debet esse quedam quasi
materia et quedam quasi forma. Et mani-
festum est quod si substantie sint numeri quod sunt
hoc modo sunt igitur sicut quidam dixe-
runt ex unitatibus. Diffinitio enim est aliquis
numerus quia dividitur in res indivisi-
biles. Sermones enim non sunt infini-
ti et numerus est tale. Et quemadmodum quando ab
aliquo numero diminuitur aut addi-
tur aliquid eorum ex quibus est numerus
tunc primus numerus non remanebit
idem sed fiet alius numerus licet diminu-
tum vel additum sit valde parum. Simi-
liter non remanebit diffinitio neque quod est quod est ne-
cessarium quando ab eo diminuitur ali-
quid aut cum ei additur. Et oportet ut

numerus sit aliquid quo est unum quod nunc non pos-
sunt dicere per quid est unum et si est unum
aut est aut non est. Sed est sicut aut
si fuerit dicatur quid fuit unum
ex pluribus. Et diffinitio est sicut una oratio
cos dicere in ea simile dicto sed non possunt
dicere et recte accidit hoc. Unum enim
est dictum unum quod secundum quod est unum per
substantiam secundum igitur hunc modum est
unum et non sicut quidam dicunt quod aliquid u-
nitas aut aliquis punctus. Sed est
actio et alia natura per simplex
et quemadmodum numerus non est magis et
minus. Similiter neque in substantia que est que
forma nisi sit substantia que est in materia. Sit
igitur ista dicta in generatione et corruptio-
ne substantiarum que dicuntur et quomodo est possibile et quo-
modo non in attributione eorum numero.

In substantia vero materiali oportet nos non ignora-
re quod si omnes sint ex eodem tamen
proprium unicuique ut flegma et co-
lera. Flegmatica enim sunt calida
et unctuosa colere aut amara et
alia calida et rectum est ut ista sint
ex eodem et erunt plures materie ex eodem
cum materia unius fuerit ex alio aut
materia flegmatis ex unctuoso et unc-
tuosum est ex dulci si unctuosum
est ex dulci et calida aut colera sol-
vitur in primam materiam. Duobus enim
modis est hoc ex hoc aut ut procedat
ad ipsum aut resolvatur et ueni-
at ad primum principium et possibile est
ut materia sit una et res diverse sint
causa movente verbi gratia ut ex lignis
fiat archa aut lectus et in quibus-
dam rebus materia est diversa et necesse est
ut sint diversa. Serra enim non fit
ex lignis et non est hoc ad causam mo-

uentem. Non enim potest facere serram ex
lana aut ligno. Et si potest facere
hoc ex alia materia manifestum est igitur quod
artificium est primum principium quod movens quando
sint fuerit alia et motor et forma. Cum
igitur quesierit aliquis que est causa, dicitur mul-
tipliciter. Oportet dicere omnia que possunt esse cause
ut causa hominis que est quasi materia scilicet menstruum et causa
que est quasi motor sperma et causa que est quasi forma
est id quod est per essentiam et causa que est sicut illud
est propter quod est complementum et forte hec
duo sunt idem. Et oportet dicere causas propinquas
scilicet materiales non ut ignem et terram sed
naturam propriam. Rectum est igitur in substantiis
naturalibus generalibus et corruptibilibus hac via
si aliquis voluerit dare diffinitionem
sanitatis cum iste cause sunt quatuor
numero et oportet scire causas. In substantiis vero na-
turalibus sed eternis est alius sermo.
Rectum est igitur ut quedam hoc non habeant
ut non sint tale sed etiam motum in loco
tamen neque ista que sunt per naturam et non
habent aliquam materiam sed substantia eorum est
substantia ut causa eclipsis non est aliqua materia sed
luna que patitur est aliqua causa sicut [illegible] mo-
tus causa autem [illegible] lucem est et cetera
rectum est ut non sit causa que est propter quid
et causa que est quasi forma et differentia et si diffinitio
non fuerit cum causa non erit manifesta. Verbi gratia
quid est eclipsis privatio luminis et si addi-
mus esse ex terra que fit in medio hoc est
sermo cause. Et similiter in sompno non enim
est manifestum quid sit primum patiens
sed est manifestum ipsum esse aliquid. Sed quis est
hoc et quid sit primum vivum aut ad-
dendum propter quod accidit. Deinde quid sit pas-
sio que accidit ei et non est totius. Sompnus
non enim est aliqua quies et talis. Sed hoc per pri-
mo passio in aliquo. Cum igitur quedam

res sunt et non sunt sine generatione et cor-
ruptione ut puncta si fuerint modo uel
forma quoniam non est album sed lignum album
si omne generatum est ex aliquo et est aliquid
album non igitur erunt omnia contraria ab
invicem. Sed alio modo homo albus ex ho-
mine nigro et album ex nigro neque
materia tunc invicem eorum que habent genera-
tionem et transmutationem et transmutantur
ab invicem. Omnia enim que sunt absque
sed eo quod transmutantur nulla est materia
horum. Questio autem dicetur de eis et est quasi
materia cuiuslibet rei ad contraria ut dicit si corpus
in potentia est sanum et infirmitas est contra-
ria sanitati. Est igitur utrumque in potentia et
aqua est in potentia ad acetum et vinum. Et materia est
in quibusdam secundum formam et habitum et
in quibusdam secundum privationem et corrup-
tionem naturalem. Questio vero est cuius sit et
quare vinum non sit materia aceti licet est acetum in
potentia et si ex eo fit et est vivum in potentia mor-
tuum in potentia. Et corruptio est accidentalis. Materia vero
animalis est modo corruptionis potentia mortui
et materia eius et similiter vinum. Acetum enim est
ex eo sicut nox ex die et omnia que transmu-
tantur in invicem sunt secundum hunc mo-
dum. Oportet igitur reverti ad materiam verbi gratia ut
ex mortuo fiat vivum. Oportet reverti ad
materiam deinde ad vinum et acetum et postea ad aquam
postea ad vinum. In questione vero dicta de dif-
finitionibus et in numeris que est causa in hoc
sit unum. Omnia enim que habent plures partes
quorum universum non est sicut unum sed sicut
aliquid quod est preter istas causa eius et in cor-
poribus quedam habent causam cuius causa
est tactus et quedam viscositas aut a-
lia passio talis. Oratio vero est una dictio et
una non secundum ligationem ut liber Yliados
scilicet liber hominum primi. Sed que est eidem.

num est paucum et secundum quid fuerit igitur opponuntur
nantur duo et erunt multa nisi unum
pauco. Similiter enim est minus de uno
Et est sic est sicut in longitudine longum
et breue. ita in multitudine mul
tum et paucum. ergo quod est multum est mul
ta et quod multitudo multum nisi diffe
rat aliquo modo in continuo terminabile de
terminationis. tunc igitur erit paucum aliqua
multitudo et si sit paucum est et similiter
necesse est ut duo sint multitudo. Sed
rectum est ut quedam multitudo dica
tur et multitudo est. sed contrarium est diuisum
utraque est multum. non multitudo. Sed sicut
illa que non diuiduntur multa quoniam ista
diuiduntur immo tamen si fuerit multitudo que
habet quosdam preter alia. et sua quedam fuerit
sicut multis et opponitur uni tamen et aliter
opponitur uni multitudini. Sicut

enim aliquis dicit unum et unum semper album
et alba. et mensurata in respectu men
sure. Et mensuratum est unum. et omne
mensuratum ab uno est unum et quod ad
est unum non paucum. Similiter duo sunt multa
est. aut addita est aliud aut simpliciter
sed duo sunt pauca simpliciter quoniam est prima mul
titudo que habet quedam. Et ideo non bene dixit
anaxagoras in hoc quod dixit quod omnia erant
in simul in finita in multitudine et
paruitate paucitate et est debet dicere lo
co paucitatis paruitatis quoniam non sunt
finita in paucitate unius sicut dixe
runt quidam sed propter duo. Et unum oppo
nitur multo ut mensura mensurato.
Ista enim que opponuntur secundum relationem
sunt omnia que non sunt per se de capitulo
relationis et iam ostenditur in alio
libro quod relatio dicitur duobus modis. uno
modo sicut contraria et alio sicut scientia et sci
tum. dicitur enim aliquid in respectu u
nius unum aliud. nichil prohibet ut sit
minus aliquo. verbi gratia duobus quoniam si non est
minus est paucum est. multitudo uero est
tamquam genus numeri. Similiter uero est
multitudo mensurata per unum et op
ponitur unum et numerus quoquomodo
non sicut contrarium. Sed sicut diximus in ali
quibusdam relatiuis que opponuntur sicut
opponuntur mensura et mensuratum. et
ideo non omne quod est unum est unus et sicut omne quod
non diuiditur et scientia dicitur tali modo in
respectu sciti. sed non conuertitur. scientia
enim uidetur mensura et scitum mensuratum. sed
accidit quod omnis scientia sit scitum. sed non omne
scitum sit scientia. scientia enim quoquomodo
mensuratur per scitum. Multitudo
uero non est contraria pauco et hoc multum
quod est sicut multitudo una addita mul

titudini est contraria et multitudo non est
contraria uni multitudinis omnimodo sed qui
dam uni sicut dictum est quoniam diuiditur
illud autem quod non diuiditur est sicut relati
uum relatum sicut scientia si esset numerus sciti
unum uero mensura est. Contraria uero
possunt esse mediata et in quibusdam
est necesse ut sit medium inter contraria. omnia
enim media sunt in eodem genere et illa et
illa que habent medium est. Et dico media
omnia ista ad que primo transmutatur transmutatur
mutabile est necessario. verbi gratia. Quando mouetur
fuerit de neumate grauissimo ad acu
tum. primo ueniet in neumatibus in
nuis conuenientibus que sunt media. Et
similiter in coloribus si fuerit motus de
albo in nigrum primo inueniet
ad rubeum et glaucum et similiter de aliis. transmutatio
uero de uno genere in aliud non
est nisi per accidens ut de colore in figu
ram. ergo de necessitate media et illa que habent
media in eodem genere sunt. sed omnia me
dia sunt rerum oppositarum enim existit
solum modo est transmutatio per se uero
non possunt transmutari illa que non oppo
nuntur. ergo transmutatio erit de op
positis et oppositorum. contradicto
ria uero non habent medium. Contradicto
ria enim sunt opposita quorum alterum
per se semper est et nullum habet medium omnino. Alia
uero opposita quedam sunt relatiua
et quedam priuatiua relatiuorum uero
omnia que non sunt contraria non habent medi
um et causa in hoc est quoniam non sunt in eodem
genere. et non est medium inter scientiam et sci
tum sed inter magnum et paruum. Si igitur
media sunt in eodem genere sicut declara
tum est et contraria habent media ne
cesse est ut sunt opposita existentibus co

trarium. Quoniam autem habebunt aliquod genus aut non habebunt. ergo erunt secundum hunc modum ex aliquo recipiente ante contraria, et erunt contraria. Autem dicemus quod sunt contraria. Forme enim sunt ex genere et differentiis, ut album et nigrum sunt contraria, et alterum color segregans et alterum congregans. Iste ergo differentie congregans et segregans sunt ante. Ista autem contraria sunt, sed illa que differunt secundum contrarietatem sunt magis contraria. ergo erunt ista media ex genere et differentiis, ut omnes colores qui sunt inter album et nigrum. Oportet ergo ut ista dicantur de differentiis, et genus coloris est. Et quod ista sunt ex aliquibus differentiis. sed non erunt contraria prima, et similiter quodlibet eorum aut erit album aut nigrum aut aliquod medium. ergo ista erunt inter prima contraria et prima: differentie que sunt tales et que continentur. ergo querenda sunt ista primo et omnia contraria que non sunt ex aliquo medio in genere. Necesse enim est ut illa que sunt in uno genere sint composita ex illis que non sunt composita, sed simplicia autem non composita. quoniam contraria non sunt composita ex invicem. ergo sunt principia. Media vero aut omnia aut nullum erunt. Sed ex contrariis ergo consimilitudo erit in hoc antequam permutat ad illa: quoniam erit in quolibet eorum aut minus aut magis, et hoc est simile est inter contraria. Et omnes partes composite sunt medie; compositio enim ex altero magis, ex alio minus dicitur; et uno quomodo quod est ex alio magis, ex alio minus. et cum nulla alia sint divisa ut omnia contraria. ergo media et sunt ex contrariis. ergo

omnia que sunt sub et contraria et media erunt ex primis contrariis.

Declaratum est igitur quod omnia contraria sunt in eodem genere, et media sunt inter contraria, et quod omnia media sunt composita ex contrariis. Quod autem est aliud per formam est aliud aliquo, et hoc debet esse utrique. Cum enim animal sit aliud secundum formam, necesse est ut utrumque sit animal. Et idem quod est alterum secundum formam in genere eodem sit. Idem enim quod est tale habundiciter quod ambo sint ex eodem, cum differant; non per accidens sive per materiam sive alio modo. Oportet enim habere istud quod est commune, ut animal utrique, sed ut quodlibet eorum habeat alterum. Et hoc idem animal, verbi gratia ut sit equus et alterum homo. necesse enim est ut ista diversitas sit alietas in genere. Dico enim quod diversitas generis est alietas, et alietas est illud quod facit hoc aliud. Contrarietas igitur est quod est inter eadem, et hoc manifestum est ex sermone sequenti. Omnia enim dividuntur secundum oppositionem. declaravimus quod contraria sunt in eodem genere. contrarietas enim est perfecta diversitas, que est secundum formam et dicitur altera. Aliquid alicui. ergo hoc quid est idem et genus et dicitur de utroque. Ideo omnia contraria conveniunt in predicamento eodem que differunt secundum formam non secundum genus, et sunt que differunt ex quibusdam aliis magis. diversitas enim completa et non est in se invicem. ergo diversitas est contrarietas, et dicitur id secundum formam quod non habet contrarietatem, et sunt illa que non dividuntur. contraria enim sunt in divisione et in eis que sunt media

antequam permutant ad illa que non dividuntur. ergo manifestum est quod nichil in rei veritate apud illud quod dicitur genus nec idem nec aliud in forma omnino, nisi quia est sic forma generis. Quare enim cognoscatur per negationem. Genus vero est in materia; nam illud quod dicitur secundum genus non sic generis habet ... sed sic dicitur in illis que sunt naturalium; nec in illis que non sunt ex eodem genere. sed differunt ab illis secundum genus, et differunt ab illis secundum genus, et differunt ab illis secundum formam que sunt in eodem genere. contrarietas enim est diversitas eius quod differunt secundum formam, et ista est in illis que sunt in eodem genere tantum. Et querendum est quare mulier non differt a viro secundum formam, cum masculus sit contrarius femine, et diversitas est contrarietas, et etiam animal masculum non est aliud a femina secundum formam. ista enim diversitas est per se animalis, et non sicut albedo et nigredo; quia femininitas et masculinitas sunt secundum quod animal. Ista enim questio approximatur questioni dicentium quare quedam contraria faciunt alia secundum formam et quedam non, ut ambulans et pennatum; albedo vero et nigredo non. quedam enim sunt passiones proprie generis et quedam non. Non igitur quedam dictorum et quedam non. Omnia igitur contraria que sunt in diffinitione faciunt diversitatem secundum formam, et omnia que sunt in re cum materia non faciunt. et ideo albedo non facit hominis neque nigredo; neque homo albus differt secundum formam neque homo niger, neque si fuerit positum unum nomen. homo enim est sicut materia, et materia non facit diversitatem. homines igitur non sunt forme hominis, et ideo si carnes et ossa sunt alia et alia ex quibus sunt hic et ille, sed tamen totum congregatum est aliud secundum ... non forma non est aliud, quoniam in verbo contrarietas non est

et vocem postremum quod non dividitur Callias, quia est sermo et materia et albus et homo. quoniam Callias est albus et homo est albus per accidens, ut circulus eneus et ligneus et triangulus eneus et circulus ligneus, et non differunt secundum formam propter materiam, sed quia in verbo est contrarietas. Sed utrum materia non facit aliud secundum formam alicuius aliquo modo et forte possibile est ut faciat; quare equus aliud secundum formam ab homine. et illa corpora sunt cum materia. aut quia in verbo est contrarietas ut est homo albus et equus niger. hec enim formas sed non quia alterum album et alterum nigrum. quoniam si utrumque esset album, tamen forme eorum essent alie dispositione. Masculus autem et femina sunt passiones proprie animalis tamen non sunt secundum substantiam, sed sunt in materia et corpore, et ideo idem sperma erit aut femina aut masculus postquam patitur alia passione. Declaratum est igitur quid est esse aliud in forma et quedam sunt diversa in forma et quedam non. Et cum contraria sunt talia in forma, et corruptibile et incorruptibile sunt contraria, magis necessarium ut non sint genus corruptibilis et incorruptibilis ex privatione per diffinitionem sine potentia, et ideo diximus et in eis privationem. ergo possibile est estimare quod non est necesse ut corruptibile et incorruptibile sint alia in forma quemadmodum neque album neque nigrum. quedam enim possunt esse idem insimul cum fuerint universalia, ut homo qui potest esse albus et niger, et potest esse in rebus simplicibus, et ut sit unum non insimul album et nigrum, et si album non est contrarium nigro. Sed quedam contraria in quibusdam rebus sunt per accidens ut dicimus nunc et alia multa, et quedam non possunt esse aliter, et sunt corruptibilia et ea que non corrumpuntur. Quoniam nichil corrumpitur

p accns. Accns enim possibile est ut non sit cor
ruptibile et incorruptibile sunt di
versa quia sunt in ratione in quibus se
cundum id sunt corruptibile et similiter possi
bile ut non habeat corruptionem. Similiter ergo
necesse ut corruptio sit substantia aut in
substantia eorum que corrumpuntur. Et iste
sermo est similiter in eis que non corrumpuntur.
Universaliter enim existentia que sunt necessario secundum
quod sunt superius dicto modo per eum sunt op
posita alterum enim corruptibile et al
terum incorruptibile. Ergo necesse est
ut sint alia secundum genus. Et manifestum quod
impossibile est ut sint forme tales ut qui
dam dicunt. Et similiter non erit hominum quidam
corruptibilis et quidam non. Et similiter iste forme
dicuntur secundum formam sunt eedem
cum singularibus non equivoce quod
alia secundum genus magis distant quam alia
que sunt alia secundum formam.

Consideratio quod
est de substantia. Quesita enim
sunt cause et principia
substantie. Quoniam si hoc to
tum fuerit quasi aliquod u
niversum substantia est pars prima. Et si est secundum quod
aliquid sequitur aliud successive et
est substantia hoc modo prima et post hoc qua
le et quantum. Et cum hoc non sunt entia simpliciter
sed illa sunt qualitates et motus quare nec
album nec rectum dicitur nisi quia sunt entia
et dicitur invenitur non album et non nullum
aliorum est abstractum. Et antiqui te
stantur per hoc quod faciunt. Isti enim querunt
elementa et causas substantie qui novo modo sunt po
nunt substantiam esse universalia. Universalia enim de qui
bus dicunt esse magis pertinent substantie sunt genera
que perquirunt ad eorum fuit secundum logicam.
Antiqui autem particularia ut ignem

et terram sed non universale. Substantie autem sunt
tres quarum una est sensibilis et huius quedam
est eterna quedam corruptibilis quam omnes
concedunt ut plante et animalia. Et
elementa necesse est accipere aut unum aut
plura. Alia autem est immobilis et ideo dicunt quidam
quod abstracta et quidam eorum dividunt
eam in duo et quidam eorum ponunt
formas mathematicas in eadem na
tura et quidam mathematicas tan
tum existentes. Et sermo de illis du
obus est naturalis quoniam sunt cum motu et ista
alterius quia non habent principium unum
commune. Substantia autem sensibilis est transmuta
bilis. Si igitur transmutatio est ex oppo
sitis in situ aut ex medio non ex omnibus
oppositis in situ. Vox enim non est non album
sed ex contrario necesse est ut subiectum sit
ei quod transmutatur ad contrarieta
tem contraria enim transmutantur. Hoc
autem permanet contrarium autem non permanet.
Materia enim est tertium a contrariis. Et
quia .iiii. sunt transmutationes aut in
quid aut in quale aut in quantum aut
in ubi. Generatio autem simpliciter est in hoc. Aug
mentum et diminutio in quantum. Alteratio in passio
nes. Translatio in loco. Ergo transmuta
tiones non inveniuntur nisi in contrariis in
uno quorum necesse est ut materia transmu
tetur que potest utrumque. Et quia
ens est duobus modis omne transmutabi
le transmutatur ex eo quod est potentia ad id
quod est ens in actu. Verbi gratia ex albo potentia
ad album in actu et similiter in generatione
et corruptione. Ergo non tantum est possibile ut sit
accidentaliter ex non ente sed ex ente et
ut sint omnia existentia in potentia et non existentia
actu. Et hoc est unum quod Anaxago
ras ignoravit. Et melius quam quod

omnia sunt in simul. Et mixtio Empedo
clis et Anaximandri et sicut dixit De
mocritus omnia fuerunt nobis in potentia in
actu autem non. Quousque invenerunt ali
quid in fine cum materia. Et omnia que
transmutantur habent materiam sed
diversam. Omnia igitur eterna que non sunt ge
nerabilia et moventur secundum trans
lationem habent materiam sed non generabilem
tamen sed ex ubi ad ubi. Et dubi
tandum est in hoc et dicendum est ex quo
non ente sit generatio non ens enim est tri
plex. Dicemus ergo quod sunt in potentia sed non
ex quibuslibet potentia sed alterum ex altero et non
sufficit nisi ut omnia sunt in simul quia dif
ferunt in materia et similiter que de causa sunt infini
ta non unum. Intelligentia enim una est
si autem materia fuit una et est illa in ac
tu quod materia fuit in potentia. Cau
se igitur sunt tres et principia tria quo
rum duo sunt contraria quorum unum
est forma et alterum privatio et tertium in
materia. Post ista nec materia fit nec forma sed
illa duo ultima. Omne enim quod transmutatur
transmutatur ex aliquo et in aliquid et a quo.
A quo transmutatur est motor. Trans
mutabile autem est materia. Illud autem
ad quod transmutatur est forma et pro
cessus est in infinitum. Si cuprum
non tantum fuit rotundum sed est cuprum ro
tundum necesse est ut procedat. Et post ista
quoniam quelibet substantia fit ex eo quod est con
veniens ei in natura. Naturalia
enim sunt substantie et illa alia. Residua autem
sunt artificialiter aut naturaliter aut
casu. Ars igitur est principium transmuta
di in alio quam in suo subiecto. Natura
vero est principium per se. Homo enim generat ho
minem. Cause igitur residue sunt privatio

nes aliorum. Et forte sunt causa et pro
se animalia que generantur ex putrefacti
one. Substantie autem sunt tres una est materia
et est hoc secundum quod est quoniam illud quod est per
contactum non secundum ordinem est in (?) et illam
naturam autem est hoc et tertium est unum istorum quod singulari
quod ut Socrates et Calias. Quoniam in uno
quorum intentio huius rei non est nisi substantia composi
ta ut forma domus nisi ars cuius non est
generatio et corruptio istorum nisi alio modo
sunt entia et non entia sine materia non domus et
sanitas et omne quod est per artificium. Sed est per ca
meo quod est per naturam et ideo non fecit
male qui posuerunt formas quia si fue
runt aliquo tamen sunt omnia que existunt per
naturam sed existentibus ignis caro. Alias cap
omnia sunt materia. Et hec substantia est
quod est magis valde et illud quod est postre
mum et indivisibile et moventes cause
sunt que procedunt tantum. Hec autem cum ista
sunt in simul sicut homo est sanus tunc sani
tas et homo sunt in simul et figura spere cu
pree et spera cuprea sunt in simul. Si
autem remanet in postremo querendum est de hoc
in quibusdam non est impossibile si anima est ta
lis dispositionis non tota sed intellectus tota
non forte impossibile. Manifestum est quod nullo
modo indigemus propter hoc ut forme
sint. Homo enim generat hominem quod est
unum. Verbi gratia homo ex hominibus. Et secundum hoc
in artificialibus. Ars enim medicine est ratio
sanitatis. Et principia sunt et diversa
rum et causarum sunt sicut homo debet dicere universaliter si
a eadem proportionaliter et debet homo dubi
tare utrum materia et ista substantiarum et relatio
num et omnium predicamentorum sunt simplici
ter eadem. Quia est inconveniens si princi
pia sunt eadem. Substantie autem et relationis quid erit
existentium ex eo quod hec non erunt eius quoniam

inueniuntur extra substantiam et illa alia aliud
nisi elementum quoniam id quod est elementum est.
Et neque substantie elementum rerum relativarum neque ille
in substantia. Et hoc quod non est possibile ut omnia elementa
sint elementa eadem. nullum enim elementorum possi-
bile est ut sit. et id quod est compositum ex elemen-
tis. verbi gratia. ut a. sit b. quidam neque est ex
elementis intelligibilibus ut de uno aut ente. hec
enim duo existunt in omni composito
et nullum eorum est substantia aut relatio sed
necesse. Elementa igitur omnia non sunt eadem.
Et sunt sicut diximus eadem uno modo et non
sunt alio modo ut elementa corporum
quod est autem sicut forma calidum. alio autem modo
frigidum privatio. Materia autem quod est in potentia
hec duo per se sunt principia per se substantia
non est ista et que sunt ex istis quorum sunt
hec principia et si aliquid sit unum ex
calido et frigido ut caro et os quod enim
fit necesse est ut sit aliud ab illis. et
eorum autem hec sunt elementa et principia. ali-
orum autem alia. ut autem dicatur sicut
omnibus non est sicut equaliter compositum. Verbi gratia a-
liquis dicet quod principia sunt tria scilicet
forma privatio et materia. sed quodlibet istorum
est diversum in unoquoque genere. In
colore album nigrum superficies planicies.
et obscuritas lumen aer. et existit di-
es et nox. Et quia cause non tantum sunt
in eis que fiunt. sed ea que sunt extrin-
secus. manifestum est quod principium et elementum
sunt diversa. quoniam autem utrumque aut sunt causa
et aliquod principium elementum igitur secundum
equalitatem comparationis et cetera. conveni-
entia tria sunt causa autem et principia
sunt quattuor. et aliud autem est causa prima
secundum quod est movens aliud sanitas
et infirmitas corporis quoniam medi-
cina. forma non ordinatur sicut illud
quoniam ars edificatoria. Movens
autem in rebus naturalibus homo hominem. In
eis autem que sunt ex cogitatione forma
est aut suum contrarium. quia per se causa aliquo
modo sunt tres. sicut et quattuor. medicina
enim aliquo modo sanitas. et ars edifi-
candi est forma domus et homo generat ho-
minem et est quod est extrinsecum ab is-
tis quod est principium omnium. Et quia qui-
dam res sunt abstracte quedam non. iste
sunt substantie propter hoc non inveniuntur
iste cause preter enim substantias non inveniun-
tur passiones neque motus eorum et post hec
erunt ista anima forte et corpus aut
intellectus aut desiderium in corpore.
Et est alio principio proportionaliter secundum eadem
ut potentia et actus. sed hec sunt rerum diversa-
rum diversa et modi diversi. In quibus-
dam enim inveniuntur idem quoniam in actu quandoque in
potentia. ut vinum caro et homo cadunt et ista
in causis predictis. Forma enim est in actu cum
fuerit abstracta et quod est ex utroque et privatio ut
obscuritas et infirmitas et in potentia materia
et hec est possibile ut recipiat utrumque. et a-
lio modo diversum in actu et in potentia
in quibus non est materia una et quorum forma non est
eadem. sed diversa ut sunt elementa cause ho-
minis. scilicet ignis et terra. sicut materia et forma
propria. aliud extrinsecum. ut pater et
extra ista sol et orbis declinans cum sint
neque materia neque forma. neque privatio nec equale
in specie est. sed motor. Et consideran-
dum est quod quedam sunt que possumus dicere
universaliter et quedam que possumus dicere parti-
culariter. et primi principii omnium materiam que est in
actu. hoc est primus et aliud in potentia et illa non
sunt universalia quoniam quod est individuum est ex
individuis. et dicitur homo enim est hominis universaliter
sed nullus est homo neque filius. et ideo te genuit

patrinus et hoc. b. a dicimus universaliter autem b. ad
b. simpliciter. forme enim substantiarum alie sunt
cause aliorum et elementa sicut diximus est ea que non
sunt in eodem genere ex coloribus et sonis
et quantitate. preter consequentiam et que sunt in eadem forma
et differunt secundum formas sed quibus sin-
gularium est alia et materia et forma et id quod
movet quoniam universaliter non sunt idem universaliter. Quoniam autem
querimus que sunt principia et elementa substantie
et relationis et quantitatis utrum sint eadem
aut diversa. manifestum est quod sunt quando dicuntur
multis modis in quibusdam et cum dividantur
non sint eadem sed diversa preter id quod est mo-
vens simpliciter. sic autem sunt eadem secundum equali-
tatem comparationis. forma movens sicut est cause
cum substantiarum sicut illa eorum omnium que
auferuntur. cum illa auferuntur. et est pri-
mum in perfectione et sic alia prima omnia
que sunt contraria. quoniam ista non sunt genera
dicuntur neque multis modis et etiam materia
eorum. Que autem sunt principia sen-
sibilium et quot et quomodo sint eadem et diver-
sa dictum est. Et quia substantie sunt tres.
quarum due sunt naturales et una est
immobilis. loquendum est de ista in narran-
do quod est quod necesse est esse aliquam substantiam eter-
nam non mobilem esse. substantie enim precedunt
omnia entia. Si igitur omnes iste fuerint cor-
ruptibiles omnia entia erunt corrupta. Sed impossibile est
est ut motus fiat aut corrumpatur.
Semper enim fuit nec tempus etiam impossibile est prius
et posterius esse si tempus non fuerit. motus ergo
secundum hunc modum est continuus sicut
tempus. aut enim est idem aut passio motus.
Sed motus non invenitur continuus nisi in lo-
co et existit circularis sed si fuerit substantia
agens aut movens et nichil agens non
erit motus. possibile enim est quod potest quod est in potentia
non agat. et tunc nichil prodest ponere substantias
eternas ut dicentes formas nisi fuerit
in eis principium quod potest transire. sed hoc
non sufficit neque aliud in quantum est extra formam
sicut enim non sit motus non fuerit. neque si egerit
et substantia eius fuerit potentia. Non enim erit
motus eternus quoniam quod est in potentia possibile est ut
non sit. Necesse est igitur ut tale principium
sit substantia que est sicut actio. et oportet ut iste
substantie sint entes extra materiam cum necesse
est ut sint eterne. si etiam aliud fuerit eternum
actio est. Contingit hic sit questio. estimatur
enim quod omne agens sit potentiam quia potest
et non omne quod potest per potentiam agit. unde potentia
videtur prior. Sed tamen contingit sic sit nullum
quid entium esse. enim cum sit possibile ut sint
et non sint. contingit secundum loquentes in
divinis generantes mundum ex nocte di-
cunt et naturales dicentes quod omnia fuerunt
in simul. impossibile est enim ut sint eadem
omnibus et sic. quomodo non movebitur si non
fuerit in actu causa materia enim subiec-
ta carpentarii. impossibile est ut move-
atur per se sed carpentarius neque sanguis
menstruus neque terra. sed semina et sperma
et ideo quidam ponunt separationem ut plato
et leucippus. dicunt enim motum esse ali-
quid. sed quare non dicunt neque causam. nichil enim
movetur. sed oportet ut semper sit aliquid sicut modo est
aut naturaliter fit aut violente aut
ex alio. et primo qui est primus. multum
enim differunt. Et impossibile est possibile
dicere quod multotiens estimabat quod principi-
um esse id quod movet se. anima enim sicut dicit
est in posteriori cum celo. anima autem post
prior est actu in estimatione quodam
modo non recta dictum est quomodo. quoniam non
actus prior testatur anaxagoras. Intel-
lectus enim est actus et empedocles qui ponit
amicitiam et litem et qui ponentes mot- quod in recta

esse semper ut leucippus. Sompnus enim et
nox sunt infinita sed eadem semper sunt aut
secundum reuolutionem aut alio modo.
si actus prior est potentia. Si igitur idem
semper fuit circulariter aliquid esse permanens
quod agat unam actionem et similem et generatio
et corruptio sit: oportet aliquid esse quod agat
multis modis. ergo necesse est ut agat
per se secundum hunc modum et alio modo
secundum aliud. et necesse est ut illud sit aut
alio modo aut primo et illud est causa similiter
similis et alterius. primum igitur est melius. et illud est
fuit causa ut semper sit secundum eandem dispositio
nem et similem. causa autem ut sint plures mo
di aliud sunt alia. semper autem est et plures
modi utrumque quod et manifestum est quod motus
non sunt sic. Quod igitur querenda sunt
principia et sunt secundum hunc modum
secundum alium non possibile est ut omnia sint
ex nocte et inter sunt in simul et ex non
ente est. et ista igitur non deficiunt. aliquid
enim semper mobile motu non quiescenti. scilicet quod
secundum circulum et hoc manifestum est. non tamen
potestate sed actu. Primum igitur celum
est eternum. Sic igitur id est semper et circularis ne
cesse est ut agat sic quod per se et sic per
alterum. Celum igitur primum eternum est. igitur
quiddam quod mouet cum non mouetur et quod
est et motum et non motum et medium erit
aliquid mouens cum non mouetur et mouet
sicut motus intellectum et desideratum. et cum
non motum principia istorum eadem sunt et
desideratum est sensus qui distinguitur
et primum affectatum quod est sensus et
desideratum magis quam estimatur esse
esse magis et non estimatur quod desideramus.
Principium autem est ymagina
go per intellectum. intellectus autem
est ex intellecto et intellecta sunt

astrologica ultima per se et singularis
et existens substantia prima. et est hoc simi
liter quod est in actu. Unum autem et simplex
non sunt idem. hoc enim significat mensuram
simplex quomodo et eorum que eliguntur per
se in unitate electorum. et est ualde
nobile per adquiritur. Causam autem
non immobilibus inuenitur propter quid de
monstrat diuisio. propter quid enim inuenitur a
liquo et huic et hoc quod exercet et hoc autem
non est. Mouet igitur sicut amatum. per mo
tum autem mouet alia. Si igitur aliquid
motum possibile est ut sit diuersarum dispositionum.
ergo translatio et prima actio quomodo fuit
possibile est ut localis sit diuersis dispositionibus et
quod in substantia non est diuersitas et quod illud quod
mouet ipsum est immobile cum est ens in actu.
Impossibile est omnino ut sit per aliam dispositionem
et translatio est prima transmutationum et est
que est secundum circulationem et hoc est motor
istorum. de necessitate igitur inuenitur principium
et quod necessitate sit principium. Ne
cessitas autem dicitur secundum hos modos quedam
igitur est uiolentie. quod est uiolentiam et quedam
impossibile est ut sit simpliciter alio modo quod
sit. Celum igitur et natura sunt continua sic
per principium. Uoluntas enim est actio il
lius et ... similia et sensus et intellectus
sunt uoluptuosa spes autem et rememo
ratio sunt propter ista. Intelligere autem quod est
per se est illius quod est nobilius per se et quod est
maius est illius quod est maius. intelligit
se. est enim intellectus per adquisitio
nem intellecti. fit autem intellectus cum in
telligit. Intellectus igitur et intellectum
idem. recipiens enim intellectum et substantiam est
intellectus et non intellectus est nisi cum
habet estimatur. igitur quod intellectus est illud
diuinum magis quam hoc. desideratum autem

est aliquid ualde nobile et uoluptu
osum. Si igitur deus semper est sicut nos in a
liqua hora. hoc est mirum et si magis. ma
gis mirum est quod est sic et est uita quia ac
tio intellectus est uita et illud est intel
lectus per se. et habet uitam nobilem et semper eter
nam. Dicimus igitur quod est uiuus eternus in fine
nobilitatis. ergo est uita et continu
um eternum est. hoc igitur est deus. Omnes autem qui esti
mabant estimatione pictagorigo
rum et acusilii quod bonum et nobile non
est in primo quia cause plantarum et anima
lium sunt principia et quod bonum et per
fectum sunt in eis que sunt ex istis non
uerum reputant. Semina enim sunt
ex aliis precedentibus perfectis. primum autem non
est semen sed aliquid perfectum. uerbi gratia quod
homo oportet esse ante sperma non illud quod fit
ex hoc sed aliud ex quo fit semen. Quod
autem aliqua substantia eterna non mobilis et ab
stracta a sensibilibus est manifestum est hoc modo.
Et iam declaratum est quod hanc sub
stantiam non habere magnitudinem sed im
partem et indiuisibilem habet. mouet enim in tem
pore infinito. nullum autem finitum
habet potentiam infinitam. Omnis igitur mag
nitudo aut iam finita aut infini
ta. et ideo non erit in magnitudine nec
finita nec infinita. quia magnitudo in
finita nulla est. et manifestum est quod non pati
tur nec transmutatur. Omnes enim mo
tus posteriores locales sunt. hoc igitur manifesta sunt
esse talia. Utrum autem possibile est substantia tali
una autem plures et quot sunt et non debemus
occultare sermones aliorum sed dicere in
dicia eorum. nichil enim manifeste dixe
runt in multitudine. Sententia enim de ydee
pluribus non habet perscrutationem propriam. di
centes enim ydeas dicunt eas esse numeros.

De numeris autem quandoque dicunt eos esse infinitos
et quandoque usque ad decem. Quare autem multitu
do numerorum est sic nichil dicebant demonstra
tione. Nos autem dicamus de subiectis di
uinis. principium enim et primum entium
non mouetur nec essentialiter nec accidenta
liter. et mouet et facit primum motum eternum et unum.
quia igitur motum necesse est ut moueatur per ali
quid. Primus autem motor non mouetur
per se et motus eternus sit per motorem
eternum et unus per unum. Et nos uidemus
quod preter motum totius simplicitatem
de quo dicimus mouit a substantia non
mobili. alios motus eternos qui sunt
erraticorum. corpus enim circulare est eter
num sine quiete hoc quidem declaratum
est in naturalibus. necesse est igitur ut unus
quisque istorum motuum fiat per aliquid
quod est per se et per substantiam eternam. non enim
stellarum est eterna et eorum motor est eter
nus et ante motum. necesse est ut illud
quod est ante substantiam sit in substantia. Ma
nifestum igitur quod necesse est ut substantie sint
secundum numerum illorum. et quod sunt eterne natura
liter et immobiles per se et quod sunt sine mag
nitudine propter causam predictam. quia autem sub
stantie esse et horum hoc est prima et hoc secunda
secundum ordinem motuum stellarum mani
festum est. Multitudo autem motuum
sciendum est a propria philosophia mathematicarum.
ista enim utitur scientia de substantia sensibili
sed eterna. illa autem non utitur scientia de substantia
omnino sed de numeris et demonstrationibus. Quod
autem motus erraticorum plures sunt
manifestum est et eis qui parum considerant.
unaquaque stellarum erratica enim uidetur moueri
plus uno motu. quot autem sunt dica
mus secundum quod dicunt quidam mathematici
ut aliquo modo ymaginetur animus

multitudinem terminatam vel quod relinqui
tur querendum est a nobis aut ab eis qui
inquisierunt ab hoc. Si aliud apparu
erit ab eo quod dictum est modo quamvis perscru
tandum sit de duobus sectis et concedendum
sermones illius qui magis perfec
te perscrutatus est. Oditus vero posuit mo
tum utriusque solis et lune in tribus speris quarum
prima est stellarum non erraticarum, secunda
que est in medio signorum, tertia autem que decli
nat in latitudine signorum, et illa in
qua luna movetur magis declinat
in latitudine quam in qua currit sol. Stel
larum autem erraticarum unaqueque est in iiii
speris, et earum prima et secunda illa eadem. Illa autem
erraticarum est et deferre omnes per suum motum
et illa que est ordinata sub ista cuius motus
est in medio signorum communis est omnibus. Ter
tia autem que est omnibus poli cuius sunt in illa
que est medium signorum spera. Motus autem quar
tus movetur ad medium istorum et poli ter
tie spere et aliarum stellarum est ipsa vene
ris et mercurii una. Kalippus autem ipso
ne sperarum convenit cum Oditinio in mul
titudine autem in Iove quidem et Saturno con
venit, in sole autem et luna vero ponit du
as speras additas si aliquis voluerit da
re apparentia erraticarum, autem unicuique
una. Necesse est igitur quando stella non modo per
suum corpus sed movetur in spera si omnes congre
gantur secundum quod dant apparentia in u
naquaque erraticarum ut sint alie spere pau
ciores eis que revolvuntur contrarie et
reducunt primam speram ad suum situm semper eun
dem que est stelle ordinate sub ea. Sic enim
tantum modo possibile est motum omnium erra
ticarum. Spere igitur in quibus modo quedam sunt
xviii et quedam xxv (?) et existencium con
trarie in eis motum que moventur

mentis faciliores earum tantum. Que autem movent mo
tu contrario duarum primarum sunt vi et ex
tremarum erunt xvi. Numerus igitur omnium que
movent et que movent istas motu contrario
sunt quinquaginta et v. Si autem non adducatur
dat quod diximus lune et soli, omnes spere
erunt quadraginta et vii. Multitudo igitur mo
tuum sit tanta. Necesse est igitur reputare
quod principia immobilia et sensibilia sint
hec unum quod est autem necessarium et dimittendum
est fortioribus. Si autem non estimat quod estiman
dum motus omnino non est conveniens mo
tui stelle et non dat quod estimandum est
quod omnis natura et omnis substantia in qua
passio non existit et est per se invenit dis
positionem meliorem non erit igitur alia omnino na
tura nisi ista. Immo necesse est quod numerus
vel substantiarum sit iste. Quoniam si alia erunt mo
vebunt igitur quia sunt perfectio motus. Sed
impossibile est ut aliquis motus. Sed impossibile
est sunt apud ... estimandum est hoc de mo
tu. Quoniam si omnis motus est propter rem
motam et omnis motus est per aliquem mo
torem, nullus motus est omnino propter se ne
que propter alium motum sed propter stellas. Quoniam si mo
tus esset propter motum necesse esset ut iste esset
propter alium et cum ipse est ut istud quod est in
perfectione et sit infinitum, et omnis motus
corporis divini corporum que moventur in ce
lo. Quoniam autem celum est unum mani
festum est. Quoniam si plures celi fuerint erunt
sicut homines. Si autem principium uni
us hominis est unum et si fuerint multi, unumquodque plura et
alius multi in multa habent materiam. Iste
sermo autem unus et idem est in pluribus ut
sermo hominis Socratis autem unum. Quod autem
est essentia prima non habet materiam quia
est perfectio. Primus igitur motor cum non
movetur est unum ratione et numero. Motor igitur

motus continuus oportet semper ut sit unus
tantum. Ergo unum est celum tantum. Et accep
ta sunt ab antiquis valde et a eorum que
sunt in posterioribus sicut fabule quoniam is
ta sunt dii et quod deus continet omnia na
tura. Alia autem similia sunt fabulis propter usum
legum et istud quod est bonum hominibus. Et
dicunt quod ista sunt similia quibusdam ani
malibus et alia similia istis non convenien
tia dictis. Si igitur aliquis distinxerit ex eis
et acceperit primum tantum opinabitur enim
quod prime substantie sunt dii et dicet quod oportet cum
iam dictum sit multotiens in eo quod est possibile cum
libus artificiis et philosophie et iterum corrumpuntur
et iste sermones eorum remanent usque ad modo
est reliquie. Sententia autem patrum prece
dencium omnia est hic quantum declaratum est no
bis ex illa. Et etiam in intellectu tamen et in eo sunt
plures dubitationes. Videtur enim esse ex ap
parentibus ut sit valde divinum quomodo au
tem est tale valde est difficile quoniam si nichil
intelligit quid est istud quod nobile est
ei? Non enim est nisi sicut dormientis. Et si intel
ligit habet aliud divinum quoniam hoc intelligere
non est substantia eius sed potentia in eo non erit igitur substantia
nobilissima quia nobilitas non inest ei
nisi quia intelligit. Et etiam si substantia eius est
intelligentia est igitur sui ipsius aut alte
rius quid est istud quod est unum et non aliud
aut utrum non est distinctio omnino inter intelli
gere bonum aut quodcumque aut ipse est ut
sit intellectus in divinis. Manifestum est enim
quod ipse intelligit intellectum divinum
valde nobilem valde et non transmuta
tur: transmutatio enim est ad malum
et quod tale est aliquis motus. Et primum si non intel
ligit sed est potentia necessarium est ut consecutio in
telligendi inducat ei lassitudinem. Et
postea manifestum est quod valde nobile erit

aliud ab intellectu et intellecto. In
telligere enim tunc erit eius quod habet intelligere
vilius et ista sit oportet fugere ipsum non videre
enim quedam est melius et nobilius quam vi
dere. Nobilius enim non intelligit. Ergo in
telligit se cum sit fortius et ipse intelligere
intelligere. Sed ipse videtur semper quod alterius
est scientia et sensus et estimatio intelligere sui
ipsius est accidentaliter et si intelligere et passio
sunt aliud cum igitur erit bonitas. Quoniam essentia
intelligendi non est eadem et passio sit in qui
busdam scientia est factum quoniam in rebus intellec
tis substantia est sine materia et quod est perceptum in
essentialibus et res est et intellectus. Intellec
tum enim non est aliud ab intellectu. Omne
igitur quod non habet materiam est idem. Intelligere enim
et passio est idem. Remanet quidem dubi
tatio si intellectum est compositum quoniam si ita est
mutatur in partibus totius aut non divi
ditur omne quod non habet materiam ut intellec
tus humanus et quod est compositus de boni
tate in hoc est secundum hunc modum sed nobi
le maxima res est omne et est aliud. Et scien
dum hanc dispositionem intelligere per se motum
... et perscrutemur etiam quo modo in natura
totius bonum et est nobile utrum est ad dis
tinctum per se aut per ordinem aut per
utrorumque modo ut in exercitu. In virtu
tate vel ordine vero est bonum et in duce
exercitus et ille magis. Iste enim non est
propter ordinem sed ille propter istum. Omnia enim
ordinata sunt in simul aliquo modo
sed non ordine consimili sunt natantia
et volantia et plante. Sed tamen non sunt
in tali dispositione ut non comparantur
ad invicem omnino immo aliquid. Omnia
enim ordinata sunt ad invicem secundum
quod plus aut minus participant. Aut propter
hunc de ipso magis alterius. Sed quia

ad modum liberi domus in qua non licet
ad faciendum quicquid comprehenderit
sed omnes actiones eorum aut plures sunt
ordinate. servientes autem et bestie in parvo
communicant illis in actione et maior
pars actionum istorum est in quocumque
modo et quolibet et talis principium enim
utriusque est tale sicut natura. Et ego di
co eis quod omnia coguntur ad dividen
dum iudicium et quod alia sunt dispo
sitiones in quibus communicantur omnia in toto. Oportet
enim nos non ignorare omnia impossi
bilia contingentia et quot impossibilia
sunt de sermonibus aliorum et quales
quod dixerunt non derisione dixerunt et in
quibus est pauca dubitatio. Omnes enim fa
ciunt omnia ex contrariis sed non recte fa
ciunt neque in omnibus neque in quibus sunt
ex contrariis. contraria enim non pati
untur ab invicem. Nos autem dissol
vimus hanc questionem sermone ne
cessario aliquid esse tertium et si posuerunt
alterum contrariorum esse materiam sicut po
nunt non equale esse contrarium et unum multitudi
nis. Sed hoc dissolvimus tali modo. U
na enim materia nullo modo est contraria.
Et iterum mendacium erit ad quesitum in
omnibus preter in uno. Malum enim plerique (?)
unum elementorum. Alii autem non dixerunt ma
lum et bonum esse principia. Cum tamen in
maiori parte in omnibus bonum est prin
cipium. Et quidam eorum dixerunt quod hoc est prin
cipium bonum sed non simpliciter dixerunt quod bo
num est principium quia perfectio aut quia
movens aut quia forma. Et Em
pedocles etiam dicit modo inusitato (?) ponit
enim bonum amicitiam et hoc est princi
pium quia est quia movens et est quia materia
quia est pars admixti quamvis esset accidit aliud (?)

unum ut habeat principium quia materia
et quia movens sed tamen esse non idem est.
secundum quod est amicitia. Et impossibile est etiam ut sit
lis que non corrumpatur quando cum talis sit
natura mali vel habeat naturam ma
li. Anaxagoras autem dicit quod bonum
est principium quia movens. intellectus
enim movet propter aliquid. Dicat etiam aliud
sermonem non sicut nos. Medicina enim a
liquando sanitas. Et impossibile est non ponere con
trarium boni et intellectus

Explicit undecimus methaphisice. Ar.

[O]mnis ca
usa primari
a plus est
influens super creatum suum
quam causa universalis secunda.

Cum ergo removet causa universalis secunda vir
tutem suam a re causa universalis prima non aufert
virtutem suam ab ea quod est quia causa
universalis prima agit in causatum cause secunde antequam
agat in ipsum causa universalis secunda que sequitur ipsum.
Cum ergo agit causa secunda que sequitur causa
tum non excusat ipsius actio causa prima
que est supra eam. Et quando separatur causa secunda a causa
to quod sequitur ipsam non separatur ab
eo prima que est supra ipsum quia est causa eius. Et nos
quidem exemplificamus illud per esse
et vivum et hominem quod oportet ut sit res in primis esse
deinde vivum postea homo. Vivum ergo est causa
hominis propinqua quoniam vivum quoniam est causa nunc quod est
causa hominis et similiter quando ponit rationabile
esse causam non est esse vehementius causa

propinqua et esse causa longinqua esse ergo vehementius est causa hominis

quam rationalitas quoniam est causa eius esse et il
lius quod diximus significatio est quod quando remo
ves virtutem rationalem ab homi
ne non remanet homo et remanet vi
vum spirans sensibile. Cum autem re
moves ab eo vivum non remanet vi
vum et remanet esse quoniam esse non removetur ab eo
sed removetur vivum quoniam causa non remo
vetur per remotionem causati sui. Rema
net ergo homo esse. Cum ergo non est individuum
individuum homo non est animal et si non est animal
esse tamen. Iam ergo manifestum est et pla
num quod causa prima longinqua est plus com
prehendens et vehementius causa rei quam
rei causa propinqua et propter illud fit eius operatio ve
hementioris adherentie cum re quam
cause propinque. Et illud non fit secundum hoc nisi
quia res imprimunt non patitur nisi a vir
tute longinqua. Deinde patitur secunda
a virtute que est sub prima. Et causa prima
adiuvat causam secundam super operationem
suam. quoniam operationem quam efficit secunda
prima etiam efficit. Verumptamen efficit eam
per modum alium altiorem et sublimi
orem. Et quando removetur causa secunda a creato suo
non removetur ab eo prima quoniam causa prima
est maioris et vehementioris adheren
tie cum re quam causa propinqua et non fingitur
creatum esse secundum nisi per virtutem cause pri
me. quod est quia causa secunda cum facit rem influ
it causa prima que est super eam rem super
illam rem de virtute sua. quare ad
heret illud rei adherentia vehemen
ti et servat eam et non separatur ab ea se
paratione sive esse propinqua. Immo remanet
in ea et adheret ei adherentia vehemen
ti secundum quod ostendimus et exposuimus.

[O]mne esse superius aut est
superius eternitate et ante ipsam
aut est cum eternitate aut est
post eternitatem et super tempus.

Esse vero quod est ante eternitatem est causa
prima quoniam est causa eius. Sed esse quod est cum
eternitate est intelligentia quoniam est esse secunda
habitudinem unam. Unde non patitur neque
destruitur. Esse autem quod est post eternita
tem et supra tempus est anima quoniam non est in orizon
te eternitatis inferius et supra tempus. Et sig
nificatio quod causa prima est ante eternita
tem ipsam est quod esse in ipsa adquisitum. Et di
co quod omnis eternitas esse est sed non omne esse
est eternitas. Ergo esse est plus commune quam eter
nitas. Et causa prima est super eternitatem quoniam
eternitas est creatum ipsius. Et intelligen
tia opposita vel applicatur eternitati quoniam
extenditur cum ea et non alteratur neque de
struitur. Et anima annexa est cum eter
nitate inferius quoniam est susceptibili
or impressionis quam intelligentia et est
super tempus quoniam est causa temporis.

[O]mnis anima nobilis tres habet
operationes. Nam ex opera
tionibus eius est operatio ani
malis et operatio intelligi
bilis et operatio divina.

Operatio autem divina est quoniam ipsa preparat
naturam cum virtute que est in ipsa a
natura a causa prima. Eius autem operatio

intelligibilis est, quoniam ipsa facit res per virtutem intelligentie que est in ipsa. Operatio autem alius est quoniam ipsa movet primum corpus et omnia corpora naturalia, quoniam ipsa est causa motus corporum et causa operationis nature. Et non efficit anima operationes nisi quoniam ipsa est exemplum superioris virtutis, quia causa prima creavit esse anime mediante intelligentia, et propter illud facta est anima efficiens operationem divinam. Postquam ergo creavit causa prima esse anime, posuit eam sicut instrumentum intelligentie per quod efficiat operationes suas. Propter ergo anima intelligibilis efficit operationem intelligibilem[le] et anima suscipit impressionem intelligentie, et facta est inferiorum operationum, quoniam ipsa impressione sua in id quod est sub ea operatione eius nisi ipsa moveat ipsum. Propter hanc ergo causam fit quod anima movet corpus de proprietate. Nam quia anima est ut vivificet corpora, quoniam influit super ea virtutem suam et directe producit eam ad operationem rectam. Manifestum est ergo quod anima habet tres operationes, quoniam habet virtutes tres, scilicet divinam et virtutem intelligibilem et virtutem essentie sue, secundum quod ostendimus.

Prima rerum creatarum est esse et non est ante ipsum creatum aliud.

Dico quod esse est super sensum et super animam et supra intelligentiam, et non est post causam primam latius neque prius creatum ipso. Propter id quod factum est superius creatis rebus omnibus et vehementius causatum unitum, et non est actum, et non fit propter suam propinquitatem esse puro et uni vero in quo non est multitudo aliquorum modorum. Et esse creatum quamvis sit unum, tamen multiplicatur, scilicet quia ipsum recipit multiplicationem, et ipsum quod non est factum multa nisi quia ipsum quamvis sit simplex et non sit in creatis simplicius ipso, tamen est compositum ex finito et infinito. Quod est ergo omne quod est ex eo sequitur causam primam est altius, scilicet intelligentia completa et ultima in potentia et reliquis bonitatibus, et forme intelligibiles in ipso sunt latiores et vehementius universales. Et quod est ex eo inferius est in intelligentia incompleta in virtute et bonitatibus. Et non sunt forme intelligibiles nisi latitudo et causa latitudo in illa intelligentia; et esse quidem creatum primum est intelligentia totum. Verumptamen intelligentia in ipso est divisa per modum quem diximus, et quia diversificatur intelligentia fit in eo forma intelligibilis divisa, et fit ex forma una propterea quod diversificatur in mundo inferiori, provenit in individua infinita in multitudine sicut exemplum; scilicet propterea quod diversificatur apparent forme intelligibiles infinite. Verumptamen quamvis diversificentur non se disiungunt ab invicem sicut est seiunctio individuorum, quod est quoniam ipse uniuntur absque corruptione et separantur absque seiunctione, quoniam sunt unum habens multitudinem et multitudo in unitate. Intelligentie prime influunt super intelligentias secundas bonitates quas recipiunt a causa prima, et intendunt bonitatem in eis usque consequuntur ultimum earum.

[margin: multiplicat']

[margin: i illa ita dilat']

Intelligentie superiores que sequuntur causam primam imprimunt formas secundas stantes que non destruuntur, ita ut non sit necessarium iterare eas iterum. Alie intelligentie autem secunde imprimunt formas declives separabiles, sicut est anima.

Ipsa namque est ex impressione intelligentie secunde, que secundum esse creatum inferiorum non multiplicantur anime nisi per modum quo multiplicantur intelligentie secunde que servant esse quo multiplicantur intelligentie, quia est quoniam esse ante anime habet finem. Sed quod ex eo est inferius, sicut est anima que sequuntur Alachili, id est intelligentiam, sunt complete per formas preter declinationis et separationis, et anime que sequuntur esse inferius sunt incomplete in declinatione sub animabus inferioribus. Et anime superiores influunt bonitates quas recipiunt ab intelligentia super animas inferiores. Et omnis anima recipiens ab intelligentia virtutem plus est super impressionem fortior, ex eo quod impressum est ab ea est fixum stans, et est motus eius motus continuus. Et illa in qua extrema est virtus intelligentie minuitur impressione super animabus et sub alibus primis, et est quod ab ea impressum est debile evanescens destructibile; verumptamen quamvis sit ita tamen permanet per generationem. Iam ergo ostensum est quod secunde sunt forme intellectibiles multe et non est esse nisi unum simplex, et quod secunde sunt multe anime, quarum quedam sunt fortiores quibusdam, et esse earum est unum simplex, magis non est diversitas.

Causa prima superior est omni narratione, et non deficiunt lingue a narratione nisi a narratione esse ipsius, quoniam ipsa est supra omnem causam, et non narratur nisi per causas secundas que illuminantur a lumine cause prime.

Dico quod causa prima non cessat illuminare creatum suum et ipsa non illuminatur lumine alio, quoniam ipsa est lumen purum super quod non est lumen excelsius. Ergo facta est prima sola cuius deficit narratio, et non est ita nisi quia super ipsam non est causa per quam cognoscatur; et omnis quod res non cognoscitur et narratur nisi ex ipsa causa sua. Cum ergo est causa tantum et non est creatum, non scitur per causam primam neque narratur, quoniam est superior narratione neque consequitur eam loquela, quod est quia narratio non fit nisi per loquelam, et loquela per intelligentiam, et intelligentia per cogitationem, et cogitatio per meditationem, et meditatio per sensum. Causa autem prima est super res omnes quoniam est causa eis. Propter illud fit quod ipsa non cadit sub sensu et meditatione et cogitatione et intelligentia et loquela. Non est ergo narrabilis. Et dico iterum quod res aut est sensibilis et cadit sub sensu, aut meditabilis et cadit sub meditatione, aut est fixa stans secundum dispositionem unam et est intelligibilis, aut convertibilis destructibilis cadens sub generatione et corruptione et est cadens sub cogitatione. Et causa prima est super res intelligi-

bilis sempiternas et super res destructibiles, quia propter hoc cadunt sub eam mediante sensu scilicet intelligentia et ipsa, quod non significatur nisi per causam secundam que intelligentia non nominatur per nomen causati simpliciter nisi per modum altiorem et meliorem, quia est causati et cause in universali per modum sublimiorem et meliorem sicut ostendimus.

Intelligentia est substantia que non dividitur.

Quod est quia si non est cum magnitudine neque corpus neque movetur tunc procul dubio non dividitur. Et iterum omne divisibile non dividitur nisi aut in multitudine aut magnitudine aut in motu suo. Cum ergo res est secundum hanc dispositionem est sub tempore quoniam non recipit divisionem nisi in tempore, et intelligentia quidem non est cum tempore immo est cum eternitate, et propter hoc facta est altior et superior omni tempore et omni multitudine. Quod si inveniatur in ea multitudo non invenitur nisi quasi res existens una. Cum ergo intelligentia fuerit secundum hunc modum penitus divisionem non recipit. Et significatio quidem illius est reditio sua super essentiam suam, scilicet cum non extenditur cum re extensa ita ut sit una suarum extremitatum secunda ab alia. Quod est quia cum vult scientiam rei corporalis extenditur cum ea, et ipsa stat fixa secundum suam dispositionem quoniam est forma a qua non pertransit aliquid, et corpora quidem non sunt ita. Et significatio quod intelligentia non est corpus neque dividitur eius substantia et operatio eius est quod utreque sunt res una. Et intelligentia quidem est multa propter bonitates que adveniunt ei a causa prima, et ipsa quamvis multiplicetur per hunc modum tamen quia appropinquat uni fit unum et non dividitur. Et intelligentia quidem non recipit divisionem quoniam est primum creatum quod creatum est a prima causa, et unitas est dignior ei quam divisio. Iam ergo verificatum est quod intelligentia est substantia que non est cum magnitudine neque corpus neque movetur per aliquem modorum motus corporea, quia propter hoc facta est super tempus et cum eternitate sicut ostendimus.

Omnis intelligentia scit quod est supra se et quod est sub se, verumptamen scit quod est sub se quoniam est causa ei, et scit quod est supra se quoniam acquirit ab eo bonitates.

Et intelligentia quidem quoniam est substantia intellectualis, ergo secundum modum sue substantie scit res quas adquirit desuper et res quibus est causa. Ergo ipsa discernit quod est supra eam et quod est sub ea, et est creatum ab ea, et cognoscit causam suam et creatum suum per modum qui est causa eius, scilicet per modum sue esse. Et similiter omnis sciens non scit rem meliorem et inferiorem et deteriorem nisi secundum modum sue substantie et sui esse, non secundum modum secundum quem res sunt. Et si ita est hoc, tunc procul dubio bonitates que descendunt super intelligentiam a causa prima sunt in ea intelligibiles, et similiter res corporee sensibiles sunt in intelligentia intelligibiles. Quod est quoniam res que sunt in intelligentia non sunt nisi impressiones ipse, immo sunt esse impressionum, et significatio illius est quod intelligentia ipsa est causa rei que sunt sub ea per hoc quod est intelligentia. Si ergo intelligentia est causa rerum per hoc quod est intelligentia, tunc procul dubio cause rerum in intelligentia sunt intelligibiles etiam. Iam ergo manifestum est quod res super intelligentiam et sub ea sunt per virtutem intelligibilem. Similiter res corporee cum intelligentia sunt intelligibiles, in intelligentia sunt intelligibiles quoniam ipsa est causa causarum, et quia ipsa non apprehendit nisi per modum sue substantie, et quia intelligentia apprehendit res apprehensione intelligibili sive intelligibiles sint res aut corporee.

Omnis intelligentie fixio et essentia eius est per bonitatem puram que est causa prima.

cognitionem

Et virtus quidem intelligentie est vehementioris unitatis quam res secunde que sunt post eam, quoniam ipse non acceperunt eius [cognitionem]. Et non est facta ita nisi quia est causa eius quod est sub ea. Quod significatio eius est illud quod rememoramur: intelligentia est regens omnes res que sunt sub ea per virtutem divinam que est in ea, et per eam retinet res quoniam per eam est causa rerum, et ipsa retinet omnes res que sunt sub ea et comprehendit eas, quod est quoniam omne quod est primum rebus et causa eis est retinens illas res et regens eas, et non evadit ab ipsis aliquid propter virtutem suam altam. Ergo intelligentia est princeps rerum que sunt sub ea et retinens eas et regens eas sicut natura regit res que sunt sub ea per virtutem intelligentie. Et similiter intelligentia regit naturam per virtutem divinam. Et intelligentia quidem non facta est retinens res que sunt post eam et regens eas et suspendens virtutem suam super eas nisi quoniam ipse non sunt virtutes substantiales eis, immo ipsa est virtus virtutum substantialium quoniam est causa eis. Et intelligentia quidem comprehendit generata et naturam et orizonte nature, scilicet animam. Nam ipsa est super naturam, quod est quia natura continet generationem, et anima continet naturam, et intelligentia continet animam. Ergo intelligentia continet omnes res, et non est facta intelligentia ita nisi propter causam que superat omnibus rebus, quoniam est causa intelligentie et anime et nature et reliquis rebus. Et causa quidem prima non est intelligentia neque anima neque natura, immo est super intelligentiam et animam et naturam quoniam est creans omnes res. Verumtamen est operans intelligentiam absque medio, et creans animam et naturam et reliquas res mediante intelligentia. Et scientia quidem divina non est sicut scientia intelligibilis neque scientia animalis, immo est super scientiam intelligentie et scientiam anime quoniam est creans scientias. Et quidem virtus divina est super omnem virtutem intelligibilem et animalem et naturalem quoniam est causa omni virtuti. Et intelligentia est habens helyatim, quoniam si dixerit aliquis necesse est ut sit helyachim, dicemus helyatim, id est suum est infinitum, et in diversum suum est bonitas pura et fluens super intelligentiam omnes bonitates et super reliquas res mediante ea.

et forma quoniam est esse et forma. Et similiter est anima habens helyatim, et natura est habens helyatim. Et esse quidem prime cause non est helyatim quoniam ipsa est causa tantum.

Omnis intelligentia ple-
na est formis. Verumptamen ex
intelligentiis sunt que conti-
nent formas minus universa-
les, et ex eis sunt que conti-
nent formas plus universales.
Quod est quoniam forme que sunt intelligen-
tiis secundis ubilibet inferioribus per modum
particularem sunt intelligentiis pri-
mis per modum universalem et forme que sunt
intelligentiis primis per modum particu-
larem in primis intelligentiis est vir-
tus magna quoniam sunt vehementio-
ris unitatis quam intelligentie secunde in-
feriores et intelligentiis secundis inferi-
oribus sunt virtutes debiles quoniam sunt
minoris unitatis quam intelligentie
secunde inferiores et intelligentiis secundis
inferioribus sunt virtutes debiles
quoniam sunt minoris virtutis et pluris
multiplicitatis quod est quia intelligentie
que sunt longinquiores ab uno puro
sunt pluris quantitatis et debiliores
et intelligentie propinque uni puro vero sunt
minoris quantitatis et maioris virtutis
accidit ideo ut forme que procedunt pro-
cessione universali et nos quidem a-
breviamus et dicimus quod forme que veniunt
ex intelligentiis primis secundis sunt debi-
lioris processionis et vehementioris se-
parationis quia propter hoc fit quod intelligentie
secunde prospiciunt visus suos super universalem que
est in intelligentiis universalibus et dividunt

formam / inferioribus

eam et separant eam quoniam ipse non posse-
rent recipere eas nisi per separationem et divi-
sionem et similiter aliquid ex rebus non recipit quod
est super eam nisi per modum secundum quem
potest recipere ipsum non per modum secundum
quem est res recepta.

Omnis intelligentia intel-
ligit res sempiternas que non destru-
untur, neque cadunt sub tempore.

Quod est quoniam si intelligentia est semper que non mo-
vetur ipsa est causa rebus sempiternis que non des-
truuntur neque cadunt sub generatione et cor-
ruptione. Et intelligentia quidem non est ita
est nisi quia intelligit rem per esse suum, et
esse suum est sempiternum quod non corrum-
pitur. Cum ergo hoc sit ita dicimus quod res
destructibiles sunt ex corporeitate
ex causa corporea temporali non ex causa
intellectuali eterna.

Primorum omnium que-
dam sunt in quibusdam per
modum quo licet ut sit u-
num eorum in alio. Quod est
quia in esse sunt vita et intelligentia
et in vita sunt esse et intelligentia et in intelligentia sunt
esse et vita. Verumtamen esse et vita in in-
telligentia sunt due intelligentie et esse et in-
telligentia in vita sunt due vite et in-
telligentia et vita in esse sunt duo esse. Et
illud quidem non est ita nisi quoniam unumquodque eorum

primorum vel principiorum aut est causa aut
causatum. Causatum ergo in causa est per modum
cause et causa in causato per modum causati. Et nos
quidem abbreviamus et dicimus quod res agens
in rem per modum cause non est in ea nisi per mo-
dum qui est causa eius sicut sensus in anima
per modum animalem et anima in sensu per mo-
dum sensibilem. Et redeamus et di-
camus quod sunt in anima et intelligentia
in causa prima sunt per modos suos secundum
quod ostendimus.

Omnis intelligentia in-
telligit essentiam suam.

Quod est quia cum intelligens et intellec-
tum sint simul, cum ergo est intelli-
gentia est intelligens intellectum
tunc procul dubio videt essentiam suam et
scit quod intelligit per intelligentiam essen-
tiam suam et quoniam scit essentiam su-
am scit reliquas res que sunt sub ea
quoniam sunt ex ea. Verumptamen in ea sunt
per modum intelligibilem. Ergo intelligen-
tia et res intellecte sunt unum et intel-
ligentia. Scit ergo esse suum tunc procul dubio quoniam
scit essentiam suam scit reliquas res et
quoniam scit reliquas scit essentiam suam
quia quoniam scit res ipsa non scit eas nisi quia
sunt intellecte ergo intelligentia scit
essentiam suam et scit res intellectas si-
mul sicut ostendimus.

[...] essentiam suam

Omni anime res sensibiles
sunt per hoc quod sunt exemplum
ei quia et res intelligibiles in

ea sunt quia scit eas. Quod est quoniam sit causa
media inter res intelli-
gibiles que non moventur et inter res sensi-
biles que moventur. Et quia anima sic est fit causa
primum res corporeas quare propter hoc facta est causa cor-
porum et facta est causata ex intelligentia que est
ante eam. Res ergo que imprimuntur ex anima fiunt in anima
per intentionem exempli, scilicet quia res sensi-
biles exemplificantur. Verumptamen exemplum a-
nime et res que cadunt super animam sunt
in anima per modum acquisitum. Cum ergo hoc
sit ita redeamus et dicamus quod res sensibi-
les omnes in anima sunt per modum cause. Propter
quod anima est causa exemplaris. Et intelligo per
animam virtutem agentem res sensibiles.
Verumptamen virtus efficiens in anima non est
materialis et virtus corporea in anima est spiritua-
lis et virtus imprimentis in rebus habet divi-
siones est sine divisione res intelligibi-
les in anima sunt per modum actualem, scilicet quia
res intelligibiles que non dividuntur sunt in
anima per modum divisibilem ergo res in-
telligibiles unite sunt in anima per modum
motus. Iam ergo ostensum est quod res in-
telligibiles et sensibiles sunt in anima.
Verumptamen res sensibiles corporee mo-
te sunt in anima per modum animalem uni-
tum et quod res intelligibiles unite qui-
escentes sunt in anima per modum quo multi-
plicatur motum.

Omnis sciens qui scit essenti-
am est rediens ad essentiam
suam reditione completa.

Quod est quia scientia non est nisi actio intelligibilis

cum ergo sit sciens suam essentiam tunc
redit per operationem suam intellectibi-
lem ad essentiam suam, et hoc non est ita nisi quo-
niam sciens et scitum sunt res una,
quoniam scientia scientis essentiam suam est ex eo
quod ad eum quod est sciens et ad eum quod est scitum
quod est quia scientia eius est scientis et sciens scit
essentiam suam est eius operatio rediens ad es-
sentiam suam. Ergo substantia eius est rediens
ad essentiam ipsius iterum. Et non significo
cum per redditionem substantie ad essentiam su-
am nisi quia est stans fixa per se non indigens
in sui fixione et sui essentia re alia re-
gente ipsam quoniam est substantia simplex suf-
ficiens per se ipsum.

Omnes uirtutes quibus non est
finis pendentes sunt per infini-
tum primum quod est uirtus uirtu-
tum, non quia ipse sint acquisite fixe
stantes in rebus entibus, immo est
uirtus rebus entibus habentibus
fixionem. Quod si aliquis dicat quod
primum ens causatum scilicet intelligentia
est uirtus cui non est finis dicimus quod non est ens
causatum uirtus, immo est uirtus quedam et
uirtus quidem eius non est facta infinita nisi
in inferius non superius, quoniam ipsa non est uir-
tus pura que non est uirtus nisi et res que non
finitur inferius neque superius. Ens
autem primum causans est infinitum primum
purum. Quod est quia si entibus fortibus non est

n esse est uirtus

finis quod est per se suam a qualitatibus abs-
finito primo post ipsum quod sunt entia, sicut
primum ipsum est quod ponit res quibus non est
finis. Tunc ipsum procul dubio est super
infinitum. Ens autem causatum primum scilicet
intelligentia non est finitum, immo dicitur quod
est finitum, nec dicitur quod est ipsum met quod est scilicet
non finitum. Ens primum est mensura entium pri-
mum intellectibilium et entium secundorum sensibilium,
quia ipsum est quod creauit entia et mensura-
uit ea mensura conueniente omni enti.
Redeamus ergo et dicamus quod ens pri-
mum causans est super infinitum, sed creatum
est infinitum, et quod est mens primum
creatum et ens secundum creatum est non fini-
tum. Et reliquie bonitates simplices
sicut uita et lumen et que sunt eis similia
sunt cause rerum omnium habentium boni-
tates. Scilicet quia infinitum est a causa prima et
creatum primum est causa omnis uite et si-
bi reliquie bonitates descendentibus
a causa prima super creatum primum in pri-
mis et est intelligentia, deinde descendunt super
reliqua creata intelligibilia et cor-
porea mediante intelligentia.

Omnis uirtus unita plus
est infinita quam uirtus multi-
plicata. Quod est quia infinitum primum
quod est intelligentia est propinquum uni post
ipsum. Et ergo factum est quod omnis uirtus propin-
qua uni uero et infinitas in pluribus quam
uni uero cum multiplicatur longinqua
ab eo quod est quia uirtus cum incipit mul-
tiplicare cum destruitur unitas eius
et cum destruitur eius unitas et destru-
itur eius infinitas. Et non destruitur

infinitas eius nisi quia diuiditur et illius
quidem significatio est uirtus diuisa
et quod ipsa quanto magis agitur et unitur
magnificatur et uehementior fit et res
fiat operationes mirabiles et quanto
magis partitur minoratur et debi-
litatur et efficit operationes uiles. Iam
ergo manifestum est et planum quod uirtus
quanto plus approximat uni puro
uero fit uehementior eius unitas et
quanto uehementior sit unitas est
infinitas et ea magis apparent et
manifestior et sunt operationes eius
operationes magne mirabiles et
nobiles.

Res omnes habent essentiam
per ens primum et res uiue omnes
sunt mote per essentiam su-
am per uitam primam et res
intelligibiles omnes habent sci-
entiam per intelligentiam primam.

Quod est quia si omnis causa dat causato suo a-
liquid, tunc procul dubio causa prima
dat causatis suis omnibus esse et similiter uita
dat causatis suis uitam uel entem simul
et motum quoniam uita est processio pro-
cedens ex ente primo quieto sem-
piterno et primus motus et dat similiter
intelligentia causatis suis scientiam quod
est quia scientia uera non est nisi intelligentia
et intelligentia est primum sciens quod
est influens scientiam super reliqua omnia
scita. Redeamus et dicamus quod ens

primum est quietum et est causa causarum et si ipsum
dat rebus omnibus ens tunc ipsum dat eis
per modum creationis. Vita autem prima dat
eis que sunt sub ea uitam non per modum
creationis, immo per modum forme et similiter in-
telligentia non dat eis que sunt sub ea de scientia et
reliquis rebus per modum forme.

Ex intelligentiis est que est
intelligentia diuina quoniam ip-
sa recipit ex bonitatibus diui-
nis que procedunt a causa prima
receptionem multam et de eis
est que est intelligentia tantum quoniam
non recipit ex bonitatibus
primis nisi mediante intelligentia.

Ex animabus est que est anima intellectibilis quoniam ipsa
est pendens per intelligentiam et ex hiis est que est
anima tantum. Ex corporibus naturalibus est
cuius est anima regens ipsum et faciens di-
rectionem super ipsum et de eis sunt que sunt
corpora naturalia tantum quibus non est
anima, et hoc non est ita nisi quoniam intelligibi-
lis tota res, animalis tota res, corporea tota
non pendet per causam que est super eam nisi que recipit est
completa integra et que pendet per causam que est
super nisi ex est completa integre est que pendet
quod causam que est super eam. Dico ergo quod si omnis in-
telligentia pendet per bonitates causarum
primarum nisi que ex eis est intelligentia comple-
ta in primis integre ipsa et potest

recipere bonitates descendentes ex causa prima et propter illud fit sicut vehementius fiat sua unitas. Et similiter etiam non omnis anima pendet per intelligentiam, nisi quae ex eis est completa integra et vehementioris similitudinis cum intelligentia, propter hoc quod pendet per intelligentiam, et est intelligentia completa. Et similiter etiam non corpus naturale habet animam nisi quod ex eis completum integrum quasi sit rationale. Et secundum hanc formam sunt reliqui ordines intelligibiles.

Causa prima regit res creatas omnes praeter quod commisceatur cum eis.

Quod est quia regimen non debilitat unitatem eius exaltatam super omne, et neque destruit eam, neque prohibet essentia unitatis eius seiuncta a rebus quin regat eas. Quoniam causa prima est fixa, stans cum unitate sua pura semper, et ipsa regit res creatas omnes et influit super eas virtutem vitae et bonitates secundum modum virtutis earum receptibilium et possibilitatem earum. Prima enim bonitas influit bonitates super res omnes influxione una. Verumptamen unaquaeque rerum recipit ex illa influxione secundum modum suae virtutis et sui esse. Et bonitas prima non influit bonitates super res omnes nisi per modum unum, quia non est bonitas nisi per suum esse et suum ens et suam virtutem, ita quod est bonitas, et bonitas et esse suum res una. Sicut quod ipsum influit bonitates influxione communi una, et diversificantur bonitates et dona ex concursu recipientis. Quod est quia recipientia bonitates non recipiunt equaliter, immo quaedam eorum recipiunt plus quam quaedam. Hoc est propter magnitudinem suae largitatis. Redeamus ergo et dicamus quod inter omne agens quod agit per esse suum tantum et inter factum suum non est continuator neque res alia media. Et non est continuator inter agens et factum nisi cum additio fuerit super esse, scilicet quando agens et factum sunt per instrumentum et non facit per esse suum et sunt composita. Quapropter recipiens recipit per continuationem inter ipsum et factorem suum, et est tunc agens seiunctum a facto suo. Agens vero inter quod et inter factum eius non est continuator penitus est agens verum et regens verum faciens res per finem decoris post quod non sit possibile ut sit decus aliud, et regit factum suum per ultimum regiminis. Quod est quia regit per modum res quo agit, non agit nisi per esse suum, ergo ens eius tamen erit regimen eius. Quapropter fit quod regit et agit per ultimum decoris et regiminis in quo non est diversitas neque tortuositas, et non diversificantur operationes et regimen propter causas primas nisi secundum meritum.

Primum est dives maius per seipsum et est dives magis.

Et significatio eius est unitas eius, non quia unitas eius sit sparsa in ipso, immo est unitas eius pura, quoniam est in fine simplicitatis simplex. Si autem aliquis voluerit scire quod causa prima est dives, convertat mentem suam ad res compositas et inquirat de eis inquisitione sufficienti: inveniet enim omne compositum diminutum, indigens aut alio aut rebus ex quibus componitur. Res autem simplex una, quae est bonitas, est una, et unitas eius est bonitas, et bonitas est res una. Illa ergo res est dives maius qui influit et non fit influxio super ipsum per aliquem modorum. Reliqui autem intelligibiles aut corporei sunt non divites per seipsos, immo indigent rei uni influenti super eas bonitates et omnes gratias.

Causa prima est super omne nomen quo nominatur, quoniam non pertinet ei diminutio neque complementum solum.

Quoniam diminutum est non completum et non potest efficere operationem completam, quoniam est diminutum. Et completum apud nos, quamvis sit sufficiens per se ipsum, tamen non potest creare aliquid aliud neque influere a se ipso omnino. Si ergo hoc ita est apud nos, tunc dicimus quod primum non est diminutum neque completum tantum, immo est super completum. Quoniam ipsum est creans res et influens bonitates super eas influxione completa, quoniam est bonitas cui non est finis neque dimensiones. Bonitas ergo prima implet omnia saecula bonitatibus. Verumptamen non omne saeculum recipit de illa bonitate nisi secundum modum suae potentiae. Iam ergo manifestum est et declaratum quod causa prima est super omne nomen quo nominatur, et superior est et clarior.

Omnis intelligentia divina scit res propter hoc quod ipsa est intelligentia et regit eas propter hoc quod ipsa est divina.

Quod est quia proprietas intelligentiae est scientia, et non est eius complementum et integritas nisi ut sit sciens. Regens ergo Deus benedictus et sublimis, quoniam ipse replet res bonitatibus, et intelligentia est primum creatum et est plus similis Deo sublimi, et propter illud regit res quae sub ea sunt. Quod sicut Deus benedictus et sublimis influit bonitatem super eas quae sunt sub eo, similiter intelligentia influit scientiam super res quae sunt sub ea cum ea. Cum Deus benedictus et sublimis praecedit intelligentiam per regimen et regit res sublimiores res regimine et altioris ordinis quam sit regimen intelligentiae, quoniam est ille qui dedit intelligentiae regimen. Et si ergo illius quod res quae recipiunt regimen creationis intelligentiae, quod est quia non refugit regimen eius aliqua rerum omnino, quoniam vult ut fiat recipere bonitatem suam, sicut omnes res, quod est quia non est quod omnis res quae desiderat intelligentiam, et res omnes desiderant recipere ipsam desiderio multo, in illo non est aliquis qui dubitet.

Causa prima existit in omnibus rebus secundum unam dispositionem, sed res omnes non existunt in prima secundum unam dispositionem.

Quod est quia, quamvis causa prima existat in rebus omnibus, tamen unaquaeque rerum recipit eam secundum suae potentiae modum. Quod est quia ex rebus sunt quae recipiunt una receptione

causam primam et ex eis sunt que recipiunt in ea receptione multiplicata et ex eis sunt que receperunt eam receptione corporali et diversitas quidem receptionis non fit ex prima causa sed propter recipientem quia sufficientes diversificatur propter illud ergo susceptum est diversificatum. Influens autem existens unum non diversum influit super omnes res bonitates equaliter. Res ergo sunt diversitatis fluxionis bonitatis super res. Procul dubio ergo non inveniuntur omnes res in prima perduratione una ergo secundum medium propinquitatis eius prime et secundum medium quo recipere potest causam primam secundum quantitatem illius ex ea et delectari per eam quoniam non recipit res causam primam et delectatur in ea nisi per modum esse sui et non intelligo per esse nisi esse et cognitionem. Nam secundum modum quo cognoscit res causam primam creantem secundum quantitatem illam recipit ex ea et delectatur ea sicut diximus.

Substantie unitate intelligibiles non sunt generate ex re alia. Omnis substantia stans per essentiam suam est non generata de re alia.

Quod si aliquis dicat possibile est ut sint generata ex re alia. Dicemus: impossibile est ut substantia stans per essentiam suam sit generata ex re alia; procul dubio est substantia illa diminuta indigens ut compleat eam illud ex quo generatur et signum ipsius est generatio ipsa quoniam est que generatio non est nisi via ex diminutione ad complementum. Nam si inveniuntur res non indigens in generatione sua vel in sua forma et sua formatione re alia nisi se et causa ipsa formationis sue et sui complementi ubi semper revelatione suam semper. Ista ergo comparatio est formatio eius et ipsius complementum simul. Iam ergo manifestum est quod omnis substantia stans per essentiam suam non est generata ex re alia.

Omnis substantia stans per se ipsam est non cadens sub corruptione. Si autem aliquis dicat possibile est ut substantia stans per se ipsam cadat sub corruptione.

Dicemus quod possibile est ut separetur eius essentia et sit fixa stans per essentiam suam sine essentia sua et hoc est inconveniens impossibile et sit fixa stans per essentiam suam sine essentia sua cum propterea quod est una. Omnis autem cadens sub corruptione non fit corruptum nisi propter separationem suam a causa sua. Dum vero permanet res pendens per causam suam retinentem eam et iuvantem eam non perit neque destruitur. Si ergo hoc ita est substantia stantis per essentiam suam non separatur a causa semper quoniam est inseparabilis ab essentia sua propterea quod eius et ipsius in formatione sua et non fit sui ipsius causa nisi propter relationem suam ad causam suam et illa relatio est formatio eius et propter ea quod est semper relata ad causam suam et ipsa causa ipsius relationis est ipsa causa sui ipsius

per medium quem diximus quoniam nec perit nec destruitur quoniam est causa et creatum simul sicut ostendimus nuper. Iam ergo manifestum est quoniam omnis substantia stans per se ipsam non destruitur neque corrumpitur.

Omnis substantia destructibilis non sempiterna aut est composita aut est delata per aliam rem.

Propterea quod est substantia aut est indigens rebus ex quibus est et est composita ex eis aut est indigens in fixione sua differentie essentie. Cum ergo separatur differens causa corrumpitur et destruitur quod si substantia non est composita neque delata est simplex et non destruitur neque minuitur omnino.

Omnis substantia stans per essentiam suam est simplex non dividitur.

Quod si dixerit aliquis possibile est ut dividatur dicemus si possibile est dicere ut substantia stans per se dividatur et est ipsa simplex possibile est ut essentia partis eius sit per essentiam eius tamen sicut essentia totius. Non ergo possibile est illud redit pars super se ipsam sicut est rediens totum super essentiam suam et hoc est impossibile. Sic ergo est simplex substantia stans per se ipsam est indivisibilis et est simplex. Si autem non est simplex sed est composita pars eius est melior parte et pars illius vilior parte ergo res melior est ex viliore et res vilior melior est ex re quoniam est omnis pars eius seiuncta ab omni

parte eius quoniam est universitas eius non sufficientis per se ipsum cum indigeat partibus suis ex quibus componitur et hoc quidem non est natura rei simplicis immo natura substantiarum compositarum. Iam ergo quoniam omnis substantia stans per suam essentiam est simplex et non dividitur et quoniam non recipit divisionem et est simplex non est recipiens corruptionem neque destructionem.

Omnis substantia simplex est stans per se ipsam scilicet per essentiam suam.

Nam ipsa creata sine tempore et manet ibi substantialitate sua superior substantiis temporalibus vel. Si ergo illius est quod non est generata ex aliquo quoniam est stans per essentiam suam et substantie generate ex aliquo sunt substantie composite cadentes sub generatione. Iam ergo manifestum est quod omnis substantia stans per essentiam suam non est in uno tempore et quod est altior vel superior tempore et rebus temporalibus.

Omnis substantia creata in tempore aut est semper in tempore et tempus non superfluit tempore ab ea quoniam est creata et tempus est simul aut superfluit tempus et tempus superfluit ab ea quoniam est creata in horis temporis quibusdam.

Quod est quoniam si tanta sequuntur se ad invicem et substantie

ei superiorem non sentit. Nisi si substantia ea similis ut substantia dissimilis sunt ei. Substantie similes substantie superiori et sunt substantie cause a quibus non separantur tempore. Autem substantias que sequuntur substantias sempiternas et substantie sunt absolute a tempore cause in quibus cadit horizon temporis cum substantiis sempiternis quoniam assimilantur ei omnino. Substantie igitur sempiterne in tempore sunt ille que communicant substantias sempiternas et sunt medie inter substantias fixas inter substantias sectas fixas in tempore et sunt simplices ut substantie sempiterne cum sunt super tempus sequuntur super substantias temporales causatas in tempore nisi mediantibus substantiis spiritualibus absolutis in tempore et iste quidem substantie non sunt medie hec que ipse augmentant cum subsunt sublimibus in permanentia et augmentant cum substantiis temporalibus absolutis in tempore per generationem. Ipse enim quamvis sint sempiterne tamen permanentia earum est per generationem et motum. Et substantie sempiterne cum tempore sunt similes substantiis sempiternis que sunt super tempus per durabilitatem et non assimilantur eis in motu vel generatione. Substantie que secte in tempore non assimilantur substantiis que sunt super tempus per aliquid modorum. Si ergo assimilantur eis tunc non possunt recipere eas neque tangere eas. Necesse ergo sunt substantie que tangunt substantias sempiternas que sunt super tempus vel etiam tangentes substantias sectas in tempore. Ergo aggregabunt per motum suum substantias sempiternas que sunt super tempus et in substantias que substantias que sunt sub tempore scilicet cadentes que sunt sub generatione et corruptione et aggregabunt inter substantias bonas et inter substantias viles ut non perveniant substantie viles substantiis bonis et provenit omnibus bonum

tate et omni quantitate et non sit eis remanentia nisi fixio. Iam ergo ostensum est ex hoc quod durabilitatis due sunt species quarum una est eterna et altera est temporalis. Verumptamen una durabilitatum duarum est stans quieta et durabilitas altera mota et una earum aggregatur et operationes eius omnes simul nisi quedam earum est ante quedam. Altera est currens extensa quedam operationes eius sunt ante quasdam. Et totalitas unius earum est per essentiam suam et totalitas alterius est per partes suas quarum unaquaque est mota sua expositione per modum primi postremi. Iam ergo manifestum est quod quedam sunt que sempiterne sunt super tempus et quedam sunt sempiterne equales tempori et tempus non separantur ab eis ab eis ex superiori causatum et ipsarum inferiori scilicet ex principio earum usque ad ipsarum postremum et substantie cadentes sub generatione et corruptione.

Inter rem cuius substantia et actio sunt in momento eternitatis et inter rem cuius substantia et actio sunt in momento temporis existens est medium. Et est illud cuius substantia est ex momento eternitatis et operatio ex momento temporis. Quod est quia res cuius substantia cadit sub tempore scilicet quod tempus continet eam est in omnibus dispositionibus suis cadens sub tempore quoniam quia substantia rei cadit sub tempore procul dubio et eius actio sub tempore cadit. Res autem cadens sub tempore in omnibus dispositionibus suis secundum quod res cadente sub eternitate in omnibus dispositionibus suis continuatio autem non est in rebus similibus necesse est igitur ut sit res alia tertia media inter utrasque cuius substantia cadat sub eternitate et ipsius actio cadat sub tempore. Impossibile namque ut sit res cuius substantia cadat sub tempore et eius actio sub eternitate. Sic enim actio eius melior esset ipsius substantia. Hoc autem impossibile est. Manifestum igitur est quod inter res cadentes sub tempore cum suis actionibus et substantiis et inter res quarum substantie et actiones sunt cadentes sub momento eternitatis sunt res cadentes sub eternitate per substantias suas et cadentes sub tempore per operationes suas sicut ostendimus.

Omnis substantia cadens in quibusdam dispositionibus suis in eternitate et in quibusdam dispositionibus suis sub tempore est ens et generatio simul.

Omnis enim res cadens sub eternitate est ens vere. Et omnis res cadens sub tempore est generatio. Si ergo hoc ita est tunc si res una est cadens sub eternitate et tempore cum est ens et generatio non per modum unum immo per modum et modum. Iam ergo manifestum est ex eo quod diximus quod omne generatum cadens per substantiam suam sub tempore habet substantiam dependentem per esse purum quod est causa durabilitatis et causa rerum sempiternarum omnium et entis destructibilium necessario est. Unum faciens adquisita. Unitates et ipsum non adquiscuntur sed reliqua unitates omnes sunt adquisite et iste unitates. Si ergo est quod dico sic invenitur unum faciens adquirens nunc adquisitum non et aliud adquirens fluens non adquisitum. Tunc quod dicam inter ipsum et ipsarum adquirens fluens non ad eum potest esse quin aut sit simile ei in omnibus dispositionibus suis aut sit in utrorum differentia in alio similitas. Si ergo est similis ei in omnibus dispositionibus suis tunc primum eorum non est primum et alterum secundum illud quod in causo unitas fixa non inventa ab alio est unum primum verum sicut ostendimus et illud in quo est unitas inventa extra hoc est propter unum primum verum. Si ergo est creatio ex illo primo non adquisita unitas provenit ergo unum ut unum puto ideo et reliquis unis sit unitas iterum et non sit unitas item et non sit unitas nisi propter unum unum verum quod est causa unitatum. Iam ergo manifestum est et planum quod omnis unitas preter unum verum est adquisita creata. Verumptamen unum verum primum est creator unitates faciens adquisitum non adquirens sicut ostendimus. Completus est sermo.

Explicit liber de causis.



QUONIAM
contingit intelligere et scire circa omnes
scientias quarum principia et causae et elementa sunt
ex eorum cognitione. Tunc enim opina
mur cognoscere unumquodque cum causas pri
mas cognoscimus et principia prima et usque
ad elementa. Manifestum est ergo quod de natura scientiae
prius determinare temptandum quae circa
principia sunt. Innata est autem no
bis via ex notioribus nobis et cer
tioribus in certiora naturae et notiora. Non enim
eadem sunt nobis nota et simpliciter.
Unde quidem necesse est hunc modum proce
dere ex incertioribus naturae, nobis autem cer
tioribus, in certiora naturae et notiora. Sunt
autem primum nobis manifesta et certa con
fusa magis. Posterius autem fiunt ex his
nota elementa et principia nobis dividentibus
haec. Unde ex universalibus in singula
ria oportet pervenire. Totum enim secundum sen
sum notius est. Universale autem totum quoddam
est. Multa enim comprehendit ut partes
universale. Sustinent autem idem quodam
modo hoc et nomina ad rationem. Totum
enim quoddam et indistincte significat, ut
circulus, et diffinitio autem ipsius dividit
in singularia. Et pueri primum appel
lant omnes viros patres et matres femi
nas, posterius autem horum determinant
unumquodque.

Necesse est ergo unum esse principium
aut plura, et si unum aut
immobile sicut dicit Parmenides et
Melissus, aut mobile sicut phisici. Hu
quidem aerem asserentes esse. Alii
vero aquam primum principium. Si autem
plura aut finita aut infinita, et si fini
ta plura autem, uno aut duo aut tria aut
quatuor sunt aut secundum aliquem numerum aliquorum.
Et si infinita aut sic est sicut dixit Demo
critus genere unum figura autem specie differentia aut contraria.
Similiter autem quaerunt et qui entia quaerentes quot sunt
sunt. Ex quibus enim sunt quae sunt quae
runt primum, posterius utrum unum aut plura
sunt, et si multa aut finita aut in
finita quaerunt principium et elementa quaerunt
utrum unum aut multa. Ideo quidem igitur
si unum et immobile sit quod est intendere
de natura intendere non est. Sicut enim geo
metrae non amplius ratio est ad destruentem
principia sua, sed aut alterius est scientiae
aut omnibus communis, sic neque circa de prin
cipiis. Non enim amplius principium est si
unum solum et sic unum est. Principium enim
alicuius aut quorundam est. Simile
igitur intendere est an sic unum et est ad aliam
positionem quamlibet disputare verbi gratia dic
tarum ut eraclitana aut si quis dicat
hominem unum quodque esse. Aut solvere
litigiosam orationem quod quidem utrique con
tinent et Melissi et Parmenidis
et enim falsa recipiunt et non sillogizantes
sunt. Magis autem Melissi oratio honero
sa est et non habens defectum. Sed uno inco
venienti dato alia contingunt. Hoc
autem nihil est difficile. Nobis autem subicia
tur quae sunt natura aut omnia aut
quaedam moveri. Manifestum est autem ex inductione.
Simul autem nec convenit omnia sol
vere sed aut quaecumque ex principiis aliquis
demonstrans mentitur quaecumque vero non, nun
me ut tetragonismum hic quidem
per decisiones geometrae est dissolve
illum autem Antiphontis non geometrae
est. Sed quoniam de natura quidem

non naturales aut opponens aut deficiens contingit ipsos dicere. Forte autem enim bene se habet aliquantulum disputare de ipsis; habet enim philosophiam hec consideratio. ¶ Principium autem maxime proprium est omnibus, quoniam multipliciter dicitur. Id quod est quomodo dicunt dicentes unum esse omnia: utrum substantiam omnia aut quantitatem aut qualitatem; et iterum utrum substantiam unam omnia, ut hominem unum aut equum unum aut quantitatem unam aut qualitatem unam, hanc autem ut album aut calidum aut aliquid talium. Hec enim omnia differunt multum et sunt impossibilia dicere. ¶ Si quidem erunt substantia et qualitas et quantitas, et hec separata sunt ab invicem sive non, multa sunt que sunt. Si vero omnia aut quantitas sunt aut qualitas, sive cum sit substantia sive non sit, inconveniens est, si oportet impossibile inconveniens dicere. Nullum enim aliorum separabile est preter substantiam; omnia namque de subiecto substantia dicuntur. ¶ Melissus autem infinitum esse dicit quod est. Quantum ergo quoddam quantitas est. Infinitum enim in quantitate est; substantiam autem infinitam aut qualitatem aut passionem esse non contingit, nisi secundum accidens, simul si et alie quantitates sunt. Infiniti enim ratio congruit quantitati, sed non substantie neque qualitati. Si quidem igitur substantia est et quantitas, duo sunt et non unum quod est; si vero solum substantia, non infinitum est neque magnitudinem habebit ullam; quantum enim quiddam erit. ¶ Amplius quoniam et ipsum unum multipliciter dicitur quemadmodum et quod est, intendendum quomodo dicunt unum esse omne. Dicitur autem continuum unum aut indivisibile aut quorum ratio una et eadem est quod erat aliquid esse, quemadmodum nappa et vinum. Si quidem igitur continuum est, multa sunt que sunt; in infinitum enim divisibile est continuum. Habet autem dubitationem de toto et parte, forsitan autem non ad hanc rationem, sed secundum se ipsam: utrum unum aut plura sit pars et totum, et quomodo unum aut plura, et si plura, quomodo plura, et de partibus continuis; et si totum unum, utrumque est sicut indivisibile, quoniam et eisdem eadem erunt. ¶ At vero si sicut indivisibile, nullum erit quantum neque quale neque iam infinitum quod est, sicut Melissus dicit, neque finitum, sicut Parmenides; terminus enim indivisibile est, non finitum. At vero si omnia que sunt ratione unum sunt, sicut tunica et indumentum, Eracliti rationem contingit dicere ipsos. Idem enim erit bono et malo et non bono esse et malo, quare idem erit bonum et non bonum et homo et equus; et non de eo quod unum sunt que sunt ratio erit, sed de eo quod nihil; et tali quidem esse et tanto idem. ¶ Conturbati sunt autem posteriores quemadmodum et antiqui ne forte contingeret idem unum simul esse et multa. Unde alii quidem est auferebant, quemadmodum Licofron, alii autem mutabant dictionem, ut quoniam homo albus non est sed albatur, neque ambulans est sed ambulat, ut non est adicientes multa esse faciant unum, tamquam singulariter dicto uno et eo quod est. Sed multa sunt que sunt aut enim ratione, ut aliud est albo esse et musico, sed eadem utraque; multa itaque unum; aut divisione, quemadmodum totum et partes. Hic autem iam deficiebant et confitebantur unum multa esse, tamquam non conveniret idem unum et multa esse, non autem opposita sunt; est enim unum et potentia et actu et endelichia. ¶ Hoc igitur modo facientibus ipsis videtur quod sunt unum esse. Et ex quibus demonstrant ea solvere facile est; utrique enim sophistice sillogizant, Melissus et Parmenides; namque falsa recipiunt et non sillogizantes sunt. Magis autem Melissi honerosa et non habens defectum, sed uno inconvenienti assignato alia contingunt; hoc autem non grave est. ¶ Quod quidem igitur male sillogizet Melissus manifestum est; opinatur enim accipere, si quod factum est habet principium omne, quoniam et quod non factum est non habet. Postea et hoc inconveniens est, omnis esse principium rei et non temporis, et non simplicis generationis sed alterationis, tamquam non momentanee fiat mutationis. ¶ Postea propter quid immobile, si unum sit? Sicut et pars una existens hoc quidem aqua movetur in ipsa, quare et non omnis aqua? ¶ Postea alteratio propter quid non est? At vero neque specie possibile est unum esse nisi ex quo; sic enim et phisicorum quidam unum dicunt esse, illo autem non; homo namque ab equo alterum est specie et contraria ab invicem. ¶ Et ad Parmenidem autem idem modus rationum est, et si quidem alii proprii modi sunt, et solutio partim quidem falsa est, partim quidem quia non concludit. ¶ Falsa quidem quia simpliciter accipit quod est dici, dicto multipliciter. ¶ Non concluditur autem quia si sola alba recipiantur significante uno albo, nichilominus multa alba sunt et non unum; neque enim continuatione unum erit album neque ratione. Aliud enim erit esse albo et suscepibili, et non erit preter album aliquid divisum. Nichil ergo sicut albus est substantia est; non enim in quantum est separabile est, sed esse alterum est albo et cui inest. Sed hoc Parmenides nondum videbat. ¶ Necesse est igitur accipere non solum unum significare quod est, de quo utique predicatur, sed et quod vere est et quod vere unum est. Accidens autem et de quodam subiecto dicitur, quare cui accidit quod est non erit; alterum enim est ab eo quod est; erit itaque aliquid quod non sit. Non igitur inerit alii quod vere est. Non enim inerit ei ipsi quod est esse, nisi multa significet, sic quod est quare est esse aliquid unumquodque. Sed concessum est quod est significare unum. ¶ Si igitur quod vere est nulli accidit, sed illi accidit aliquid, magis quod vere est significat quod est quam quod non est. Si enim erit quod vere est idem et album, albo autem non est esse quod vere est; neque enim accidere ipsi possibile est quod est; neque enim quod est est quod non est vere. Non ergo quod est est quod album est; non sic autem sicut cum aliquid non sit album, sed cum omnino non sit quod vere est. Itaque est non est. Verum enim est dicere quoniam album est; hoc autem quod non est significat. Quare et si album quod est significat, quod vere est. Multa ergo significat quod vere est. Neque enim magnitudinem erit quod est, si quidem est quod vere est; utrique namque alterum est esse partium. ¶ Quod autem dividitur quod vere est in quod vere est aliquid et in aliud quid est ratione manifestum est, ut si homo quidem est quod vere est aliquid, necesse est et animal quod vere est aliquid esse et bipedem. Si autem non quod vere est sunt, tunc accidentia erunt, aut igitur homini aut alicui alii subiecto. Sed impossibile est; accidens enim dicitur aut hoc quod contingit esse et non esse, aut cuius est in ratione, cui accidit, inesse, vel secundum quod separabile est, ut sedere; in simo autem est ratio nasi cui dicimus accidere simum. ¶ Amplius quecumque in diffinitiva ratione insunt aut ex quibus sunt, in ratione alicuius eorum non inest ratio totius, ut in bipede ratio non est hominis aut in albo hominis albi. Si igitur hec hunc habent modum et accidit homini bipes, necesse est separabile

bile esse ipsum quid (?) contingit utique non bipedem esse hominem aut in ratione bipedis inerit ratio hominis. Si autem simpliciter illud enim illius ratio inest. Si autem aliud accidit et bipes et alterum animal, erit utique quod non est aliquid, et non utique erit accidens alteri. Sed sic quod non est sit accidens nulli, et quo ambo et utrumque et dicetur et quod est ex his dicantur et in divisibilibus est omne utique. Quidam autem rationibus utrisque consenserunt. Hinc quidem quoniam omnia unum sunt si quod est unum significat quoniam est et quod non est. Alii autem ex divisione in divisas faciens magnitudines. Manifestum autem est et quoniam non verum est quod si unum significat quod est et non possibile simul contradictionem esse non erit utique quod non est. Nichil enim prohibet quod non est non simpliciter esse sed non aliquid esse quod non est. Aliquid dicere igitur extra ipsum quod est nisi aliquid erit ad unum omnia esse inconveniens est. Quis enim addiscat ipsum quod est nisi quod vere est aliquid sit. Si autem est hoc nichil prohibet multa que sunt esse sicut esse dictum est. Quod quidem igitur sit unum esse quod est impossibile sic manifestum est. Sicut autem phisici dicunt duo modi sunt. Hii quidem enim facientes unum quod est corpus subiectum aut trium aliquid aut aliud quidem quod est igne densius, aere autem subtilius, alia generant densitate et raritate multa facientes. Hec autem sunt contraria, universaliter autem excellentia et defectus sicut dicit Plato magnum et parvum nisi quod hic quidem hec multa facit materiam, unum autem speciem; alii vero unum quidem secundum materiam, contraria autem differentias et species. Quidam autem ex uno inexistentes contrarietates segregant quemadmodum Anaximander dicit. Et quicumque unum et multa dicunt esse sicut Empedocles

et Anaxagoras. Ex mixtione enim segregant alia. Differunt autem ab invicem in eo quod hic circulationem faciunt horum, hic autem semel, et hic infinitas similes partes et contrarias, ille vero vocata elementa solum. Videtur enim Anaxagoras sic infinita opinari, ut accipiat communem opinionem phisicorum esse veram, tamquam non fiat nullum eorum quod non est. Propter hoc enim sic dicunt, quod erant simul omnia et fieri huiusmodi statuerunt alterari. Alii autem segregationem et congregationem. Amplius autem ex eo quod fiunt ex alterutris contraria inerant ergo. Si enim omne quidem quod fit necesse est fieri aut ex his que sunt aut ex his que non sunt, horum autem aliquid fieri ex his que non sunt impossibile est aliquid fieri simpliciter. De hac enim conveniunt opiniones omnium qui de natura sunt. Reliquum autem iam contingere ex necessitate putaverunt ex his que sunt et que insunt fieri, sed propter parvitatem magnitudinum ex insensibilibus nobis. Unde dicunt omne in omni misceri, propter hoc quod omne ex omni videbant fieri. Apparere autem differentia et appellari altera ab invicem ex maxime superhabundanti vel continenti propter multitudinem in mixtura infinitorum. Sincere quidem non totum album aut nigrum aut dulce aut carnem aut os non contingit esse. Sed quod plus unumquodque habet, hoc videtur esse secundum naturam rei huius. Si ergo infinitum quidem est secundum quod infinitum ignotum est, secundum multitudinem quidem et magnitudinem infinitum ignotum quoddam quantum est, secundum autem species infinitum ignotum quale quoddam. Ignotum est principiis autem infinitis existentibus et secundum multi-

tudinem et secundum speciem impossibile est cognoscere ex his que sunt. Sic enim composita cognoscere arbitramur cum cognoscamus ex quibus et quantis sit. Amplius autem si necesse est cuius partes contingit quantascumque esse secundum magnitudinem et parvitatem vel parvitatem et ipsum contingere. Dico autem talium aliquam partium cum insit in quod dividitur totum. Si autem impossibile est animal aut plantam quantamcumque esse secundum magnitudinem et parvitatem, manifestum est quoniam neque partium quamlibet erit. Erit enim et totum partibus simile. Caro autem et os et huiusmodi partes sunt animalis et fructus plantarum. Manifestum igitur quoniam impossibile est carnem aut os aut aliud aliquid quantamcumque esse magnitudine aut in maius aut in minus. Amplius autem si omnia quidem insunt huiusmodi ab invicem et non fiunt sed segregantur cum insint, dicuntur autem a plurimo; fit autem ex quolibet quodlibet, ut ex carne aqua segregatur et caro ex aqua, omne autem corpus finitum vel reseratur vel resolvitur a corpore finito, manifestum est quoniam non contingit unumquodque in unoquoque esse. Remota enim ex aqua carne et iterum alia facta ex reliquo segregatione, quamvis semper minor sit segregata, sed tamen non excellit magnitudo aliquam parvitatem. Quare si quidem stabit segregatio, non omne in omni erit. In reliqua autem aqua non inerit caro. Si vero non stabit sed semper habebit remotionem, in finita magnitudine equalia finita inerunt et infinita secundum magnitudinem. Hoc autem impossibile est. Adhuc autem si omne quod est corpore remoto quodam minus necesse est fieri. Carnis autem determinata est quantitas et magnitudine et parvitate, manifestum est quod ex minima carne nullum segrega-

bitur corpus. Erit enim minus minima. Amplius autem in infinitis corporibus inest iam caro infinita et sanguis et cerebrum, separata autem ab invicem, nichil autem minus sunt que sunt et infinitum unumquodque est. Hoc autem irrationabile est. Nequaquam autem passionem esse segregandam non scientis quod dicitur aut recte quidem dicitur; passiones enim inseparabiles sunt. Si igitur mixti sunt colores et habitus, si segregentur erit aliquid album et sanativum aliquid alterum cum non sit neque de subiecto. Quare inconveniens est et impossibilia querens intellectus, si vere velit quidem segregare. Hoc autem facere impossibile est et secundum quantitatem et secundum qualitatem; secundum quantitatem quidem quoniam non est minima magnitudo, secundum qualitatem quoniam inseparabiles passiones sunt. Nec recte generationem accipit similium specierum. Est autem quod lutum in luta dividitur, est autem quod non est. Et non est idem modus sicut lateres ex domo et domus ex lateribus; sic autem aqua et aer ex alterutris sunt et fiunt. Dignum autem est minora et finita accipere quod quidem facit Empedocles. Omnes igitur contraria principia ponunt, et faciunt dicentes quod unum sit omne et immobile. Parmenides enim calidum et frigidum principia facit; calidum autem et frigidum, hec autem appellat ignem et terram, et quidam rarum et densum, et Democritus firmum et inane et vacuum, quorum aliud quidem sicut quod est, aliud autem sicut quod non est esse dicit. Adhuc autem positione et figura et ordine. Hec autem genera contrariorum sunt: positionis sursum deorsum, ordinis ante et retro, figure autem angulum rectum circularum. Quod quidem igitur contraria quodammodo faciunt omnes principia manifestum est. Et hec rationabiliter est; oportet enim principia neque ex alterutris

esse in ex aliis. Sed ex his fiunt omnia. Contrariis
autem principiis insunt hec: hoc quidem
quia prima sunt non fiunt ex aliis, ob
id autem quia sunt contraria non sunt ex alterutris.
Sed oportet hec in ratione considerare qualiter
contingit. Accipiendum igitur primum prin-
cipium est quod omnia que sunt nichil nec apt-
natum est facere nec pati contingens a
contingenti, aptum natum est nec fit quodli-
bet ex quolibet nisi aliquis aliquid
accipiat secundum accidens. Quomodo enim fiet al-
bum utique ex musico nisi accidens
sit albo aut nigro musicum? Sed album
quidem fit ex non albo et hoc non ex omni
non albo sed ex nigro aut ex medio,
et musicum ex non musico et hoc non ex omni
sed ex non musico et hoc non ex omni sed ex non mu-
sico composito aut si aliquid extiterit est me-
dium. Neque enim corrumpitur in contingens
primum, ut album non in musicum nisi forte
secundum accidens, sed in non album et non in contin-
gens sed in nigrum aut in medium. Simi-
liter autem et musicum in non musicum et hoc non
in contingens sed in non musicum aut si aliquid
extiterit est medium. Similiter autem hoc est et in aliis,

quoniam et que non simplicia solum
eorum que sunt sed composita se

Omnia que non simplicia solum
eorum que sunt sed composita se habent secundum ra-
tionem eandem manifestum est. Sed propter hoc quod non
composite dispositiones sunt nominate la-
tet hoc contingens. Necesse est enim omne
consonans ex inconsonanti fieri et incon-
sonans ex consonanti fieri et corrumpi
consonans in inconsonantiam et hanc
non in contingentem sed in oppositam.
Differt autem nichil in consonantia dicere
aut ordine aut compositione; manifestum
est enim quod eadem sit ratio. At vero quoniam et domus et
statua et quodlibet aliud fit: domus enim
fit ex eo quod composita non sunt sed ex
eo quod divisa sunt sic, et statua et fi-
guratorum aliquid ex non figuratorum
unumquodque horum et alia quidem ordo,
alia vero compositio quedam sunt. Si igi-
tur verum est, omne quod fiat fit et quod cor-
rumpitur corrumpitur aut ex contrariis aut in contraria et
horum media. Media autem ex contrariis sunt, ut
colores ex albo et nigro. Quare
omnia erunt que natura sunt aut contra-
ria erunt aut ex contrariis. Usque quidem igitur ad
hoc fere secuti sunt et aliorum plurimi
quemadmodum diximus prius. Omnes
enim elementa et ab ipsis vocata principia
et que sine omni ratione ponentes contraria
dicunt tamquam ab ipsa veritate coacti.
Differunt tamen ab invicem in eo quod
alii quidem priora, alii vero posteriora
acceperunt et quidam hi quidem notiora secundum
rationem, illi autem secundum sensum. Hii qui-
dem calidum et frigidum, isti humidum
et siccum, illi vero impar et par. Qui-
dam concordiam et discordiam causas ponunt
generationis [et corruptionis]. Hoc autem ab invicem differt
secundum dictum modum quare est eadem quo-
dam modo dicere et altera ab invicem.
Altera quidem quemadmodum videtur pluribus, ea-
dem autem secundum analogiam. Acci-
piunt enim ex ipsa eadem ordinatio-
ne. Hec quidem enim continent, alia
vero continentur contrariorum. Sic igitur
similiter dicunt et aliter et peius et melius,
et hii quidem notiora secundum rationem
sicut dictum est prius, illi autem secundum sensum;
universale enim notum est secundum rationem, particulare
autem secundum sensum. Ratio quidem enim universalis
est, sensus autem particularis, ut magnum
et parvum secundum rationem est, rarum autem et den-
sum secundum sensum. Quod quidem
igitur contraria oportet esse principia manifestum est.

Consequens autem utique sic dicere utrum
duo aut tria aut plura sint. Unum enim
non possibile est quoniam non unum contrarium est.
Infinita autem non sunt quoniam neque credi-
bile neque scibile quod est erit, et una con-
trarietas in omni genere est uno. Sub-
stantia autem unum quoddam genus est,
et quia contingit esse ex finitis, melius
est autem ex finitis quemadmodum Empedocles
quam ex infinitis omnia namque reddere
opinatur sicut Anaxagoras ex infinitis.
Amplius autem sunt alia aliis contraria pri-
ora et fiunt altera ex alterutris ut dul-
ce et amarum et album et nigrum. Principi-
a autem semper oportet manere. Quod quidem
igitur neque infinita neque unum sunt manifestum
est ex his. Quoniam autem finitorum sunt, et fa-
cere principia facere duo tantum vel
non facere duo tantum habet quandam rationem; du-
bitabit enim aliquis utique qualiter densi-
tas raritatem facere quid apta nata
sit aut hec densitatem; similiter et alia
quecumque contrarietas. Non enim concor-
dia discordiam congregat et facit aliquid
ex ipsa, neque ipsa concordiam, sed ex utraque
altera quedam tertium. Quidam autem ipsa
receperunt ex quibus preparant eorum que
sunt naturam. Adhuc autem amplius et
de hoc dubitabit aliquis nisi aliquis
posuerit contrariis unam naturam. Nullum
enim videmus eorum que sunt contrarium esse
substantiam. Principium autem non de subiecto oportet di-
ci aliquo; erit enim principium principii.
Subiectum enim principium et prius videtur
predicato esse. Amplius non esse dicimus substan-
tie contrariam substantie. Qualiter ergo ex non substantiis
substantia itaque fit, aut quomodo prius non substantia
substantia est? Unde si aliquis veram putabit
rationem et hanc necessarium est si debet salvare
utrasque ipsas subicere quoddam tertium quem-
admodum dicunt unam quandam naturam dicen-
tes esse ut aquam aut ignem aut medium horum.
Videtur autem medium magis. Ignis enim
et terra et aer et aqua cum contrarietatibus
complexa vel implicita sunt. Unde non
irrationabiliter faciunt contendentes alterum
illorum facientes aut aliorum quidam
aerem. Et enim aer nequaquam habet ali-
orum differentias sensibiles consequenter
autem aqua. Sed omnes unum hoc con-
trariis figurant ut densitate et ra-
ritate et in eo quod magis et minus est.
Hec autem sunt omnino excellentia et de-
fectus sicut dictum est prius. Et videtur hec
antiqua esse opinio quod unum et excellen-
dantia et defectus principia rerum
sunt, sed non eodem modo: sed antiqui
duo quidem facere et pati unum, posterio-
rum quidam contrarium unum facere du-
o vero pati dicunt magis. Tria igitur di-
cere principia esse et ex his et ex huiusmo-
di aliis intendentibus videbitur utique
habere quandam rationem sicut diximus; p-
lura autem tribus non amplius esse; ad patien-
dum enim sufficiens unum est. Si autem
iiii existentibus due erunt contrarie-
tates, oportebit seorsum utrisque
esse alteram quandam mediam
naturam. Si autem ex alterutris possunt ge-
nerare, otiosa enim utique altera contrarie-
tatum erit. Simul enim et impossibile est plu-
res esse contrarietates primas. Substantia
enim unum quoddam genus est rei et
quod est quare in eo quod prius et posterius sunt
differunt ab invicem principia tantum,
sed non genere; semper enim in uno genere una
contrarietas est. Omnes enim contrarietates
reduci videntur in unam. Quod

quidam quod neque sit unum elementum neque plura duobus vel tribus manifestum est. Horum autem alterum quemadmodum diximus dubitationem habet multam. Sic igitur nos dicimus primum aggredientes de omni eo quod fit; est autem secundum naturam communia quidem dicere primum, sic circa unumquodque propria speculari. Dicimus enim ex alio fieri aliud et ex altero alterum aut simplicia dicentes aut composita. Dico autem hoc sic. Est enim aliquem hominem fieri musicum, est autem non musicum fieri musicum, aut non musicum hominem hominem musicum. Simpliciter quidem dico quod fit hominem et non musicum et quod fit simpliciter musicum; compositum autem et quod fit et cum non musicum hominem fieri dicimus aut musicum fieri autem musicum hominem. Horum autem hoc quidem solum dicitur hoc aliquid fieri, sed et ex hoc, ut ex non musico musicum; hoc autem non dicitur in omnibus, ut ex homine factum est musicum, sed homo factus est musicus.

Eorum autem que fiunt sicut simplicia dicentes fieri, aliud permanens fit, aliud autem non permanens. Homo quidem enim permanet musicus factus et est homo, sed non musicum non permanet neque in compositione neque simpliciter neque iam compositum permanet.

Determinatis autem his ex omnibus que fiunt hoc est accipere si aliquis intendit sicut diximus quoniam oportet subici aliquid quod fit, et hoc si numero est unum, sed specie non unum est. Specie enim et ratione idem dico. Non enim idem est homini et non musico esse. Et hoc quidem permanet, illud vero non permanet. Non oppositum quidem permanet; homo enim permanet; musicum autem et immusicum non permanet, neque ex ambobus compositum, ut homo non musicus. Sed ex aliquo fieri aliquid et non hoc fieri aliquid dicitur magis quidem in non permanentibus, ut ex non musico quidem musicum fieri, ex homine autem non. Attamen et in permanentibus aliquando dicitur similiter; aliquid enim ex ere statuam fieri dicimus, non es statuam. Hoc tamen ex opposito et non permanenti utrobique dicitur fieri ex hoc et hoc hoc. Et nam quod ex immusico et immusicum fit musicus. Unde et similiter in composito est; et enim ex musico homine et immusico sicut homo musicus fieri dicitur.

Multipliciter autem cum dicatur fieri et horum quidem non fieri sed hoc aliquid fieri, simpliciter autem fieri substantiarum solum est, secundum quidem alia manifestum est quoniam necesse est subici aliquid quod fit; et enim quantum et quale et ad aliud et quando et ubi fiunt in aliquo subiecto, propter id quod sola substantia nulla de aliquo dicitur subiecto, sed alia omnia de substantia.

Quod autem substantie et quecumque alia cum sint ex quodam subiecto fiant considerantibus utique fiet manifestum. Semper enim est aliquid quod subiacet ex quo fit quod fit, ut plante et animalia ex semine.

Fiunt autem que fiunt simpliciter alia quidem transfiguratione ut statua, alia vero appositione ut que augmentantur, alia vero subtractione ut ex lapide Mercurius, compositione autem ut domus, alteratione vero ut que convertuntur secundum materiam. Omnia que sic fiunt manifestum est quoniam ex subiectis fiunt.

Quare ex dictis ostensum est quoniam quod fit compositum est, et est quidem aliquid quod fit, aliquid autem est quod hoc fit, et hoc duplex; aut enim subiectum aut oppositum. Dico autem oppositum quod est non musicum, subiectum autem hominem; et infigurationem et informationem et inordinationem oppositum.

Es autem et aurum et lapidem dico subiectum.

Manifestum igitur quod si sunt cause et principia eorum que natura sunt ex quibus primis sunt et facta sunt non secundum accidens, sed unumquodque quod dicitur secundum substantiam, quod fiat ex subiecto et forma; componitur enim musicus homo ex homine et musico quodam modo; resolves enim rationes in rationes horum.

Manifestum igitur est quod utique fiant que fiunt ex his.

Est autem subiectum numero quidem unum, specie autem duo. Homo quidem enim et aurum et omnino materia numerabilis; hoc enim aliquid magis, et non secundum accidens ex ipso fit quod fit; privatio autem et contrarietas secundum accidens est.

Unum autem species est, ut ordinatio aut musica aut aliorum aliquid sic predicatorum.

Unde est sic duo dicenda esse principia, est autem sic tria; et est quidem sic contraria, ut si aliquis dicat musicum et immusicum, aut calidum aut frigidum, aut consonans aut inconsonans; est autem sic non; ab alterutris enim pati contraria est impossibile.

Solvitur autem et hoc propter quod aliud est subiectum; hoc enim contrarium non est. Quare neque plura contrariis sunt principia quodammodo, sed duo ut est dicere numero, neque iterum penitus duo propter hoc quod alterum est esse ipsis, sed tria; alterum enim est homini et immusico esse, et infigurato et eri.

Quecumque ergo principia circa generationem phisicorum et quomodo sint dictum est, et ostensum est quoniam oportet aliquid subici contrariis et contraria duo esse. Sed quodammodo et aliud non necessarium est; sufficiens enim erit alterum contrariorum facere absentia et presentia mutationem.

Subiecta autem natura scibilis est secundum analogiam; sicut enim ad statuam es, ad lectulum lignum, aut ad aliquid habentium formam materia et informe se habet priusquam accipiat formam, sic ipsa se habet ad substantiam et hoc aliquid et quod est. Unum quidem igitur principium hoc est, cum non sic unum sit neque sic sit sicut hoc aliquid. Unum autem est quod est ratio.

Amplius autem contrarium huic privatio est. Hec autem quemadmodum duo et plura dictum est in superioribus.

Primum quidem igitur dictum est quod principia contraria tantum; deinde secundum autem quod necesse est et aliud quoddam subici et esse tria. Ex his autem manifestum est que differentia contrariorum et quomodo se habeant principia ad invicem, et quod sit subiectum. Utrum autem species substantia sit aut subiectum nondum manifestum est. Sed quod principia tria et quomodo et quis modus ipsorum sit ostensum est.

Quot quidem igitur et que sunt principia ex his considerentur. Quod autem singulariter sic solvitur et antiquorum defectus post hec dicimus: querentes enim secundum philosophiam primi veritatem et naturam substantie, diverterunt ut in viam quandam aliam discedentes ab infirmitate, et dicunt neque fieri eorum que sunt nullum neque corrumpi, propter id quod necessarium est fieri quod fit aut ex eo quod est aut ex eo quod non est. Ex his autem utrisque impossibile esse; neque enim ex eo quod est fieri, quod iam est; neque ex eo quod non est nichil utique fieri; subici autem oportet aliquid. Et sic consequentia contingentes augmentantes neque esse multa dicunt sed tantum id quod est. Illi igitur talem acciperent opinionem propter ea que dicta sunt.

Nos autem dicimus quidem ex eo quod est et ex eo quod non est fieri aliquid aut quod est aut quod non est facere aliquid aut pati aut quodlibet et hoc aliquid fieri. Uno quidem

modo nichil differt. Aut medicum facere aliquid aut pati aut ex medico aliquid esse aut fieri. Quare quoniam et hoc dupliciter dicitur, manifestum est quoniam et ex eo quod est et quod non est aut facere sit aut pati. Edificat igitur medicus non in quantum medicus sed in quantum edificator, et albus fit non in quantum est medicus sed in quantum niger. Medicatur autem et non medicus fit in quantum est medicus. Quoniam autem maxime dicimus proprie medicum facere aliquid aut pati aut fieri ex medico, si secundum quod medicus hoc patiatur aut faciat, manifestum est quod ex eo quod non est fieri et hoc significat in quantum non est. Quod non dividentes illi de prioribus reliquerunt, et propter hanc ignorantiam iterum ignoraverunt et quod nichil opinati sunt fieri neque esse aliorum, sed auferre omnem generationem. Nos autem et ipsi dicimus fieri simpliciter nichil ex eo quod non est, sed tamen fieri ex eo quod non est, ut secundum accidens. Ex privatione enim, quod quidem non est per se, non existente quod non est fit. Mirabile autem et impossibile videtur aliquid sic fieri ex eo quod non est. Similiter autem neque ex eo quod est neque quod est fieri nisi secundum accidens. Sic autem et hoc fieri eodem modo, ut si ex animali animal utique fiat et ex quodam animali quoddam animal, ut si canis ex equo fiat. Fiet enim quidem utique non solum ex quodam animali canis, sed ex animali, sed non in quantum est animal; est enim iam hoc. Si autem aliquid debet fieri animal non secundum accidens, non ex animali erit; et si quod aliquid fit, non ex eo quod est neque ex eo quod non est. Quod enim est ex eo quod non est dictum est nobis quid significet, quoniam in quantum non est. Amplius autem et esse omne aut non esse non removemus. Unus quidem igitur modus hic est. Alius autem quoniam contingit eadem dicere secundum potentiam et actum. Hoc autem determinatum est in aliis per certitudinem magis. Quare, quod dicebamus, defectus solvuntur propter quos coacti removent predictorum quedam. Propter hoc enim et priores destiterunt via que est in generationem et corruptionem et omnino mutationem. Hec enim utique patens mortua omnium solvit ipsorum hanc ignorantiam.

Tangentes quidem igitur et alii quidam sunt ipsam, sed non sufficienter. Primum enim quidem confitentur simpliciter fieri ex eo quod non est, magis tamen Parmenidem dicere esse recte. Postea videtur ipsis si est una numero et una potentia tamen una esse. Hoc autem differt plurimum. Nos enim materiam et privationem alterum esse dicimus, et horum quidem hanc non esse secundum accidens materiam, privationem autem per se non esse dicimus.

Et quidam autem quod non est magnum et parvum similiter, aut quod est cum utroque, aut utrumque seorsum. Quare penitus alius modus est hic trinitatis, hic autem illis usque quidem. Ad hoc pervenerunt quoniam oportet subponi quandam naturam, hanc tamen unam faciunt. Et enim si aliquis dualitatem facit dicens magnum et parvum ipsam, nichilominus idem facit: alteram enim despexit.

Subiecta quidem materia cum forma causa est omnium eorum que fiunt, sicut mater. Altera autem pars contrarietatis multotiens ymaginabitur ad maleficium ipsius precedenti intellectui neque esse omnino. Existente enim quodam divino et optimo et appetibili, hoc quidem contrarium esse ipsi dicimus, et aliud aptum natum appetere et desiderare ipsum secundum ipsius naturam. Quibusdam autem contrarium accidit appetere suam ipsius corruptionem. Et neque ipsa forma se ipsam possibile est appetere, quoniam non indiget; neque contrarium, corruptiva enim sunt contraria ab invicem. Sed hoc est materia, sicut si femina masculum et turpe bonum, sed non per se est turpe, sed per accidens, neque femina, sed secundum accidens. Corrumpitur enim et fit et est autem ut sic et non. Secundum quiddam enim quod est in aliquo secundum se corrumpitur. Quod enim corrumpitur in hoc est privatio. In quantum autem secundum potentiam, non per se, sed incorruptibilem et ingenitam necesse est esse ipsam. Si enim fiunt, generatum oportet subici aliquid primum ex quo inest. Hoc autem est ipsa natura, quare erit antequam fiat. Dico enim materiam subiectum primum unicuique ex quo fit aliquid cum insit non secundum accidens. Et si corrumpitur in hoc adibit ultimum, quare corrupta erit antequam corrumpatur.

De principio autem secundum speciem utrum unum aut plura aut que aut quot sunt per certitudinem prime philosophie est determinare. Quare in illud tempus apponatur. De physicis autem et corruptibilibus speciebus, idest privativis, de inceps dicemus. Quoniam quidem igitur sunt principia et que et quot nunc determinetur a nobis sic. Iterum autem ab alio principio incipientes dicamus.

Explicit liber primus. Incipit liber secundus.

Eorum que sunt, alia quidem sunt natura, alia propter alias causas. Natura quidem sunt animalia et partes ipsorum et plante et simplicia corpora ut terra ignis aer et aqua. Hec enim et huiusmodi esse natura dicimus. Omnia autem que dicta sunt videntur differentia ad non natura existentia. Horum quidem enim omnia videntur habere in se ipsis principium motus et status, hoc quidem enim secundum locum, illa vero secundum augmentum et decrementum, quedam autem secundum alterationem.

Lectulus autem et indumentum et si aliquid aliud huiusmodi genus est, secundum quod contingit quidem unumquodque predicamento, et in quantum est ab arte, nullum principium habet mutationis innatum; secundum autem quod accidit ipsis lapideis aut terreis esse aut mixtis ex his, habent, et secundum hoc tamen habet quidem.

Est igitur natura principium alicuius et causa movendi et quiescendi in quo est primum per se et non secundum accidens. Dico autem non secundum accidens, quoniam fiat utique ipsum aliquis sibi causa sanitatis cum sit medicus, sed tamen non secundum quod sanatur habet medicinam, sed accidit eundem medicum esse et sanari; unde et dividuntur aliquando ab invicem. Similiter autem est et aliorum quodlibet que fiunt. Nullum enim ipsorum habet in se ipso principium factionis, sed alia quidem in aliis et ab exterioribus, ut domus et aliorum manu factorum unumquodque; alia autem in se ipsis quidem sed non secundum se ipsa, quecumque secundum accidens cause fiunt utique sibi ipsis. Est quidem igitur natura quod dictum est.

Naturalia autem habent quecumque huiusmodi habent principium, et sunt hec omnia substantia. Subiectum enim quoddam est et in subiecto natura est semper. Secundum autem naturam sunt et hec et secundum ipsam

quecumque insunt huius, ut igni in eo ferri sursum. Hoc quidem enim neque natura est neque naturam habet, sed natura et secundum naturam est. Quid quidem igitur natura sit dictum est, et quid natura et secundum naturam. Sicut autem est natura temptare demonstrare ridiculum est; manifestum enim quoniam huiusmodi entium sunt multa. Demonstrare autem manifesta per immanifesta non est potentis iudicare quod est propter ipsum et non propter ipsum cognitum. Quod autem contingat hoc pati non est immanifestum; sillogizabit enim aliquis utique cum natus sit cecus de coloribus. Quare necesse est de his nominibus habere rationem, nichil autem intelligere. Videtur autem et natura et substantia esse eorum que natura sunt, quod primum inest unicuique informabile secundum se ipsam, ut lectuli natura lignum est, statue autem es. Signum autem dicit Antiphon quoniam si aliquis defodiat lectum et accipiat potentiam putrefacta quod utique sit planta, non utique lectum sed lignum, tamquam dicit per accidens esse dispositionem secundum legem et artem, substantiam autem illam que permanet paciens hoc continue. Si autem et horum unumquodque ad aliud quid idem hoc sustinuit, ut es quidem et aurum ad aquam, ossa autem et lignum ad terram. Similiter autem et aliorum quodlibet illam naturam esse dicunt et substantiam ipsorum. Unde hii quidem terram, alii vero ignem, alii aerem dicunt, quidam vero aquam, quidam vero quedam horum, alii vero omnia hec naturam esse eorum que sunt. Quod enim aliquis eorum accipit huius, sive unum sive multa, hec et tanta dicunt esse omnem substantiam. Alia vero omnia passiones eorum, habitus et dispositiones eorum huiusmodi et dispositiones, et horum quidem quodlibet esse perpetuum; non enim esse mutationem ipsis ex se ipsis; alia autem fieri et corrumpi infinities. Uno quidem igitur modo natura sic dicitur prima unicuique subiecta materia habentium in se ipsis motus principium et mutationis.

Alio autem modo forma et species que est secundum rationem. Sicut enim ars dicitur quod est secundum artem et artificiosum, sic et natura quod est secundum naturam dicitur et quod secundum naturam est. Neque autem illud adhuc dicimus habere secundum artem nomen, si in potentia est tantum lectus, nondum autem habet speciem lectuli, neque esse artem; neque in hiis que natura subsistunt. Potentia autem caro aut os neque habet adhuc suam ipsius naturam, priusquam accipiat speciem secundum rationem quam diffinientes dicimus quid est caro aut os, neque natura est.

Quare alio modo erit utique natura habentium in se ipsis motus principium forma et species, que non separata est sed aut secundum rationem. Quod autem est ex hiis natura quidem non est, sed a natura, ut homo. Et magis hoc natura est quam materia; unumquodque enim tunc dicitur esse magis cum endelichia sit quam cum sit potentia.

Amplius fit homo ex homine, sed non lectulus ex lectulo. Unde et dicunt non figuram esse naturam sed lignum, quoniam fiet utique si germinet non lectulus sed lignum. Si ergo hec ars, et forma est natura; fit enim ex homine homo.

Amplius autem videtur natura que dicta sic generatio est via in naturam; non enim est sicut medicatio dicitur non in medicinam via sed in sanitatem. Necesse enim est a medicina non in medicinam esse medicationem.

Non sic autem se habet ad naturam natura, sed quod aptum natum est ex quodam in quiddam venit secundum quod innatum est. Quid igitur nascitur? Non est ex quo, sed in quo. Forma itaque natura est. Sed forma et natura dupliciter dicitur; etenim privatio quodam modo species est. Si autem est privatio et contrarium aliquid esse in simplici generatione aut non est, posterius considerandum.

Quoniam autem determinatum est quot modis dicitur natura, post hec speculandum est quo differt mathematicus a phisico; etenim plana et firma habent phisica corpora et longitudines et puncta, de quibus intendit mathematicus.

Amplius astrologia altera est aut pars phisice? Si enim phisici sit quid sit sol et luna intelligere, accidentium autem que sunt per se nullum, inconveniens est; et aliter et quoniam videntur de natura dicentes et de figura solis et lune et utrum spherica sit terra et mundus aut non.

De hiis quidem igitur negociatur mathematicus, sed non in quantum phisici corporis terminus est unumquodque; neque in quantum mathematicus accidentia speculatur in quantum talibus accidunt. Unde et abstrahit. Abstracta enim sunt in intellectu a motu, et nichil differt, neque enim fit mendacium abstrahentium.

Latet autem hoc facientes circa ydeas; dicentes enim phisica abstrahunt cum sint minus abstracta mathematicis. Fiet autem hoc utique manifestum si quis utrorumque temptaverit dicere terminos, et ipsorum et accidentium. Impar enim et par et curvum et rectum, adhuc autem et linea et numerus et figura sine motu sunt; caro autem et os et homo non est, sed hec sicut nasus simus, non sicut curvum dicitur.

Demonstrant autem et que magis phisica quam mathematica, ut perspectiva et armonica et astrologia; e contrario enim quodam modo se habent cum geometria. Geometria enim de linea phisica intendit, sed non in quantum phisica; sed perspectiva mathematicam quidem lineam, sed non in quantum mathematica, sed in quantum est phisica.

Quoniam autem natura dupliciter est, species et materia, sic utique si de simo quid sit intendimus, sic considerandum est. Quare neque sine materia huiusmodi neque secundum materiam. Et enim iam idem: hoc et de hoc dubitabit dupliciter aliquis, quoniam due nature sunt, de altera est phisica aut de utrisque. Sed si de utrisque, et circa utrasque. Utrum igitur eiusdem sit aut alius utramque naturam cognoscere?

Ad antiquos quidem igitur aspicienti videbitur utique natura esse materia; ex parte enim quadam parva Empedocles et Democritus speciem et quod aliquid erat esse tetigerunt.

Si autem ars imitatur naturam, eiusdem scientie est cognoscere speciem et materiam usque ad hoc, et ut medici sanitatem et coleram et flegma in quibus est sanitas. Similiter et edificatoris est considerare speciem domus et materiam, quoniam lateres et ligna sunt. Sic autem et in aliis. Et phisice est utique cognoscere utrasque naturas.

Adhuc autem cuius causa sit et finem eiusdem, et quecumque propter hec sunt. Natura autem finis est et cuius causa sit; quorum enim continui motus existentis est aliquis finis motus, hoc ultimum est et cuius causa sit. Unde et poeta derisione appo

sunt dicere. Vult enim finis non omne ultimum esse, sed optimum.

Quoniam autem faciunt hee artes materiam, alie quidem simpliciter, alie autem operosam, et utimur tamquam propter nos omnibus que sunt. Sumus enim quodammodo et nos finis. Dupliciter enim est quo causa; dictum est autem in hiis que de philosophia.

Due igitur artes sunt principantes materie et cognoscentes: artes que utuntur et activa architectonica est. Unde et usualis architectonica quodammodo est. Differunt autem secundum quod hec quidem speciei perceptam est architectonica, autem factiva materiei. Gubernator quidem enim qualis sit species themonis cognoscit et instituit, alia vero ex quo ligno et quibus motibus erit. In hiis quidem igitur que secundum artem sunt nos facimus materiam propter opus, sed in phisicis inest.

Amplius eorum que sunt ad aliquid materia est. In alia enim specie alia materia inest. Quantum ergo phisicum oportet cognoscere speciem et quid est? Aut quemadmodum medicum nervum et fabrum es usquequo? Cuius enim causa unumquodque est, et circa hec que sunt separate quidem specie, in materia autem. Homo enim et hominem generat ex materia et sol. Quomodo autem se habeat separabile et quid sit, prime philosophie opus determinare est.

Determinatis autem hiis considerandum de causis, que et quot numero sunt. Quoniam enim sciendi gratia hoc negotium est, scire autem non est opinari unumquodque antequam utique accipiamus propter quid unumquodque; hoc autem est accipere primam causam. Manifestum est quoniam et nobis hoc faciendum est et de generatione et corruptione et de omni phisica mutatione, quatenus scientes ipsorum principia reducere temptemus questionum unumquodque in principia.

Uno quidem igitur modo causa dicitur ex quo fit aliquid cum insit, sicut es statue et argentum phiale et horum genera. Alio autem modo species et exemplum, hoc autem paradigma; hoc autem est ratio ipsius quid erat esse et horum genera, ut eius que est diapason duo ad unum et omnino numerus, et partes in diffinitione.

Amplius unde est principium mutationis primum aut quietis, ut deliberans causa et pater filii et omnino faciens facti et mutans mutati.

Adhuc quemadmodum finis. Hoc autem cuius causa fit, ut ambulandi sanitas. Propter quid enim ambulat? dicimus ut sanetur, et dicentes sic opinamur assignare causam. Et quecumque, iam movente alio, media fiunt finis, ut sanitatis macies aut potiones aut purgationes aut organa. Omnia enim hec gratia finis sunt, differunt autem ab invicem quoniam alia sunt opera, alia autem organa sunt.

Cause quidem igitur tot modis dicuntur. Contingit autem fere multipliciter dictis causis et multas eiusdem causas esse, non secundum accidens, ut et activa statue et es, non secundum alterum aliquid sed secundum quod est statua; sed non eodem modo, verum hoc quidem est secundum materiam, illud vero sicut unde est motus.

Sunt autem et quedam ad invicem cause, ut dolere est causa boni habitus, et hic dolendi; sed non eodem modo, sed hoc quidem est sicut finis, illa autem sicut principium motus.

Amplius autem eadem in subiecta causa contrariorum. Quod enim presens causa huius est, hanc et absentem causam aliquando dicimus contrarii, ut absentiam gubernatoris navis eversionis, cuius presentia causa erat salutis.

Omnes autem cause dicte in quattuor incidunt modos manifestissimos. Elementa quidem sillabarum et argentum materia vasorum et ignis et hiis corporum et partes totius et suppositiones conclusionum sicut ex quo cause sunt. Harum autem alie quidem sunt sicut subiectum, ut partes, alie autem sunt sicut quod aliquid erat esse et totum et compositio et species. Semen autem et medicus et deliberans et omnino faciens omnes sunt unde principium mutationis aut motus aut status est. Alie autem sunt sicut finis et bonum aliorum; quod enim cuius causa fit, optimum est et finis aliorum vult esse. Differat autem nichil dicere ipsum bonum aut videri bonum.

Cause quidem igitur hee et tot sunt specie. Modi autem causarum numero sunt multi, capitales autem et hii minores. Dicuntur autem cause esse multipliciter, et ipsarum similium specierum prius et posterius alterius altera, ut sanitatis medicus et artifex, et diapason duplum et numerus, et semper continentia ad unumquodque.

Amplius autem et secundum accidens et horum genera, ut statue aliter enim Policlitus et aliter statue factor, quoniam accidit statue factori Policlitum esse, et continentes accidens, ut si homo sit causa statue et omnino animal. Sunt autem accidentium alie longius et magis propinque, ut si albus et musicus causa esse dicatur statue. Preter autem omnes et proprie dictas et secundum accidens, alie autem sicut potentes dicuntur, alie vero sicut operantes, ut edificandi domum edificator. Similiter autem dicuntur et in quibus cause sunt cause, et in hiis que dicta sunt, ut huius statue, aut statue aut omnino ymaginis, et eris aut eris aut omnino materiei; et in accidentibus similiter est.

Amplius autem et hec et illa complexe dicuntur, ut non Policlitus tamen neque statuam faciens, sed Policlitus statuam faciens. Sed tamen omnes sunt hee multitudine sex, dicte autem dupliciter sunt: aut enim sicut singulare, aut sicut genus, aut sicut accidens, aut sicut genus accidentis, aut sicut complexe hec aut sicut simpliciter dicte. Omnes autem aut operantes aut secundum potentiam sunt. Differunt autem in tantum quod operantes et singulares simul sunt et cum eo sunt quorum sunt cause, sicut medicans cum eo qui sanatur, et hic edificator cum edificato; que autem sunt secundum potentiam non semper. Corrumpuntur enim non simul domus et edificans.

Oportet autem uniuscuiusque summam causam querere semper, sicut et in aliis, ut homo edificat quoniam edificator est, edificator autem est secundum edificationem; hoc igitur prima causa est, et sic in omnibus.

Amplius autem alie que sunt genera generum, alie autem singulares singularium, ut statue statuam quidem faciens, hanc autem huius statue; et potentia quidem potentiarum, operantes autem ad operata.

Quoniam cause et quomodo cause sunt, nobis determinatum sit sufficienter.

Dicitur autem et fortuna et casus causarum, et multa dicuntur et esse et fieri propter fortunam et propter casum. Quodammodo enim in hiis causis fortuna et casus est, et utrum eadem sunt fortuna et casus aut altera, et omnino quid sit casus et fortuna considerandum est. Quidam enim et si sunt aut non

omnino dubitant. Nichil enim fieri a fortuna dicunt homines, sed omnium esse causam aliquam determinatam, quecumque dicimus fieri a fortuna vel a casu, ut veniendi a fortuna in forum et reperiendi quem volebat quidem non opinatus est autem causa esse velle venientem emere. Similiter autem in aliis que a fortuna dicuntur, semper enim aliquid determinatum est accipere causam sed non fortunam. Quoniam si aliquid fortuna erit inconveniens videbitur si dicatur. Sic autem erit et dubitabit aliquis utique propter quid nullus antiquorum sapientum causas de generatione et corruptione dicens de fortuna nichil determinavit, sed sicut videtur nichil et illi opinabantur esse a fortuna. Sed hoc mirabile est. Multa enim sunt et fiunt a fortuna et casu que ignorantes quoniam est referre unumquodque in aliquam causam eorum que fiunt, propter sicut antiquus sermo dixit destruens fortunam quorundam, homines tamen alia quidem omnes dicunt a fortuna, alia non a fortuna.

Unde et quodam modo erat faciendam ex ipsorum memoria. At vero nec illorum aliquid opinabantur esse fortunam, sed ut amicitiam aut bellum aut ignem aut intellectum aut aliquid talium. Inconveniens igitur est sive non putabant esse sive putantes relinquunt, et hac aliquando utentes sicut Empedocles non semper aerem congregari supremum dicit, sed ut contingat. Dicit igitur in mundi creatione quod sic contigit currens multotiens, aliter. Et partes animalium et plantarum a fortuna fieri plurimas. Sunt autem quidam et celi huius et mundanorum omnium causam esse casum dicunt.

A casu enim fieri circulationem et motum discernentem et statuentem in hunc ordinem omne. Et multum hoc ipsum admirari dignum est: dicentes animalia quidem et plantas a fortuna nec esse nec fieri, sed aut naturam aut intellectum esse aut aliud tale causam (non enim quodcumque ex semine aliquo fit, sed ex hoc quidem oliva, ex hoc autem homo), celum autem et manifestissima divinorum a casu fieri, huiusmodi autem causam nullam esse qualem animalium aut plantarum. Et si sic se habet, hoc ipsum dignum est ordinatione et bene se habet aliquid dicere de hoc ipso. Et ad id enim et aliud inconveniens est quod dictum est, et adhuc inconveniens esse dicere videntes in celo quidem nichil a casu fieri, in hiis autem que non sunt a fortuna multa contingere a fortuna. Et certe vero econtrario fieri.

Sunt autem quibus videtur causa esse fortuna, immanifesta autem humano intellectui sicut cum divinum quiddam sit et felicius. Quare considerandum est quid sit utrumque, et si idem aut si alterum sit casus et fortuna, et quomodo in determinatas causas incidunt. Primum igitur quoniam videmus alia quidem semper et similiter fieri, alia autem sicut frequenter, manifestum est quoniam neutrius eorum causa dicitur fortuna, nec quod a fortuna causa est necessitate et semper nec eius quod est sicut frequenter. Sed quoniam sunt quedam et hec, et omnes dicunt hoc esse a fortuna, manifestum quod fortuna sit aliquid et casus. Huiusmodi enim fieri a fortuna et a fortuna huiusmodi esse scimus.

Eorum autem que fiunt alia quidem propter hoc fiunt, alia quidem non. Horum autem que fiunt propter aliquid alia fiunt secundum propositum, alia autem non secundum propositum. Ambo autem sunt in hiis que sunt propter hoc. Quare manifestum est quoniam in hiis que sunt extra necessitatem et in eo quod est sicut frequenter, sunt quedam circa que contingit esse quod propter hoc. Sunt autem propter hoc quecumque ab intellectu utique agantur et quecumque a natura.

Huiusmodi igitur cum secundum accidens fiant, a fortuna dicimus esse. Sicut enim et quod est aliud quidem per se ipsum est, aliud secundum accidens, sic et causam contingit esse, ut domus causa quidem per se ipsam causa est edificativum, secundum accidens autem album et musicum. Per se autem causa finita, per accidens autem causa infinita. Infinita enim uni utique accidunt. Sicut igitur dictum est, cum in hiis que propter hoc fiunt propter aliquid fiat secundum accidens, tunc dicitur a casu et a fortuna. Horum autem ab invicem differentia posterius determinanda est. Nunc autem manifestum sit quoniam utraque sunt in hiis que fiunt propter hoc. Ut veniet accipiendi argentum gratia recipientis vel latum pecuniam, si scivisset; venit autem non huius causa, sed accidit venire et facere hoc, et hoc est recipiendi gratia. Hoc autem est neque sicut frequenter veniens ad villam neque ex necessitate.

Finis autem simul receptio non est in ipsa causa, sed propositorum et ab intellectu. Et dicitur a fortuna venire; si autem proponens sic et huius causa aut semper veniens aut sicut frequenter acceptus, a fortuna non est. Manifestum itaque quod fortuna causa sit secundum accidens in hiis que in eorum sunt secundum propositum eorum que propter hoc sunt. Unde circa idem intellectus et fortuna est. Propositum enim non sine intellectu est.

Infinitas igitur causas necesse est esse a quibus utique fiat quod a fortuna est. Unde videtur fortuna infinita esse et immanifesta homini, et est quod nichil a fortuna videbitur utique fieri.

Omnia enim recte dicuntur que dicuntur de fortuna, quoniam rationabiliter. Est quidem enim sicut quod fit a fortuna et secundum accidens, et est causa secundum accidens fortuna. Sic autem simpliciter nullius est causa fortuna, ut domus quidem edificator causa est, secundum accidens autem tibicen. Et venienti pecuniam accipere non huius causa venientem infinite sunt causarum multitudine. Et enim videre aliquem volens et persequens et fugiens et visus et esse dicere ad extra rationem fortunam recte est. Ratio enim est aut eorum que sunt semper aut eorum que frequenter. Fortuna autem est in hiis que fiunt preter hec. Quare cum infinite sint que huiusmodi sunt cause, et fortuna infinita est.

Attamen in quibusdam dubitaret aliquis, numquid igitur contingentia causa utique fiant a fortuna, ut sanitas aut spiritus aut estus. Sed non magis depilari. Sunt autem alie aliis proximiores que sunt cause secundum accidens.

Fortuna autem bona dicitur vel cum bonum aliquid accidit, prava autem cum pravum aliquod. Eufortunium autem et disfortunium cum magnitudinem habentia sunt hec. Unde et pravum magnum sive bonum magnum accipere aut eufortunare aut disfortunare est, quoniam sic est dicit intellectus. Ore enim esse prope nichil distare videtur.

Amplius autem incertum eufortunium rationabile est. Fortuna enim incerta est. Neque enim sicut semper neque sicut frequenter possibile est eorum que sunt a fortuna nichil.

Est quidem igitur utraque causa secundum accidens quemadmodum dictum est secundum

accidens fortunam et casum in contingentibus fieri, ut in naturalibus et voluntariis, neque semper neque frequenter, et eorum quaecumque fiunt propter aliquid. Differunt autem quoniam casus in plus est. Quod enim a fortuna est utique a casu; hoc autem non omnis a fortuna est. Fortuna quidem enim et quod a fortuna est quibus etiam contingit utique bene esse fortunate et omnino actus est. Unde et necesse est circa practicam fortunam esse. Signum autem quoniam fortuna videtur idem esse felicitati aut prope; felicitas autem praxis quaedam est, eupraxia enim est. Quare quibuscumque non contingit bene agere, neque a fortuna aliquid facere. Et propter hoc neque inanimatum neque infans neque bestia nichil facit a fortuna, quoniam non habent propositum; neque eufortunium neque infortunium inest hiis nisi secundum similitudinem, sicut dixit Protarchus: eufortunatos esse lapides ex quibus sunt arae, quoniam honorentur, copulati autem hiis conculcantur. Pati autem a fortuna inest quodammodo hiis, cum agens circa haec agat a fortuna, aliter autem non est. Sed casus in aliis animalibus est et in multis inanimatis, ut equus casu venit qui salvatus est quidem veniens, non salvandi autem causa venit; et tripoda casu cecidit; stetit quidem enim causa sedendi, sed non causa sedendi cecidit. Quare manifestum est quod in hiis quae simpliciter propter aliquid fiunt, cum non accidentis causa fiant, quorum extra est causa, tunc casu dicimus; a fortuna autem horum dicimus quaecumque a casu fiunt propositum habentibus. Signum autem est quod vanum est, quando dicitur, cum fiat propter aliud, non illius causa, ut ambulare dispositionis causa est; si vero non fiat ambulanti, frustra dicimus ambulasse et ambulationem vanam esse; tamquam hoc frustra sit quod aptum natum est alicuius esse causa, cum non concludat illud cuius causa erat et aptum natum; quoniam si aliquis se dicat lavari vanum, ut non deficiat sol, derisio utique erit; non enim erat hoc propter illud. Sic igitur quod per se frustra secundum nomen est, cum ipsum frustra fiat; cecidit enim non percutiendi causa lapis; ab eo igitur quidem quod per se natum est. Cecidit lapis quoniam non cadat utique a quodam et percutiendi causa. Maxime autem separata est a fortuna in hiis quae natura sunt. Cum enim fiat aliquid extra naturam, tunc non a fortuna, sed magis ab eo quod est per se frustra factum esse dicimus. Est autem et hoc alterum; huius quidem enim extrinsecus causa est, illius vero intrinsecus. Quid igitur sit per se frustra et quid fortuna dictum est, et quid differunt ab invicem. Secundum modos causae in quibus est unde principium est motus utrumque ipsorum est. Aut enim eorum quae sunt a natura causa aliqua est, aut eorum quae sunt sub intellectu semper causa est; sed eorum multitudo indeterminata est. Quoniam autem sunt frustra casus et fortuna causae, quorum utique aut intellectus fiat causa aut natura, cum secundum accidens causa fiat horum ipsorum, nichil autem secundum accidens prius est eis quae sunt per se. Manifestum est quod neque secundum accidens causa prius est ea quae est per se. Posterius utique est casus et intellectu et natura. Quare si aliqua

in infortunium

celi maxime casus est, causam necesse est prius esse intellectum et naturam esse et aliorum multorum et huius omnis. Quoniam autem sunt causae et quod sint numero tot, numero quot dicimus manifestum est; tot enim numero sunt quot ipsum quid comprehendit. In ultimum enim propter quid in immobilibus, ut in mathematicis, in diffinitionem enim recti aut commensurati aut alterius alicuius reducitur in ultimum; aut in moventem primum: propter quid certaverunt? quoniam furati sunt; vel alicuius causa, ut dominentur; aut in hiis quae fiunt materia. Quare quidem igitur causae hae et tot sunt manifestum est. Quoniam autem causae quatuor sunt, de omnibus est physici cognoscere, et in omnes inducens propter quid demonstrabit physice, materiam, speciem, moventem, et quod est cuius causa sit. Veniunt autem tres in unam multotiens; quod quidem enim quid est et quod est cuius causa una est. Unde vero est motus principium specie eadem est hiis; homo quidem enim hominem generat. Tenetur autem physicus considerare omnia quaecumque mota movent; quaecumque autem non, non amplius physice sunt; non enim sunt in se ipsis habentia motus neque principium motus movent, sed immobilia sunt. Unde tria negocia sunt: hoc quidem circa immobile, aliud vero circa mobile incorruptibile, aliud quidem circa corruptibilia. Quare et propter quid et in materiam reducitur et in eo quod quid est et in primo movens. De generatione autem causas maxime hoc modo considerant, quod prius aliquid est fit et quod primo fecit et in quid aut quod sustinuit et sic semper quod consequenter est. Duplicia autem sunt principia moventia, quorum alterum non physicum est; non enim habet motus principium in se ipso. Aut huiusmodi est si aliquid movet quod non movetur, sicut est quod penitus est immobile et omnium primum et quod quid est et forma. Finis autem est et cuius causa. Sic quoniam natura propter aliquid est, et hanc cognoscere oportet. Et penitus reddendum est propter quid, ut quoniam ab hoc necesse est hoc esse, aut sic semper aut sic frequenter; et sic hoc futurum oportet hoc fieri, ut ex propositionibus conclusio; et quoniam hoc erat quod aliquid erat esse; et propter hoc dignius est hoc sic simpliciter tamen non, sed ad uniuscuiusque substantiam.

phorā quidā accipere uinū n̄ sed
qꝫ ipa uinū ē. sȝ sed qd illa ampho
ra ē ⁊ uinū quidē eet in ampho
ra n̄ in quantū ipm ē amphore. sȝ
in quantū ē amphora. secundum quid
ḡ eē qꝫ alterum ē manifestū ē. alia na
qꝫ idē ē eius qꝫ ē in quo ⁊ alia illi
qꝫ ē n̄ ē in hoc. At uō neqȝ secundum
accidens contingat. simul enī duo
corpa erunt in eodē. ipa enī amp
hora in se ipā erit. si cuius natura re
ceptiua ē. hoc contingit in se ip
so eē ⁊ adhuc illud cuius recepti
uū ē. ut si uini uinū. Quare quidē
ḡ ipossibile sit in ipō aliquid eē pri
mo manifestū ē. Quod aūt zeno oppo
suit quia si locus ē aliquid in aliquo
erit. soluere n̄ difficile ē. nichil enī

phibet in aliquo eē pmo locum.
n̄ tn̄ in illo sicut in loco. sȝ sicut sanitas
quidē in calidis ⁊ frigidis. ut habitus.
calor aūt in corpe sicut passio ē. quare n̄
necesse ē in infinitū abire. illud aūt
manifestū ē. quia nichil uas qꝫ ē in se
ipō alterum enī primo ⁊ qꝫ ē ⁊ in quo ē n̄ erit
utiqȝ materia. neqȝ spēs locus sȝ alterum
illius eū aliquid hȝ utraqȝ sunt et
materia ⁊ forma. hec quidē ḡ sunt opposi
ta de loco.

Quid aūt forte sit locꝰ hinc fiet
utiqȝ manifestū. Accipiamus
aūt de illo quecumqȝ uidentur secundum ipm
inesse ipi. dignū ḡ ē locū eē primū
quidē continens illud cuius locus ē.
⁊ nichil rei eē. Amplius primū neqȝ maio
rem neqȝ minorem eē. adhuc neqȝ defi
cere unicuiqȝ ⁊ separabile eē. Adhuc
aūt omnē locū hēre sursū ⁊ deorsū
⁊ ferri ⁊ manere in ppriis locis unū
quodqȝ corpm. hoc aūt facere aut sursū
aut deorsum. Suppositis aūt his
reliqua consideranda sunt. Oportet aūt
temptare intentionē sic facere ut qd
quid sit reddatur ⁊ quecumqȝ opposi
ta soluantur ⁊ que uidentur loco
inesse inerunt. Amplius dissolue cā rop
positorum circa ipm erit manifesta
sic enim utiqȝ pulcherrime demō
strabitur unūquodqȝ. Primum quidē
ḡ oportet intelligere qꝫ n̄ quereretur locus nisi
motus aliquis eet secundum locum. ppter
enī hoc ⁊ celum maxime in loco opi
natur qꝫ semper ē in motu. hȝ aūt a
liud quidē ē loci mutatio. aliud uō
augmentum ⁊ decrementum. ⁊ namqȝ
in augmento ⁊ decremento transmu
tatur. ⁊ qꝫ prius erat hic iterum trans

mutatum est minime autem in mari.
Est autem quemadmodum aliud quidem per se ip-
sum actu, aliud vero secundum accidens. Ipsi
autem secundum accidens est, alia quidem sunt con-
tingentia per se moveri, ut partes corporis
et in navi clavus; alia vero non contingen-
tia, sed semper secundum accidens, ut albedo et scien-
tia. Hec enim sic transmutant locum quoniam illud
in quo sunt transmutatur. Quoniam au-
tem dicimus esse sicut in loco in celo, quoniam in aere;
hoc autem in celo est, et in aere autem non omni,
sed propter ultimum ipsius et continens in a-
ere esse dicimus. Si enim omnis aer locus esset,
non esset unicuique locus et unumquodque
quo locatur. Videtur autem hic primum in quo est.
Cum igitur non divisum sit conti-
nens sed continuum, non sicut in loco dicitur
in illo sed sicut pars in toto. Cum vero divi-
sum sit et contactum, in primo quodam
ultimo est et continens, quod neque pars est
ipsius quod est in ipso, neque maior distantia
sed equale. In eodem enim ultima contin-
gentia. Et cum continuum sit, non in illo
movetur sed cum illo; divisum autem
in illo. Et sive moveatur continens
sive non, nichilominus. Amplius cum divisum
sit, sicut pars in toto dicitur, ut in oculo visus
et in corpore manus; cum autem divisum
est, ut in cado aqua et in cipho vinum. Ma-
nus quidem cum corpore movetur, aqua autem in ca-
do. Iam igitur manifestum est ex hiis do-
quid est locus. Forte autem iiii sunt quorum
necesse est locum unum esse aliquid: aut enim
forma aut materia est, aut spatium
aliquod in medio extremorum, aut ex-
trema, si non est nullum spatium extra cor-
poris magnitudinem. Horum autem quod
tria non contingit esse manifestum est, sed
propter id quod continet videtur forma esse.

In eodem enim sunt extrema continen-
tis et contenti. Sunt quidem utraque ter-
mini, sed non eiusdem, sed species quidem rei,
locus autem terminus continentis cor-
poris. Sed ex eo quod mutatur mul-
totiens manente continente contentum
et divisum, ut ex vase aqua, ipsum medi-
um esse videtur aliquod spatium tamquam ad-
sit preter corpus quod distat. Hoc autem non est, sed
contingens incidit corpus eorum que distant
et que se tangere apta nata sunt. Si autem
aliquod esset spatium aptum natum et manens
in se ipso, infiniti essent loci utique:
distante enim aqua et aere idem facient
partes omnes in toto quod facit omnis aqua in
vase. Simul autem erit et locus mutandus,
quare et loci erit alius locus et multi loci
simul erunt. Non est autem alius locus partis et
totius in quo movetur cum totum vas trans-
mittetur, sed idem est in quo est; contransmuta-
tur aer et aqua aut partes aque, sed non in quo
fiunt loco, sed pars est loci qui est locus toti-
us celi. Et materia utique videtur esse lo-
cus, si in quiescenti aliquis conside-
ret et non separato sed in continuato. Sicut
enim si alteratur quid, est quod utique quid
nunc est album olim autem nigrum, et nunc
quid durum olim autem molle. Unde
dicimus aliquid esse materiam; sic et
locus per hanc quidem videtur esse fanta-
siam, propter illud quod quando que erat
ex hoc nunc aqua est locus, autem quoniam ubi
aer erat hic nunc aqua est. Sed materia,
sicut dictum est in prioribus, neque divisa est
a re, neque continet; locus autem utra-
que. Si igitur trium locus nichil est neque species
neque materia neque spatium aliquod sed semper
alterum est preter id quod semper est rei di-
stantia, necesse est locum esse reliquum

quatuor, terminum continentis corporis.
Dico autem contentum corpus quod mo-
bile secundum loci mutationem. Videtur autem mag-
num aliquid esse et difficile concipere
quid est locus, et propter hoc quod apparet
materia et forma, et propter quod in quiescen-
ti et continenti fit transmutatio eius
quod fertur. Contingit autem videtur esse spa-
cium medium aliud aliquod a motis ma-
gnitudinibus. Perficit autem et aliquid a-
er et apparens incorporeum esse. Videtur enim non
solum terminus vasis esse locus, sed sicut est me-
dium tamquam vacuum. Est autem sicut
vas locus transmutabilis, sic locus autem
vas immobile. Unde quando cum aliquid mo-
veatur in eo quod movetur et mutatur in-
tra, ut in flumine navis, tamquam in
vase utitur magis quam sicut in loco
continenti. Vult autem immobilis locus
esse. Unde omnis magis fluvius locus est, quoniam
omnis immobilis est. Quare continentis ter-
minus immobilis sit primus, hic est locus.
Et propter hoc medium celi et ultimum
ad nos circulari in loco mutatione
videtur esse, hoc quidem sursum, illud autem
deorsum maxime autem omnibus proprie, quoniam hoc
quidem semper manet, circulo ultimum.
Similiter hiis se manens, quare quoniam quod
leve quidem est sursum fertur natura,
quod vero grave deorsum. Quod quidem est ad me-
dium continens terminus deorsum est
et ipsum medium, quod vero est ad ultimum
sursum est et ipsum ultimum. Et propter hoc
videtur planum quoddam esse et sicut vas locus
et continens. Amplius simul cum re quodam
modo est locus, simul enim fines sunt
et locus. Cui quidem igitur corpori
est aliquod extra corpus continens ipsum,
hoc in loco est; cui vero non, non est minime.

Unde et si aqua fiat hic, partes quidem mo-
vebuntur ipsius, continentur enim sub
invicem; omne autem est quidem tamquam quod mo-
vebitur, est autem tamquam non. Sicque quidem enim
totum simul locum non mutat, circulariter
autem movebitur: partium enim hic locus est. Et sur-
sum quidem et deorsum non, sed circulo qui-
dam quidem moventur, alia vero deor-
sum et sursum quecumque habent densitatem et
raritatem. Sicut autem dictum est, alia quidem
sunt in loco secundum potentiam, alia vero
secundum actum. Unde quando cum continuum sit
quod est similium partium, secundum potentiam partes in
loco sunt; cum vero separata sunt quidem,
tangant autem se sicut collectio, secundum
actum sunt. Et alia quidem per se in loco sunt,
ut omne corpus aut secundum loci mutatio-
nem aut secundum augmentum mobile sit
alicubi per se; celum autem sicut dictum est non
alicubi totum, nec in quodam loco est,
siquidem nullum ipsum continet corpus.
Sub quo autem movetur, sic locus inest partibus:
altera enim sub altera habita parum est. Alia
vero secundum accidens, ut anima et celum:
partes enim in loco quodammodo sunt
omnes. In orbe enim quod circulariter fertur
continet alia aliam. Unde movetur cir-
culariter solum quod sursum est. Omne
autem non alicubi, quod enim alicubi est et ipsum
aliquid quid est et adhuc aliquid a-
liud oportet esse extra hoc in quo quod con-
tinetur. Extra autem totum et omne nichil est extra
omne, et propter hoc omnia in celo sunt.
Celum enim quod omne est fortassis est.
Est autem locus non celum sed celi quoddam
ultimum et tangens mobile corpus
terminus quiescens. Et propter hoc quidem
terra in aqua, hoc vero in aere, hoc autem in
ethere, et hoc vero in celo; celum autem non

aurip[er] alio ē. Manifestũ aũ ex hijs
qm̄ dubitac̄ones oms̄ soluunt᷑. sic
utiq[ue] dc̄o loco nec simul augmentari
nec̄c̄e ē locũ nec punctũ ēē locũ. nec du
o corpora in eodem loco nec spatium
aliq[uo]d ēē corporeũ. corp[us] aũ medium
loci contingens ē. s[ed] n̄ spatiũ corp[or]is ē
locus. 7 ē locus alicubi n̄ sic ĩ loco
aũ. s[ed] sic t[er]minũ in finito. n̄ eñ om̄e
q[uo]d ē in loco ē. s[ed] mobile corpus.
Fert[ur] ḡ in suũ ip[s]ius locũ unũ q[uo]dq[ue]
r[ati]onabilit[er]. aut eñ consequent᷑ ē 7 q[uo]d
tangitur n̄ in proximũ ē. 7 simul
quid aptã n[atur]a n̄ impassibilia sunt
q[uo]n̄ tangunt᷑. actiua 7 passiua sunt
ad inuicē. 7 manet ḡ om̄e natura ĩ
p[ro]prio loco r[ati]onabilit[er]. 7 namq[ue] hec
pars in toto loco sic p[ar]s diuisibilis
ad totũ ē ut cũ aq[ue] p[ar]tẽ aliq[ua]s mo
ueat aut aeris. sic aũ et aer se h[abe]t
ad aq[ua]m ut m[ateri]a. h[ec] aũ sp[eci]es. aq[ua] q[ui]d[e]
m[ateri]a aeris. aer aũ sic actus illius. a
q[ua] eñ potẽ ē aeris. aer aũ potẽcia
aq[ua]. s[ed] alio modo determinand[um] de hijs
posterius ē. s[ed] p[ro]p[ter] q[uo]d n[ecess]e q[ui]d dc̄e ĩ
certe aũ nunc dc̄m ē tunc erit certius.
si ḡ id ē m[ateri]a 7 actus. aq[ua] eñ utraq[ue].
s[ed] h[ec] q[ui]d[e]m p[otenti]a. illud u[er]o actu ē. se
h[abe]t utiq[ue] sic ps quodam m[od]o ad totũ.
vñ 7 hijs tactus in ē. aptitudo aũ
ē cum utraq[ue] actu unũ fiant. 7 de lo
co quid q[ui]dem ē 7 q[uo]d dē dictũ ē.

Eodem aũ modo ph[ysi]ci ꝯsider
are accipiend[um] ē ēē de uacuo
sic aut n̄ 7 q[uo]m̄ ē 7 quid ē. sic de
loco. 7 namq[ue] simile h[abe]t in credu
litate 7 fidem p[ro]p[ter] ea q[uod] opinantur.
ut eñ locũ q[ui]ndam 7 uas uacuũ ēē a
liquid ponunt dicentes. v[ide]t᷑ aũ ēē ple

nũ quid cum h[abe]t graue aut suscep
tiuũ ē. cũ aũ ē priuatũ uacuũ
tamq[ua]m quid id sit uacuũ 7 ple
nũ 7 locus ēē aũ n̄ id ē ip[s]i. In
cipere aũ o[portet] ab intenc̄one acci
pientes. q[uo]n̄iamq[ue] dicunt affirman
tes ēē. 7 iterum qui dicunt n̄ affirmã
tes ēē. 7 iterum c̄ues opiniones de ip
sis. Alii quid[e]m ḡ mõstrare tẽp
tantes q[uia] n̄ ē q[uo]d uolunt dīc hoĩes uacu
um n̄ p[ro]bant. h[ec]. s[ed] peccantes dicunt
sic anax[agoras]. s[ed] n̄ eodẽ modo argumẽ
tantes. demonstrant eñ q[uo]d aliq[ui]d
ēē aer. ligãtes utres 7 demõstrã
tes q[uo]d fortis ē aer. 7 accipientes in
clepsedris. Alii aũ hoĩes uolunt
uacuũ ēē spatiũ in quo nullum
corpus sensibile ē. Opinantes aũ oē
q[uo]d ē corpus sensibile ēē. dicunt in quo
om̄o nichil ē. hoc ēē uacuũ. vnde
plenũ aere uacuũ ē. ḡ n̄ o[portet] deter
minare q[uo]d aliq[ui]d ē aer. s[ed] q[uo]d n̄ ē
spatiũ alterũ a corporibus nec sepabi
le. nec q[uo]d sit actu sepatũ q[uo]d q[ui]d[e]m recipi
at om̄e corpus. 7 q[uo]d sit n̄ ꝯtinuũ
sic dicit democritus 7 leucipus 7 alii
multi philosophorum. aut si aliq[ui]d
ext[ra] corpus oē ē cum sit continuũ.
Hij u[er]o quid[e]m ḡ n̄ secundum p[ro]pria ad p[ro]
blema ꝯdicunt. s[ed] affirmantes ēē
mag[is]. dicunt unũ quid. q[uia] motus
secundum locũ n̄ ē. hic aũ locũ mutac̄o aũ
augmentũ ē. n̄ eñ uidebit᷑ utiq[ue] mo
tus ēē nisi sit uacuũ. plenũ eñ
impossibile ē recipere. si u[er]o recipiat 7 sint
duo in eodẽ. contingit utiq[ue] 7 q[ua]li
bet simul ēē corpora. dicam eñ p[ro]p[ter]
q[uo]d n̄ utiq[ue] erit q[uo]d dictum ē n̄ esse
dicere. si aũ h[oc] contingit 7 minimũ ac

cipiet. 7 maximũ. multa namq[ue]
p[ar]ua magna sunt. q[ua]re si magna
equalia contingeret 7 in eodẽ ēē 7 mul
ta inequalia. Melissus quid[e]m ḡ
7 q[uo]d demonstrat 7 q[uo]d om̄e sit im
mobile ex hijs ē. si eñ mouebit[ur]
nec̄c̄e ē dicit uacuũ. vacuũ aũ n̄
ē eorum q[ue] sunt quodam quid ḡ in
ex hijs demonstrat q[uo]d aliquid ē
uacuũ. alio u[er]o modo q[uia] uidet[ur] coe
unia sine ꝯueniencia. 7 calcana
a 7 uit uinũ dicunt recipe cũ utribus
dolia tamq[ua]m in ea q[ue] sunt uacua
coeunte densato corpore. Am
p[lius] aũ 7 uir[tu]s augmentũ oĩbus p[ar]ua
cum alimentũ aũ corpus ēē duo aũ cor
pora impossibile ē simul ēē. Testi
moniũ aũ 7 q[uo]d ē de cinere faciunt
7 q[uo]d recipit tantũ aq[ue] q[ua]ntum uas ua
cuũ. ēē aũ affirmant 7 pitagori
ci vacuũ 7 ingredi ip[su]m a celo ex in
finito sp[irit]u tamq[ua]m respirantem 7
h[oc] ē ēē uacuũ q[uo]d determinat naturas
tamq[ua]m sit uacuũ separatio q[ua]dã eorum
q[ue] sunt. ꝯsequent[er] 7 determinatorum. 7 h[oc]
ē primo ĩ numeris. vacuũ eñ determi
nat naturã eorum ex quibus. quid
ḡ alii dicunt ēē alii u[er]o n̄ dicunt ēē cor
p[or]a sunt. Ad q[ua]le aũ se h[ab]eat o[portet]
accipe quid significat nomen. v[ide]t[ur] aut
iam uacuũ locus ēē in quo nichil
ē. Huius aũ cã ē q[uia] q[uo]d ē corp[us] opinã
tur ēē. om̄e aũ corpus in loco. vacu
um aũ in quo loco nullũ corp[us]
ē. q[ua]re sic ubi n̄ ē corpus nichil ē ibi om̄o
h[oc]. corp[us] aũ ēē opinantur q[uo]d tan
gitur. hoc uaq[ue] ē q[uo]d h[abe]t grauitatem
aut leuitatẽ. Accidit aũ ex sillo[gismo]
hoc ēē uacuũ in quo nichil. aut

graue aut leue. h[oc] quid ḡ sic dixi
prius ex sillo[gismo] h[oc] accidunt. In conue
niens aũ ē si punctum uacuũ sit.
o[portet] eñ locũ ēē in quo loco corpus sit
spacium q[uo]d tangitur. Sic ḡ uidet[ur]
dici uacuũ. vno quid[e]m modo n̄ ple
nũ sensibili corpe p[er] tactũ ē grauita
tẽ h[abe]ns aut leuitatẽ. vñ 7 si dubita
uit aliquis q[uo]d utiq[ue] dicat si h[ab]eat h[oc]
spaciũ colorẽ aut sonũ utr[um] uacu
ũ sit aut n̄. aut manifestũ ē. siquid[e]m
accipiat corp[us] q[uo]d tangitur uacuũ ēē.
si u[er]o n̄ minime. Alio aũ m[od]o in q[uo]
hoc n̄ hoc aliquid ē nec subã ē corpea
aliq[ua]. vñ quidam dicunt uacuũ ēē cor
poris materiam q[uo]d sic 7 locũ id h[oc] dicentes.
n̄ bñ dicunt. materia quid eñ n̄ separa
bilis ē a rebus. vacuũ aũ q[ue]runt sic sepa
[ra]bile.
Quoniã aũ de loco
determinatũ ē 7 uacuũ locum
nec̄c̄e ē ēē. sic priuatũ corpe locus
aũ q[uo]m̄ ē 7 q[uo]m̄ n̄ ē dictum ē. manifestũ ē
q[uo]d sic quid uacuũ n̄ ē. nec sepatũ nec
in sepabile. vacuũ eñ n̄ corpus. s[ed]
corporis spaciũ. vnde 7 uacuũ ēē. vñ 7 ua
cuũ uidet[ur] aliquid ēē q[uia] 7 locus 7 p[ro]p[ter]
h[ec] acceptus ē. conuenit eñ motus
qui ē secundum locũ. 7 locũ dicentibus ali
quid ēē p[rae]t[er] corpora incidencia 7 hijs
qui dicunt q[uo]d uacuũ ē. cãm aũ mo
tus opinantur uacuũ ēē. sic in q[uo]
mouetur. hoc eet q[ua]le aliq[ui] locum
quidam ēē dicunt. nec eñ una nec̄c̄itas
ē. si motus ē ēē uacuũ. om̄o quid[e]m
ḡ omnis mutac̄o ne q[ua]q[ua]m. vñ h[oc] 7
melissum latuit aliud. namq[ue] ꝯ
tingit plenũ s[ed] n̄ ē secundum locũ motũ.
simul eñ sub ingredi ad inuicẽ ꝯtra
hoc ut nullũ spaciũ sit ēē q[uo]d sit p[rae]t[er]

sensibile aut p[er] tactũ

corpora mota, et hoc manifestum est in conti-
nuorum revolutionibus sicut in hiis ut que sunt
humidorum. Contingit autem et densari et
in vacuum, set propter id quod ea que insunt exe-
unt, ut aqua collecta aere cum ingreditur et
augmentari non solum ingrediente aliquo
set exaltatione, ut si ex aqua fiat aer.
Omnino autem et que est de augmento ratio et in in-
terim diffuse aqua ipsa se ipsam impedit;
aut enim non augetur quodlibet, aut non
in corpore, aut contingit duo corpora
in eodem esse. Dubitationem igitur noster
communem solvere, set non vacuum demonstrant
sicut est, aut omne corpus necesse vacuum esse
aut si penitus augetur et pervadit; eadem
autem ratio et in cinere est quod quidem ex qui-
bus demonstrant vacuum solvere facile sit manifestum est. Quoniam autem non est va-
cuum sic divisum sicut quidam dicunt, dicemus
iterum. Si enim unicuique loci unita
corporum est aliquis simplicium corporum natura
est, ut ignis quidem sursum ferre, autem
deorsum et ad medium, manifestum
est quod non vacuum causa erit loci mutatio-
nis. Cuius igitur causa vacuum erit? Videtur enim
causa esse motus secundum locum, hoc autem non est.
Amplius si vacuum est aliquid ut locus
privatus corpore, cum vacuum est alicubi
movebitur positum in ipsum corpus. Non
enim iam in omne; eadem autem ratio et ad locum
aliquid esse opinantes separatum in
quem fertur quod fertur. Quomodo namque
movebitur positum corpus in ipsum aut
manebit deorsum et sursum et de
vacuo conveniet eadem ratio merito. Va-
cuum enim locum faciunt esse dicentes, et quo-
modo iam inerit aut in loco aut in va-
cuo? Non enim accidit cum totum positum
sit sicut in separato loco permanenti

corpore aliquo; pars enim nisi seorsum ponatur
non erit in loco set in toto. Amplius autem
si non locus erit, neque vacuum erit. Accidit autem
dicentibus vacuum esse tamquam necessarium
si motus erit, motus contrarium magis
esse si aliquis intendat, non contin-
gere moveri si sit vacuum. Sicut enim
propter similitudinem dicentes terram quiescere
sic et in vacuo necesse est quiescere; non enim
quo magis et minus movebitur, sed enim
quia vacuum est non habet differentiam. Primum
quidem quoniam omnis motus aut violentus
aut secundum naturam est; necesse est quod si ve est
violentus esse et eum qui est secundum naturam:
violentus enim contra naturam, qui autem
contra naturam posterior eo qui secundum na-
turam, quare si non motus secundum naturam
unicuique phisicorum motus corporum est
neque aliorum erit motus neque unus. At vero motus
naturalis quomodo erit cum nec una differentia secundum
vacuum et infinitum? Hic quidem enim quod
infinitum est nichil est sursum aut deor-
sum aut medium, secundum autem quod vacuum
est nichil differens est aut sursum aut
deorsum. Sicut enim nullius neque enim
una differentia, sic et nullius quod non est, vacu-
um autem non videtur aliquid privatio esse
esse. Loci autem natura mutatio diffe-
rentes est, quare erunt que sunt natura dif-
ferentia, aut igitur non inest natura nullo
modo nulli loci mutatio, aut si
hoc est non inest vacuum. Amplius nunc
quidem moventur proiecta proiecto
non tangente, aut propter repercussionem,
sicut quidam dicunt, aut ex eo quod pellit
pulsus aer velociore motu il-
lius quod pellitur motu secundum quod fer-
tur in proprium locum; in vacuo autem
nichil horum contingit esse, neque erit

ferri nisi sicut vehiculum. Amplius nul-
lus utique habebit dicere propter quid quod motum
stabit ergo alicubi; quid enim ma-
gis hic quam ibi? quare aut quiescet aut
infinitum necesse est ferri nisi aliquid
impedit magis. Amplius autem nunc
quidem in vacuum ob id quod cedit fer-
ri videtur; in vacuo autem ubique similiter
hoc est, quare ubique feretur. Amplius
et ex hiis manifestum est quod dicimus; videmus enim
idem grave et corpus velocius ferri propter du-
as causas, aut in differendo quod fertur, per aquam
aut terram aut in differendo quod fer-
tur, si alia sunt eadem propter excellenti-
am gravitatis aut levitatis. Hoc qui-
dem igitur per quod fertur causa est quia impedit
maxime quidem quod contra fertur, post ea autem et ma-
nens magis autem impedit quod non facile
dividitur, huiusmodi autem pinguis est. Id autem
in quo est a movebitur per b, quod autem
in quo est c tempus per ipsum autem d
movebitur cum sit subtilius, si equalis lon-
gitudo est ipsius b quam ipsius d secundum ana-
logiam impedientis corporis; sit enim
b quidem aqua, d vero aer; quanto igitur est subti-
lius aer aqua et incorporabilius tanto
citius a per d movebitur quam per b.
Habeat ergo eandem rationem secundum quam rec-
distat aer ab aqua velocitas. Quare si du-
plum subtilius est d quam b in du-
plici tempore id quod est b transibit a quam d,
et erit in quo est c tempore duplex eo in quo
est e, et semper iam quantocumque sit incor-
porabilius et minus impeditivum et bene
divisibilius per quod fertur, citius move-
bitur. Vacuum autem nullam habet rationem
qua excellatur sub corpore sicut neque nichil
ad numerum. Sicut enim quattuor tribus excellit
uno, pluribus autem duobus et adhuc uno pluri-

quam duobus, nichil autem non. Amplius autem habent
rationem qua excellunt; necesse enim dividi ex-
cellens in quoque excellentia et in id quod
excellitur, quare erunt .iiii. quantumcumque
quibus excellunt et nichil. Unde neque linea
punctum non excellit nisi componatur ex
punctis. Similiter autem et vacuum ad ple-
num nichil possibile est habere rationem. Ergo neque ad
motum. Set si per subtilissimum in tan-
to tali quod fertur, per vacuum omnem ex-
superat rationem. Sit enim z vacuum equale
autem magnitudine hiis que sunt b et
d. a ergo si transibit et si movebitur
in quodam quidem tempore in quo est i, set
in minori quam in quo est e, et hanc habe-
bit rationem vacuum ad plenum. Set in tan-
to tempore quantum est i, ipsius d a transibit
t; transibit autem si sit subtilitate
differens ab aere in quo est z ita secundum
hanc proportionem quam habet tempus in quo est
e ad tempus in quo est i; si enim sit tanto sub-
tilius corpus in quo est z ipso d quanto
exsuperat e ipsum i, e converso transibit velo-
citate tanta quantum i ipsum z quod est
in quo est a si feratur. Si ergo nullum
sit corpus in quo est z et adhuc velo-
cius, set erat in quo est i quare in equali
tempore transibit quantumcumque quod plenum
est et vacuum, set impossibile est. Mani-
festum est igitur quoniam si fuerit aliquod tempus in
quo per vacuum quodlibet feretur, acci-
det hoc impossibile in equali enim accidet
hoc impossibile in equali enim accipiatur
plenum tempore transire aliquid et vacu-
um; erit enim aliquod analogum corpus alterum
ad alterum ut tempus ad tempus. Sicut in capitulo
est dictum, ostensa est autem causa quia mo-
tus quidem ad motum omnis est proportio
in tempore, enim est tempus; dist est proportio ad tempus

feruntur utrisque; vacuum autem ad plenum non est. Secundum quid ergo quod differunt propter quod feruntur hec contingunt. Si autem eorum que feruntur excellentiam hanc sunt, videmus enim maiorem motum habentia aut gravitatis causa aut levitatis, si quidem similiter se habent figuris, citius ferentia per equale spatium, et secundum rationem quam habent magnitudines ad invicem. Quare et per vacuum. Sed impossibile est. Propter quam enim causam ferentur velocius? In plenis enim ex necessitate est velocius; fortitudine enim maius dividit; aut enim figura dividit aut propter motum quem habet quod fertur aut proiectum est. Eque velocia ergo omnia erunt; sed impossibile est. Quare quidem igitur si vacuum sit accidit contrarium quam propter quod probant dicentes esse vacuum, ex dictis manifestum est. Opinantur quidem vacuum esse, si vere est secundum locum motus, discretum secundum se. Hoc autem idem est quod locum dicere esse aliquid separatum. Hoc autem quod sit impossibile dictum est prius. Et per se autem considerantibus videbitur utique quod dicitur vacuum vere vanum. Sicut enim in aqua si ponatur aliquis cubus, distabit tanta aqua quantus est cubus; sic et in aere, sed sensui immanifestum est. Et semper igitur in omni corpore habente transmutationem in quo natum est aptum natum mutari, necesse est, nisi coarctetur, transmutari aut deorsum semper si deorsum est motus sicut terre, aut sursum sicut ignis, aut in utraque, aut quale aliquid sit quod positum. In vacuo autem hoc impossibile est; nullum enim corpus est. Sed per vacuum esse spatium transire videtur quod idem prius erat in vacuo tamquam si aqua non cederet ligneo cubo neque aer, sed omnia transirent per ipsum. At vero et cubus habet tantam magnitudinem quantam continet vacuum, quod si calidus est aut frigidus aut grave aut leve, nichilominus alterum esse ab omnibus passionibus est, et si non divisibile sit.

Dico autem corpus lignei cubi. Quare et si separetur ab omnibus aliis et neque grave neque leve sit, continebit equale vacuum spatium sibi et in eadem erit que est loci et vacui parte equale sibi ipsi. Quid igitur distabit cubi corpus ab equali vacuo et loco? Et si duo huiusmodi sunt, propter quid non quelibet in eodem erunt? Unum quidem igitur hoc inconveniens est et impossibile.

Amplius autem manifestum est quod hoc cubus habebit et transmutatus quod et omnia corpora alia habent. Quare si hoc a loco nichil differt, quid oportet facere locum corporibus extra unumquodque corpus, si impassibile est corpus? Nichil enim differt si circa alterum ipsum equale spatium huiusmodi sit.

Amplius oportet manifestum esse quale vacuum sit in hiis que moventur. Nunc autem nusquam intra mundum est; est. Aer enim aliquid est, non videtur autem; neque si in aqua essent pisces ferrei; tactus enim discretivus est illius quod tangitur. Quod quidem igitur non sit separatum vacuum ex hiis manifestum est.

Sunt autem quidam qui per rarum et densum opinantur manifestum esse quod sit vacuum. Si quidem enim non est vacuum, rarum et densum neque coire neque coartari possibile est. Si autem hoc non sit, omnino autem motus non erit aut totum celum movebitur, sicut dixit Xuthos, aut in equale semper est mutare aerem et aquam. Dico autem sicut si ex aqua fiat aer, simul est equalis aere tantidem factus aquam. Vacuum esse ex necessitate; conculcari enim et extendi non contingit aliter.

Siquidem igitur rarum corpus dicitur multa vacua habens separata, manifestum est quoniam si neque vacuum contingit esse separabile sicut neque locum habentem aliquod spatium ipsius, neque rarum est sic. Si autem non separabile, sed tamen est aliquid non separatum inesse, minus quidem impossibile esse videtur; contingeret autem primum quidem non omnis motus causam esse vacuum, sed que sursum est. Rarum enim et leve. Unde et ignem rarum esse dicunt. Postea quod motus causa non sit vacuum sicut in quo est, sed sicut utres in eo quod feruntur ipsi sursum fert, ut continuum sic vacuum sursum [illegible] et tamen qualiter possibile est esse motum vacui et locum vacui? Vacui enim fit vacuum in quod fertur.

Amplius autem quomodo in gravi assignant ferri deorsum? Sed manifestum est quoniam quanto est rarius et magis vacuum sit, sursum ferri, et si omnino sit vacuum, velocissime feretur. Fortassis autem et hoc impossibile est moveri. Ratio autem eadem, sicut quoniam in vacuo sine motu omnia sunt, sic et in animatum quod vacuum est quod sine motu; incomparabiles enim sunt velocitates.

Quoniam autem vacuum non dicimus esse, alia vero dubitabilia accidunt: aut motus non erit, nisi erit densitas aut raritas, aut turbabitur celum, aut semper equalis aqua ex aere fiat et aer ex aqua. Manifestum est quoniam plus aer ex aqua fit; necesse est igitur, nisi vel sit vacuum, aut aliquid depulsum quod quidem habeat ultimum celi tumultuari facere aut aliquid aliud; equaliter enim mutare ex aere aquam ut omne corpus totum equale maneat, aut nichil moveri. Semper enim transmutatio hoc accidit non circulariter; non autem semper in circulum loci mutatio, sed et in rectum est. Hii quidem igitur propter hoc vacuum aliquid dicunt esse.

Nos autem dicimus ex subiectis quoniam materia una est contrariorum et calidi et frigidi et aliarum physicarum contrarietatem, et ex eo quod potentia est quod est actu fit, et non separata materia quidem est, esse autem alterum est, et una numero quoniam et colori et calido et frigido contingit. Est igitur corporis materia et magni et parvi eadem. Manifestum est autem; cum enim aer ex aqua fiat, eadem materia non accipiens aliquid aliud facta est, sed quod erat potentia actu facta est. Iterum aqua ex aere. Similiter autem aliquando quidem in magnitudinem ex parvitate, aliquando ex parvitate in magnitudinem.

Similiter autem et cum multus aer sit in minore fit corpore et ex minori maior, potentia cum materia sit utraque. Sicut enim calidum ex frigido et ex calido frigidum, quoniam eadem materia est que erat potentia, sic et ex calido magis calidum nullo facto in materia calido quod non esset calidum, sed quod minus esset calidum; sicut neque quod maioris circuli circulo et ambitus si fiat maioris circuli eadem cum sit aut alia, in nullo alio factum est ambitus in quo non esset ambitus, sed rectum; non enim in deficiente minus aut magis est; neque enim simile est accipere a materia aliquam magnitudinem in qua albedo non inest. Sic igitur et prius calor ab posteriori. Quare autem

nec in actu

magnitudo et paruitas sensibilis corporis non accipiente aliquid materia extenditur, sed quia potentia est materia utrorumque. Quare utrumque densum et rarum est una materia ab ipsis. — Est autem densum quidem graue, rarum autem leue. Amplius autem sicut circuli circulo que adducta est non in minus non quod erat aliud concauum accipiat, sed quod erat contractum sit, et ignis quod sit licet calidum accipiat omne quod est calidum, sic et omnis congregatio corrumpitur. Enim duo enim sunt in utroque denso et raro; graue enim et durum densa uidentur esse, et contrario uero raro leueque et molle; dissonant autem graue et durum in plumbo et ferro. Ex dictis igitur manifestum est quod neque discretum uacuum est, neque simpliciter neque in raro, neque in potentia est, nisi quis penitus uelit uocare uacuum causam illius quod fertur: sic grauitatis et leuitatis materia causa erit uacuum. Densum enim et rarum secundum hanc contrarietatem motus aut sunt actiua, durum uero et molle et passionis et non passionis, et receptiua non loco mutationis sed magis alterationis. De uacuo autem quomodo est et quomodo non est determinatum sit hoc modo.

Conueniens autem est dictis agere de tempore. Primum autem bene se habet opponere de ipso et per exotericas rationes, utrum sic eorum que sunt an eorum que non sunt, postea que natura ipsius. Quod quidem igitur omnino non sit aut uix sit et obscure, ex hoc aliquis coniciet: hoc quidem enim ipsius factum est et non est, illud uero futurum et nondum est. Ex his autem infinitum et semper acceptum tempus componitur, quare ex non entibus impossibile est; ex hiis autem que non sunt ipse esse uidetur compositum participare aliquam substantiam. Adhuc autem omnis partibilis siquidem sit necesse est cum est aut omnes aut quasdam partes esse; temporis autem alie facte, alie uero future sunt. Est autem nichil cum sit diuisibile. Ipsum autem nunc non est pars; mensurat enim pars et componi totum ex partibus oportet; tempus autem non uidetur componi ex ipsis nunc. Amplius autem ipsum nunc quod uidetur determinare preteritum et futurum utrum unum et idem et semper permanet, an aliud et aliud, non est facile uidere. Siquidem enim semper alterum et alterum est, nulla autem eorum que sunt in tempore alia et alia pars simul est que non continet, alia uero non continetur sicut minus tempus sub pluri, ipsum autem nunc quod non modo est prius autem fuit necesse est corrumpi aliquando, quare ipsa quidem nunc simul ad inuicem non erunt. Corrumpi autem necesse est prius in eodem quidem; corruptum esse in ipso est propter idque tunc est, in alio autem nunc corrumpi prius nunc non contingit. Sic enim impossibile esse habita ad inuicem ipsa nunc ut punctum cum puncto. Siquidem igitur in eo quod consequenter est non corrumpitur sed in alio, in mediis nunc que sunt infinita simul erit. Hoc autem impossibile est. At uero neque semper manere idem possibile est. Nullius enim diuisibilis finiti unus est terminus, neque si in uno sit continuum neque si in pluribus; ipsum autem nunc terminus est et tempus est accipere finitum. Amplius si simul esse secundum tempus et neque prius neque posterius in eodem esse et in ipso nunc est, et si que prius et posterius in hoc ipso nunc sunt, simul erunt que in annum millesimum sunt his

que sunt hodie, et neque prius neque posterius nullum aliud ab alio. De his quidem igitur que insunt tempori tot opposita sunt.

Quid autem tempus et que ipsius natura similiter et ex traditis manifestum est et de quibus attingimus ad uenientes prius. Quidam enim totius quidem motum tempus esse dicunt. Alii autem ipsam speram et circulationem. Et si temporis pars quedam tempus est, circulo autem non est; pars enim circulationis est quam accipimus sed non circulo. Amplius autem si plures essent celi, similiter esset tempus quorumlibet eorum motus, quare multa simul erunt tempora. Totius autem spera uisa est quibusdam dicentibus esse tempus quia in tempore omnia sunt et in totius spera. Est autem stultior que dicta est quam ... de hac impossibilia considerare. Quoniam autem uidetur maxime motus et esse mutatio quedam esse tempus, hoc considerandum est. Uniuscuiusque autem quidem mutatio et motus in ipso mutante est solum, aut ubi fortassis ipsum est quod mouetur et transmutatur; tempus autem similiter et ubique et apud omnia est. Amplius autem mutatio quidem omnis uelocior aut tardior est, tempus autem non est. Tardum autem et uelox tempore autem determinantur: uelox quidem quod in paruo multum mouetur, tardum autem in multo paruum. Tempus autem non determinatur tempore, neque quo quantum est aliquid neque quo quale. Quod quidem igitur non est motus manifestum est. Nichil autem differat nobis in presenti dicere motum aut mutationem. At uero neque sine motu est tempus; cum enim nichil ipsi permutamus secundum intelligentiam aut cum latet transmutantes non uidetur nobis fieri tempus, sicut neque his qui in Sardo fabulantur dormire apud eroas cum expergiscantur; copulant enim prius nunc posteriori nunc et idem faciunt remouentes propter insensibilitatem medium tamquam igitur si non esset medium nunc sed idem et unum esset tempus, sic et quando latet alterum esse non uidetur medium esse tempus. Si autem et non opinari esse tempus accidit nobis cum non diffinimus nec unam mutationem sed in uno et indiuisibili uidetur anima manere. Cum autem sentimus et determinamus, tunc dicimus factum esse tempus. Manifestum est quod non est sine motu nec sine mutatione tempus.

Quod igitur neque motus sit tempus neque sine motu tempus est manifestum est sic. Accipiendum autem quoniam tempus querimus quid est, ab hinc incipiendum quid sit motus. Simul enim motum sentimus et tempus; quoniam et si sint tenebre et nichil per corpus patiamur, motus autem quidam in anima insit, et statim simul autem fit uidetur quoddam tempus. At uero et cum tempus uidetur fieri aliquod simul et motus uidetur aliquis fieri; quare aut motus aut motus aliquid esse ipsum. Quoniam autem quod mouetur mouetur a quodam in quiddam et omnis magnitudo continua est, sequitur magnitudinem motus; propter id enim quod magnitudo continua est et motus erit continuus. Quantus uero motus tantum et tempus semper uidetur fieri. Prius autem et posterius in loco sunt primum. Hic quidem igitur positione sunt determinata; quoniam autem in magnitudine prius et ultimum est, necesse est in motu esse prius et posterius proportionaliter his que sunt ibi. At uero in tempore est prius et posterius propter id quod sequitur semper alterum ipsorum. Est autem prius et posterius ipsorum in motu quod quidem aliquid cum sit motus est, tamen esse ipsorum alterum esse et non motus. At uero tempus cognoscimus cum diffi

unum motum prius et posterius determinantes
tunc dicimus fieri tempus quando prioris et posterio
ris motum sensum accipimus.
Determinamus autem in accipiendo
aliud et aliud ipsa nunc et medium ipsorum
alterum. Cum enim alia media extrema
intelligimus et dicat anima ipsa nunc
duo, hoc quidem prius illud autem posterius,
tunc et hoc dicimus esse tempus. Determinato
autem ipso nunc tempus esse videtur et sup
ponatur.
Cum quidem igitur tamquam unum ipsum
nunc sentimus et non aut sicut prius et
posterius in motu aut idem quidem prio
ris et posterioris alicuius, non videtur tempus fieri
nullum, quia neque motus. Cum autem prius et posteri
us est, tunc dicimus tempus. Hoc enim est tempus, numerus
motus secundum prius et posterius. Non er
go motus tempus est, sed secundum quod numerum
habet motus. Signum autem: plus quidem
enim et minus iudicamus numero, mo
tum autem plus et minorem tempore. Numerus
ergo quidam tempus est. Quoniam autem numerus est du
pliciter (et namque quod numeramus et numerabile
numerum dicimus, et quo numeramus), quidem tem
pus autem est id quod numeratur et non quo
numeramus. Est autem alterum quo numeramus
et quod numeratur. Et sicut motus semper
alius et tempus. Simul autem omne tempus idem
est; ipsum enim nunc idem est quod forte erat,
esse autem ipsi alterum est. Ipsum autem nunc men
surat tempus secundum quod prius et posterius
est. Ipsum autem ipsum autem nunc est sicut idem
et est vero sicut non idem. In quantum enim in alio et alio est
alterum est. Hoc autem erat ipsi nunc esse; quod
est ipsum nunc idem est. Sequitur enim sicut
dictum est magnitudinem motus, hunc autem
tempus sicut dicimus, et similiter iam punctum
id quod fertur quo motum cognoscimus

et prius et posterius in ipso et posterius. Hoc etiam
quod quidem quandoque est idem est, aut punctum enim
aut lapis aut aliquid aliud huiusmodi est;
ratione autem aliud est, sicut sophiste accipiunt
alterum coriscum in theatro esse
et coriscum in foro; et hoc iam me
o quod alibi est alterum. Id autem quod fertur
sequitur. Sequitur ipsum nunc sicut mo
tum tempus; eo vero quod fertur cognosci
mus prius et posterius in motu. Secundum
autem quod numerabile est ipsum nunc prius
et posterius est quidem in his quod quidem cum
est ipsum nunc idem est; prius enim aut posteri
us est quod est in motu, sed esse ipsius esse alte
rum est. Secundum autem quod numerabile est prius
aut posterius ipsum nunc est. Motum
autem maxime hoc est. Et motus enim per
id quod movetur et loci mutatio per id quod
fertur; id autem quod fertur quidem aliquid
est, motus autem non est. Est quod igitur sicut ipsum id
primum nunc quod nunc dicitur semper autem est
sicut idem est, autem sicut non idem, et namque sicut
quod fertur. Manifestum autem est quod neque
tempus sit ipsum nunc neque est, si quidemque si ipsum
nunc non erit tempus neque erit. Simul enim sicut quod
fertur et loci mutatio; numerus quidem est eius
quod fertur et qui est loci mutationis
numerus tempus; eius est loci mutationis numerus,
ipsum autem nunc est sicut id quod fertur, ut
unitas est numeri. Et continuum iam tem
pus est ipsi nunc et dividitur secundum ipsum
nunc. Sequitur autem et ad hoc loci mu
tationem et ad id quod fertur. Motus enim
et loci mutatio una eius quo
fertur quia unum et quia non est et namque de
ficiat secundum rationem; et namque determinat
priorem et posteriorem motum. Hoc sequitur
autem hoc quodam modo ad punctum,
et punctum et continuat longitudi

et alibi

accipiatur

nem et determinat. Est autem huius quidem
principium illius autem finis. Sed cum
sic quidem aliquis tamquam duobus
utens uno necesse est stare si erunt
principium et finis ipsum punctum.
Sed ipsum autem nunc propter quod movetur quod fertur
semper alterum est. Quare tempus numerus est non sicut
ipsius puncti quod est principium et finis,
sed sicut ipsius ultima magis et non sicut
partes, et propter quod dictum est (medio enim utitur
tamquam duobus) utimur quiescere
ergo accidit. Et adhuc manifestum sit
quod nulla pars ipsum nunc temporis est neque
divisio partis est motus sicut neque puncta li
nee. Linee enim due unius partes sunt.
Secundum quidem igitur quod terminus ipsum nunc
est, non est tempus, sed accidit; secundum vero quod nu
merat numerus. Termini quidem eius ipsius sunt solum
sunt cuius sunt termini. Numerus autem qui
est horum equorum, x, ubique et alibi est.
Quod quidem igitur tempus numerus motus secundum prius
et posterius sit et continuum motum con
tinuum namque est, manifestum est. Mini
mus autem numerus simpliciter dualitas est. Qui
dam autem numerus est sic, est autem tamquam
non ut linea minima quidem multi
tudine est due aut una, magnitu
dine quidem non est minima. Semper enim
dividitur omnis linea. Quare similiter et
tempus minimum secundum quidem numerum est
unum aut duo, secundum vero magnitudi
nem non est. Manifestum est autem propter quod tardum
quidem et velox non dicitur, multum autem
et paucum et breve et longum. Secundum enim
esse quod continuum est longum et breve,
secundum autem quod numerus multum et paucum. Ve
lox autem et tardum non est. Neque enim numerus
quo numeramus velox et tardus nullus
est. Idem autem simul ubique, prius autem et posterius

non idem, quia et mutatio presens una, que vero fa
cta autem et futura altera est. Tempus autem numerus
est non quo numeramus, sed quod numeratur. Hu
ic autem accidit prius et posterius semper alter,
quare et tempora. Ipsa enim nunc et alia nunc
altera nunc sunt. Est autem numerus unus
quidem est et idem quod est centum equorum et quod
est centum hominum; quorum autem numerus est
altera sunt, equi ab hominibus. Am
plius sicut contingit motum esse ipsum et
unum iterum et iterum esse, sic contingit et
tempus, ut annum aut ver aut autum
num. Non solum autem motum tempore
metimur sed motu tempus, quia diffini
untur ad invicem; tempus quidem determinat
motum cum sit numerus ipsius, motus autem tempus.
Et dicimus multum et paucum motum tempore men
surantes, sicut et in numerabili numerus nu
mero, quidem equorum multitudinem cognos
cimus. Iterum autem uno equo equorum nu
merum ipsum cognoscimus. Similiter
et in tempore et in motu est. Tempore enim
motum, motu autem tempus mensuramus,
et hoc rationabiliter accidit. Imitatur
enim ad magnitudinem quidem motus,
hoc autem tempus, in eo quod quantitates et con
tinue et discrete sunt; propter id quod enim
secundum magnitudinem esse hec motus
hec sustinet. Propter autem motum tempus
et mensuramus magnitudinem mo
tu et motum magnitudine. Multam
enim dicimus esse viam si processus mul
tus et hunc multum si via est multa, et
tempus si motus et motum si tempus. Cum
autem est tempus mensura motus et eius quod movetur,
mensurat aut ipsum motum in deter
minando quendam motum qui men
surabit totum, sicut longitudinem
cubitum in determinando aliquam mag

nitudinem que tenetur totum et mo
tum in tempore esse et motum mensu
rari a tempore et ipsum et esse ipsius. Simul
enim et motum et esse mensurat. et hoc est
ipsi esse in tempore mensurari ipsum et ipsius
esse. Manifestum autem est quod et in aliis
hoc est in tempore esse mensurari esse ipsorum a
tempore. In tempore enim est esse du
orum alterum unumquodque esse tunc quando
tempus est. Unum autem sicut quedam dicuntur quia in
numero sunt. hoc autem significat. aut sicut
partem numeri et passionem et omnino quod
numeri aliquid est. aut quia est ipsius numerus.
Quoniam autem numerus tempus est. ipsum qui
dem nunc et prius et posterius et quecumque
huius sunt in tempore sunt. sicut in numero sunt.
Sicut in numero unitas et superfluitas et per
fectus. hec quidem numeri aliquid. illa vero
temporis aliquid sunt. Res autem sicut in nu
mero et in tempore sunt. Si autem hoc est con
tinentur sub numero sicut que sunt in loco
sub loco. Manifestum autem quoniam non est
in tempore esse. esse quando tempus est. sicut neque in motu
esse neque in loco. quando motus et locus
est. Sicut enim erit quod est in aliquo sic
omnes res erunt in quolibet et celum in
milio. quando enim milium est et celum est. sed
hoc quidem accidit. illud autem necesse est
consequi rei quod est in tempore esse quoddam
tempus quando illud est et rei quod est in motu esse
quando motum est. Quoniam autem sicut in numero
sic in tempore accipietur aliquo plus tem
pus omni eo quod est in tempore. unde necesse est
omnia que sunt in tempore contineri sub
tempore sicut alia quecumque in alio
sunt ut que sunt in loco sub loco et
pati iam aliquid sub tempore sicut et di
cere consuevimus quia tabefacit tempus
et senescunt omnia in tempore et obliviscitur

propter tempus. sed non didicit neque novum factum est
neque bonum. corruptionis enim causa per
se tempus est magis. motus est. motus autem
distare facit quod est. quare manifestum est quoniam
que semper sunt secundum quod semper sunt mensurantur
non sunt in tempore secundum quod semper sunt
in tempore. neque enim continentur sub tem
pore neque mensuratur esse ipsorum sub
tempore. signum autem huius est quod neque pa
tiuntur nichil a tempore sicut que non sunt in
tempore. Quoniam autem est tempus mensura
motus erit et quietis mensura secundum
accidens. Omnis enim quies in tempore est. non
enim sicut quod est in motu necesse est moveri
sic et in tempore. non enim motus tempus est
sed numerus motus. in numero autem motus
contingit esse et quiescens. non enim
omne immobile quiescit. sed privatum
motu aptum natum autem moveri sicut
dictum est in prioribus. esse autem in numero est
esse quendam numerum rei et mensura
ri esse ipsius numero in quo est. quare si in
tempore et sub tempore mensurabitur. Autem tempus
quod movetur et quiescentis secundum quod hoc quidem
movetur. illud autem quiescit. motum
enim ipsorum et quietem mensurabit secundum
quod sunt quanta quedam. quare quod movetur non sim
pliciter erit mensurabile sub tempore secundum
quod quantum aliquid est. sed secundum quod mo
tus ipsius quantus est. quare quecumque neque
moventur neque quiescunt non erunt
in tempore. in tempore quidem esse est mensu
rari tempore. tempus autem motus et quietis men
sura est. Manifestum est igitur quoniam neque quod
non est in tempore erit ut quecumque non conti
gunt aliter sicut dyametrum lateri sim
metron. omnino enim si mensura est
tempus quidem motus per se aliorum autem
secundum accidens. Manifestum est quod quorum

esse mensurat. huic omnibus in eo esse in
quiete et motu. Quecumque quidem
igitur generabilia et corruptibilia sunt
et omnino aliquando quidem sunt. aliquando autem
non. necesse est in tempore esse. est enim tempus quoddam
plus quod excellit esse ipsorum et mensurat
substantiam ipsorum. Autem que non sunt quecumque con
tinet tempus alia quidem erant ut ho
merus aliquando erat. alia vero erunt ut
futurorum aliquid. utrumque continet et si in
ambo in specie sicut utraque et erant et e
runt. quorum autem non continet nec quando
neque erant neque sunt neque erunt. sunt autem huius eo
rum que non sunt quorumcumque opposita sunt
semper ut asimetrum esse dyametron
semper est et non est hoc in tempore. ergo neque sunt
tempore. Unde semper non est quoniam contrarium
semper erit. quod est. quorumcumque autem contra
rium est non semper est et hec autem possunt esse et
non esse et generatio et corruptio ipsorum. ipsum autem
nunc est continuatio temporis sicut dictum est.
continuat enim tempus preteritum et futurum
et omnino terminus temporis est. est enim huius quidem
principium illius autem finis. sed hoc non sicut
in puncto manente manifestum est. Dividit
autem potentia et in quantum quidem huius est sic
alterum est ipsum nunc in quantum autem copu
lat semper idem est sicut in mathematicis line
is. non enim semper idem punctum intel
lectum est. Dividentium enim semper
alterum aliud est. secundum autem quod copu
lant unum et idem penitus est. sic et ipsum
nunc aliud quidem divisio temporis. sed potentia
est. Aliud autem terminus utrorumque est et uni
tas. est autem idem et secundum idem divisio et unitas esse autem
non idem est. hoc quidem igitur sic dicitur ipsorum
nunc. Aliud autem cum tempus quod est huius prope
sit ut veniet nunc quia hodie veniet.
sed neque illo facta nunc non sunt nec diluvi

um factum est nunc et tamen tempus est horum continu
um est. sed quia non est prope. Ipsum autem tempus tunc
determinatum ad prius nunc est. ut tunc de
structa est troia et tunc erat diluvium
oportet enim includi ad ipsum nunc. erit ergo
quantum continuum ad ab hoc tempore in illud
et ab hoc erat ad preteritum. si vero neque unum
tempus est quod non sit tamen et omne erit tempus fi
nitum. aut ergo deficiet aut non. si quidem
semper motus est. aliud ergo aut idem
est multotiens. manifestum est quoniam sicut motus
sic et tempus est. Si quidem unus et idem sit mo
tus aliquando erit tempus unum et idem si autem non
non erit. Quoniam autem ipsum nunc principi
um est et finis et non eiusdem. sed preteriti qui
dem finis principium autem futuri. habe
bit se sicut circulus quodammodo et in eodem
ambitum et planum sic et tempus in princi
pio et fine et iam hoc videtur semper alterum. Non
enim principium et finalitas ipsum nunc
eiusdem. Simul enim et secundum idem oppo
sita essent et non deficiet. semper enim in prin
cipio est. Ipsum autem iam prope est in presen
ti nunc athomo parte futuri temporis quando
vadet iam quia iam prope est tempus in quo
futurum est et pars preteriti temporis quod non procul
est ab ipso nunc. ut quando vadit iam in
ylion autem destructum iam non dicitur quia
procul multum est ab ipso nunc. Ipsum autem
modo nunc prope presenti est pars preteriti.
ut quando venit modo si sit tempus proximum
presenti nunc. olim autem procul est. repen
te autem quod in insensibili tempore propter parvi
tatem. Mutatio autem omnis de natu
ra remotiva est in tempore autem omnia fiunt
et corrumpuntur. Unde et aliquid sa
pientissimum dicebant tempus. Sed pita
goricus paron penitus indisciplina
bile esse quia obliviscuntur in hoc rectius

ut venit nunc quia hodie venit.

dicens. magis enim est quod corruptio
nis magis causa per se est quam generationis
sicut dictum est prius. destructivum
enim mutatio est. per se generationis
et eius quod est esse secundum accidens. signum
autem sufficiens est quod fit quidem nichil
nisi moveatur quodammodo ipsum et ag
at. corrumpitur enim et nichil moveatur
et hanc maxime dicimus sub tempore corruptio
nem. At vero sed neque hanc tempus facit. sed ac
cidit in tempore fieri et mutationem hanc. Quo
niam quidem igitur tempus est et quid est et quot modis
dicitur ipsum nunc et quid ipsum nunc et quid in
et quid iam et olim et repente dictum est.
His autem nobis determinatis ma
nifestum est omnem mutationem et omne
quod movetur in tempore esse. velocius
enim et tardius secundum omnem est mutati
onem. in omnibus enim sic videtur. dico autem ve
locius moveri prius transmutari in sub
iectum secundum idem spatium et regularem
motum moveri ut in loci mutatione.
Si utraque secundum circulationem moventur
aut utraque secundum rectum similiter.
simil' se hēbit ī oīb3· sequitū ē enī
maxime omnia diuidi ⁊ infinita ee ab
ip̄o mutante· mox enī ī ē ip̄i mu
tanti diuisibile ⁊ infinitū· diuisibi
le quid' g̊ ostensum ē prius· Infini
tū aūt in sequentib3 ē manifm̄· Qm̄
niam aūt om̄e q̄ mutatur ex quodā
in aliquid mutat'· necc̄e ē q̄ mutā
tū ē cum mutatū ē ee in eo ad q̄d
mutatū ē q̄ mutatur enī ex quo
mutatur distat aut deficit· ip̄m
aūt idē ī ē mutari ⁊ deficere aut
sequitur mutari ip̄m deficē· Si
aūt mutari ē ip̄m deficē· ⁊ q̄ mu
tatum ē quid' iam defectum est·
Simil' aūt utr̄qz se hr̄ ad utrūqz
Qm̄ g̊ ē una mutatōnū scdm̄
cōdiuonē q̄ mutatū ē ex eo q̄ n̄ ē
in ee desinit quid' an ee· erit g̊ in eo
q̄ ē om̄e enī necc̄e ē ee aut n̄ ee·
Manifestū g̊ q̄ ī mutatōne scdm̄

contradictionem quod mutatum est, erit in quod mutatum est. Si autem in hac et in aliis est. Simul enim et in aliis erit in una.

Amplius autem secundum inductionem accipientibus manifestum est, si quidem necesse est quod mutatum est esse alicubi aut enim in ex quo mutatum est aut in quo aut esse in alio. Quoniam autem ex quo mutatum est deficit, et cum est necesse est alicubi esse, aut in hoc aut in alio erit. Si quidem igitur in alio ut in ipso c quod in b mutatum est, iterum ex c mutatur in b; non enim habebatur ipsi b. Mutatio enim continua est. Quare mutatum cum mutatum est mutatur in quod mutatum est. Hoc autem impossibile est. Necesse est ergo quod mutatum est esse in quod mutatum est. Manifestum igitur et quod factum est cum factum est erit, et quod corruptum est cum corruptum est non erit. Universaliter enim dictum est de omni mutatione, et maxime manifestum in ea que est secundum contradictionem. Quod quidem igitur quod mutatum est primo in illo est, manifestum est. In quo autem primo mutatum est quod mutatum est, necesse est athomum esse. Dico autem primum quoniam non est quod sit huiusmodi in quo non sit aliquid alterius huius. Sit enim divisibile quod est a c et dividatur secundum b. Si quidem igitur in a b mutatum est et iterum in b c, non utique in quo primo quod est a c mutatum est. Si autem in utroque transmutatur, necesse est enim in utroque aut transmutari esse aut transmutatum, et sic in toto transmutatur; sed erat mutatum. Eadem ratio autem est et si in hoc quidem mutatur, in hoc autem mutatum est; erit enim aliquid primo prius quam non erit divisibile in quo mutatum est. Manifestum igitur quoniam et quod corruptum est et quod factum est in athomo. Hoc quidem corruptum, hoc autem factum est.

Dupliciter dicitur autem in quo primo mutatum est: aliud quidem in quo primo perfecta est mutatio (tunc enim est verum dicere quod mutatum est), aliud vero in quo primo cepit mutari. Quod quidem igitur secundum finem mutationis primum dicitur existit quidem et est; contingit enim perfectam perfici mutationem, et est mutationis finis, quod et ostensum est indivisibile esse propter id quod terminus est. Quod autem secundum principium est omnino non est; non enim est principium mutationis neque quod primo tempore mutatur erat. Sit enim primum in quo est a d. Hoc indivisibile quidem non est contingit; erunt enim consequentia esse ipsa nunc.

Amplius autem si in c a simul quiescit omni tempore, ponatur enim quiescens, et in a quiescat; quare si impartibile est a d, simul quiesceret et quod mutatum est erit. In a quidem enim quiescat, in d autem mutatum est. Cum autem non est impartibile, necesse est divisibile esse et in quolibet huius mutatum esse. Diviso enim in ipso a d, si quidem in neutro mutatum est neque in toto c a d. Si autem in ambobus mutatur, et in omni. Si vero in altero tantum mutatum est, non in toto primo. Quare necesse est in quolibet mutatum esse. Manifestum igitur est quoniam non est in quo primo mutatum est. Infinite enim divisiones sunt. Neque in eo quod mutatum est aliquid prius est quod est mutatum. Sit enim d z quod primum mutatum est quod ipsius est d e; omne enim determinatum est divisibile esse quod mutatur. Tempus autem in quo d z mutatum est sit in quo c i. Si igitur in hoc omni d z mutatum est, in medio minus erit quod mutatum est et prius est

ipso d z, et iterum hoc aliud, et illo aliud, et semper sic, quare nichil erit prius in eo quod mutatur quod mutatum est. Quod quidem igitur neque in eo quod mutatur neque in quo mutatur tempore nichil sit prius manifestum est ex hiis que dicta sunt. Ipsum autem quod mutatur aut secundum quod mutatur non similiter se habebit. Tria namque sunt que dicuntur secundum mutationem: quod mutatur et in quo et in quod mutatur, ut homo, tempus et album. Homo quidem igitur et tempus per se divisibilia sunt. De albo autem altera ratio est, preter quod secundum accidens omnia divisibilia sunt; cui enim accidit album aut quale, illud divisibile est.

Quorumcumque dividuntur secundum se ipsa divisibilia et non secundum accidens, neque in hiis erit primum, ut in magnitudinibus. Sit enim in quo a b magnitudo, motum autem sit ex b in c primum. Ergo si quidem indivisibile est b c, impartibile impartibili erit consequens. Si vero divisibile est, erit aliquid ipso c prius in quod mutatum est, et illo iterum aliud, et semper sit propter id quod nullo modo deficit divisio. Non si primum sit motum ex b in c, quare non erit primum in quod mutatum est. Similiter autem et in quantitatis mutatione; hec enim in continuo est. Manifestum igitur est quod in sola mutatione que est secundum qualitatem contingit indivisibile per se esse.

Quoniam autem omne quod mutatur in tempore mutatur, dicitur autem in tempore mutari sic et in primo et sic secundum alterum, ut in anno quod in die mutatur, in quo primo tempore mutatur quod mutatur, in quolibet huius necesse est hoc mutari. Manifestum igitur est et ex diffinitione; primum enim dicimus sic. Sed et ex hiis manifestum est. Sit enim in quo primo movetur quod movetur in quo est x r, et dividatur secundum k. Omne enim tempus divisibile est. In x k tempore aut movetur aut non, iterum in k r similiter. Si in neutro movetur, quiescit utique in omni; moveri enim in nullo huius quod movetur est impossibile. Si vero in altero solo movetur, non utique in primo movetur quod est x r; secundum utrumque enim motus est. Necesse est ergo in quolibet parte ipsius x r motum esse. Ostenso autem hoc, manifestum est quod omne quod movetur necesse est motum esse prius. In x r enim primo tempore per ipsum k l mota est magnitudo, in medietate quod cum velocitate movetur et simul inceptum est medium est quod motum. Si autem non cum velocitate, in eodem tempore motum est aliquid, et aliud necesse est ipsam motam esse magnitudinem. Quare motum erit prius quod movetur.

Amplius autem et si in omni tempore quod est x r motum dicimus esse aut omnino in quolibet tempore in accipiendo ultimum ipsius ipsum nunc; hoc enim determinans est, et medium ipsorum nunc tempus est. Et in aliis similiter dicetur motum esse; medietatis autem ultimum divisio est. Quare et in medio motum erit et omnino in qualibet parte semper cum divisioni simile est tempus determinatum ab ipsis nunc. Si igitur omne tempus quidem divisibile est, medium autem ipsorum nunc tempus est, omne quod mutatur infinita erit mutatum.

Amplius si continue quidem mutatur et non corruptum est neque pausat mutatione, aut mutari necesse est aut mutatum esse in quolibet. In ipso autem nunc non est mutari. Necesse est ergo mutatum esse secundum unumquodque ipsorum nunc. Quare si ipsa nunc in

vero

in qua transitum est ab eo

dicetur

finita sunt omne quod mutatur necesse
esse in finite mutatum esse. Non solum
autem quod mutatur necesse est mutatum esse,
sed et mutatum esse necesse est mutari prius;
omne enim quod ex quodam in quiddam muta-
tum est in tempore mutatum est. Sit enim in ipso
nunc ex a b in mutatum esse. ergo in
eodem quidem ipso nunc in quo est in ipso
a, non mutatum est. Simul enim esset in
ipso a et b; quod enim mutatum est quando mu-
tatum est, quod mutatum est quod quando non est
in hoc, ostensum est prius. Si vero in alio est,
medio erit tempore; non enim consequenter erant
ipsa nunc. Quoniam in tempore igitur mutatum est, tempore
autem omne divisibile est, et in medio ali-
ud erit mutatum, et iterum in illius medi-
o aliud, et semper sic; quare quod mutatur
prius est. Amplius in magnitudine
manifestius est quod dictum est propter id quod conti-
nua est magnitudo in qua mutatur quod
mutatur. Sit enim mutatum ex c in d.
quod mutatur in c d. ergo si quidem est
indivisibile ipsum c d, impartibile erit
impartibili consequens. Quoniam autem hoc
impossibile est, necesse est magnitudinem esse
quod in medio est et in infinita divisibile esse,
quare in illa mutatur prius. necesse est ergo
omne quod mutatum est mutari prius.
eadem enim demonstratio et in non continu-
is, ut que in contrariis et contradictione. Accipi-
amus enim tempore in quo mutatum est et ite-
rum eadem dicemus. Quare necesse est muta-
tum esse mutari et quod mutatur mu-
tatum esse, et est quidem ipso mutari
mutatum esse prius. Ipso autem mutatum esse
mutari, et nullo modo comprehen-
detur primum. Causa autem huius est non esse
impartibile impartibili continuum; in
infinitum enim divisio est, sicut in hiis que

augmentantur et minuuntur lineis.
Manifestum igitur est quoniam et quod factum est necesse
est fieri prius, et quod fit factum esse quecumque
divisibilia et continua sunt; non
tamen semper id quod fit factum est, sed aliud ali-
quando, ut illius aliquid, sicut domus
fundamentum. Similiter autem et in eo quod
corrumpitur et quod corruptum est. Mox
enim inest ei quod fit et quod corrumpitur
infinitum quidem cum sit continuum, et
non est neque fieri nisi factum sit aliquid prius,
neque factum esse nisi fiat aliquid. Si-
militer autem est et in corrumpi et in cor-
ruptum esse. Semper enim erit ipso cor-
rumpi corruptum esse prius, et corrup-
to autem esse corrumpi. Manifestum igitur
est quod et quod factum est necesse est fieri prius, et quod
fit factum esse. Omnis enim magnitudo
et omne tempus semper divisibilia sunt,
quare in quocumque sit, non utique erit
sicut in primo. Quoniam autem omne quod
movetur in tempore movetur et in plu-
ri maior magnitudo, in infinito tem-
pore magnitudinem finitam impossibile
est moveri, nisi eandem semper et in-
illius aliquid quod movetur, sed in omni omne.
Quod quidem igitur si aliquid moveatur e-
que velociter, necesse est in finito fi-
nitum moveri, manifestum est. Accepta
enim parte que mensurabit totam in equali-
bus temporibus tantis quot partes sunt
per totum motum est. Quare cum hec fini-
te sint et quantitate unaquaque et tot
multis omnes, et tempus utique erit finitum.
tot enim multis erit hoc quantum tempus est
partis multiplicatum secundum multi-
tudinem partium. Sed et si non sit eque
velociter differt nichil. Sit enim in
quo est a b spatium finitum quod

motum sit in non finito et tempore infinitum
in quo sit d c. Si igitur necesse prius al-
terum altero motum esse. Hoc autem mani-
festum est quod in priori tempore et posteriori alte-
rum motum est. Semper enim in plus alterum
motum erit, sive eque velociter mutetur sive non eque velo-
citer, sive extendatur motus sive minu-
atur sive maneat, nichil minus. Acci-
piatur ergo aliquid spatii quod sit a e
quod mensurabit a b. Hoc autem in infiniti in
quodam est tempore. In infinito enim
non potest esse. Omne enim in infinito. Iterum al-
terum iam si accipiam quantum est a e
necesse est in infinito tempore esse. Omne in infi-
nito et sic accipiens. quoniam quidem igitur in-
finiti nulla est pars que mensuraret totum. Im-
possibile enim infinitum esse ex finitis et equalibus et in-
equalibus, propter id quod mensurantur finita
multitudine et magnitudine a quo-
dam uno, sive equalia sive inequalia.
finita enim magnitudine nichil mi-
nus sunt. Spatium autem finitum tanta-
rum quantum sunt a b mensuratur infinito
tempore a b motum. Similiter autem et in quie-
te. Quare neque fieri neque corrumpi possibile est semper
aliquid idem et unum. Eadem autem ratio
est quod neque in infinito tempore possibi-
le est infinitum moveri, neque quiescere,
neque quod regulariter movetur neque quod irregu-
lariter. Accepta enim quadam parte temporis
que metietur totum tempus, in hac tantum
aliquid transibit magnitudinis
et non totum; omne enim totum in tempore in equa-
li alium et in uno quoque similiter, sive equale
ei quod a principio sive inequale ei. Differt
autem nichil si solum finita sit aliqua
unaquaque. Manifestum est quoniam diviso
tempore infinitum non dividetur finita de-
cisione facta et quanto in eo quidem

tot modis divideretur. quare non transibit
in finito tempore infinitum. nichil autem differt
magnitudinem in altera aut in utraque
esse infinitam. Eadem enim ratio erit.
Demonstratis autem hiis manifestum
est quod neque magnitudinem finitam
infinitum contingit transire in finito
tempore propter eandem causam. in parte enim tempo-
ris finitum transibit, et in uno quoque si-
militer, quare in omni finitum. Quoniam autem fini-
tum non transibit infinitum in finito tem-
pore, manifestum est quod neque infinitum fini-
tum. Si namque infinitum finitum, necesse
est finitum transire infinitum. nichil enim
differt quod sit esse quod movetur; utrobique enim
finitum pertransibit infinitum. Cum enim
moveatur infinitum in quo est a, erit a-
liquid ipsius secundum b finitum, ut c d.
et iterum aliud et aliud et semper sic. quare
simul accidit motum esse infinitum per
finitum et finitum transire infinitum. a
c d a c d b b b. neque enim fortassis possibi-
le est aliter infinitum mutare finitum
quam quod finitum transeat infinitum aut
feratur aut metiatur. quare quoniam hoc impossibi-
le est, non utique transibit infinitum finitum.
At vero neque infinitum in finito tempore
infinitum transibit. Si enim infini-
tum finitum, inest enim in infinito fi-
nitum. Amplius autem et in tempore accepto ea-
dem erit demonstratio. Quoniam autem neque
in finitum infinitum transibit, neque in-
finitum finitum, neque infinitum in tempore in-
finito movetur, manifestum est quod neque mo-
tus erit infinitus in finito tempore. quid
enim differt motum aut magnitu-
dinem facere infinitam? necesse est enim
si quolibet alterum et alterum infinitum
esse. Omnis enim loci mutatio in loco est

Qm̄ aūt oē aut mō aut quiescit q̄ aptum natū ē. aut τ qm̄ aptum natum ē in quo τ sic necc̄e ē q̄ stat. cū stat mo͂ū. Si enī n̄ mō quiescit. sȝ n̄ contingit quiescere quiescens. Hȝ aūt demōstrato manifestū ē q̄ i tp̄e stare necc̄e ē. Qd enī moūe in tp̄e mō q̄ aūt stat ostensum ē eē q̄ mō. Qr̄ in tp̄e necesse ē stare. Amplius aūt si velocius τ tardius quod dicim̄ in tp̄e. stare aūt ē velocius τ tardius in quo aūt tp̄e p̄mo quo stat statur in quolibet huius necc̄e ē stare. Diviso enī tp̄e si quod in neutra partium statur. neq̄ i toto qr̄ n̄ utiq̄ȝ stat q̄ statur. Si vero in altera neq̄ utiq̄ȝ in toto p̄ statum ē. Sȝ enī utriq̄ȝ in hoc statur sicut dictum ē τ in eo q̄ mō prius. Sic aūt q̄ movetur n̄ ē in quo p̄ mō sic neq̄ in quo statur q̄ stat. Non enī in ipso motū neq̄ stare ē aliquid prius. Sit enī in quo p̄ statur in quo est a.b. Hoc quod ē impartibile n̄ contingit eē. Motus enī impartibilium n̄ ē. p̄p id q̄ motum ē aliquid ipsius a.b. q̄ aūt stat demonstratū ē eē q̄ mō.

At vero si divisibile ē in quolibet ipsius partiū statur. Hoc enī ostēsum ē prius in quo q̄ p̄ statur in quolibet illius statur. qm̄ ergo tp̄e ē in quo statur primo. τ n̄ athomum ē. Omne aūt tp̄e i infinita partibile n̄ erit i quo p̄mo statur. neq̄ ē quiescere cum primum quievit ē. In impartibili quidē enī n̄ quievit q̄ n̄ ē motus in athomo. In quo aūt ē quiescere τ movi. Dicitur enī quiescere qm̄ τ in quo aptum natum ē movi n̄ movetur q̄ aptum natum ē. Amplius aūt et dicimus quiescere eē cū similiter se habeat nunc q̄ τ prius tamq̄m n̄ in uno quodam iudicantes. sȝ duobus ad minus. Qr̄ n̄ erit in quo quiescat impartibile. Si vero partibile tempus utiq̄ȝ erit. τ in quolibet partiū ipsius quiescet eodem enī modo demonstrabitur quo in prioribus. Qr̄ nullū primum erit huius aūt cā. q̄ quiescit quidem omne τ movetur in tempore. Temp aūt n̄ ē primū. neq̄ magnitudo. neq̄ omnino nullū continuū. Omne enī continuū i infinita partibile.

Qm̄ aūt omne q̄ mō in tp̄e movetur τ ex quodam in quoddam mutatur in quo tp̄e movetur secundum se τ n̄ quo in illius aliquo. impossibile est tunc secundum aliquid eē primum q̄ movetur. Quiescere enim ē q̄ in ipso ē eē tp̄e quoddā. τ ipsum τ partiū unamq̄mq̄ sic enī dicimus quiescere cū in alio τ in alio ipsorum nunc verum sit dicere q̄ in quo ē hoc τ ipsum τ partes sunt. Si aūt hoc ē quiescere n̄ contingit qd̄ mutatur secundum aliquid eē totū secundum primū tp̄e. Temp enī divisibile omne q̄re in alia τ in alia ipsius parte. Verum erit dicere q̄ in eodem sit. τ ipsum τ partes. Si vero n̄ sit ē. sȝ in uno solo nunc ē. n̄ erit tp̄e secundum aliquid nullum sȝ aliquid secundum terminum temporis. In ipso aūt nunc ē semper quid secundum aliquid manens. n̄ tamen quiescit. neq̄ enī moveri neq̄ quiescere ē in ipso nunc. sȝ n̄ moveri quidem ē verum in ipso nunc. τ eē secundum aliquid. In tempore aūt n̄ contingit eē secundum aliquid quiescens. Accidit enī q̄ fertur q̄escere. Zeno aūt de rōnatur ut

paralogizat. Si enī semp dicit quiescit omne aut movetur cum sit secundum equale. ē aūt semp q̄ fertur in ipso nunc. immobilem eē sagittam que fertur. Hoc aūt falsum ē. Non enī componitur tp̄e ex ipsis nunc indivisibilibus. sicut neq̄ alia magnitudo nulla. Quatuor aūt rōnes sunt de motu zenonis habentes difficultates solventibus. prima quidē ē de eo q̄ n̄ movetur. p̄p h̄ q̄ prius i medium op; accedere q̄ fertur. q̄m ad finē de q̄ divisimus i prioribus rōnibus. Secunda aūt q̄ vocata ē achilles. ē aūt h̄ quod q̄ tardius nequam attingetur currens a velocissimo. ante enī necc̄e ē ire p̄sequens. unde movit fugiens. Qr̄ semp aliquid habere ante necc̄e ē tardius. τ h̄ ē eadē rō in dissecando in duo. differt aūt in dividendo n̄ in duo acceptam magnitudinē. n̄ quidē ē contingi tardius accidit ex rōe. Fit aūt ad idē in duo decisio. In utrisq̄ȝ enī accidit nō attingere terminū divisa quodam modo magnitudine. sȝ apponitur in h̄ q̄ neq̄ velocissimū cū tragedia dictum ē in p̄sequendo tardius. Qr̄ necesse ē solonem eandē eē. velle aūt q̄ p̄cedens n̄ attingatur falsum ē. cum enī p̄cedit n̄ coniungitur. sȝ tamen con iungetur. siquidē indigebit transire finitā. hee quidem ergo rōnes due sunt. Tertia aūt q̄ nunc dicta ē. q̄m sagitta q̄ fertur stetit. Accidit aūt secundum q̄ accipit tp̄e cōponi ex ipsis nunc n̄ dato enī h̄ n̄ erit sillogismus. Quarta aūt ē ex hiis q̄ in stadio moventur ex contrarietate equalium magnitudinum motu iuxta equalia. horū quidem a fine stadii. illorū aūt a medio equali velocitate. in quo opinatur accidere. equale tp̄e duplum medium. Est aūt deceptio ex eo q̄ h̄ quod eē mō. aliud aūt eē quiescat. equalem magnitudinē volens equali velocitate secundum equale ferri tempus. H̄ aūt falsum ē ut sint stantes equales magnitudines in quibus sunt ipsa. b.b.b. Incipientes a medio ipsorum a. q̄ equales secundum numerum et magnitudinē sunt. Alie aūt in quibus ipsa sunt. c.c.c. equales sunt numero se hiis τ magnitudine τ eq̄ velocis ipsis. b. contingit ē ipsum b. primū sit sub. c. cū. a. ultimo eē τ primum c. ab invicem eē eorum q̄ moventur. Accidit aūt ipsum c. iuxta omnia a.a.a. transire ipsum aūt b. ad medium a. q̄re medium erit tp̄e equale enī utriq̄ȝ eē ad unumq̄q̄ȝ secundum similes partes sicut accidit ipsum b. ad omnia. c.c. transactum eē. simul enī ē primum c. τ primum b. in contrarie. ultimis equalis tp̄e adiungens sit ipsorum b.b.b. quantum quidē ē unumq̄q̄ȝ ipsorum. a.a.a. p̄p id q̄ in equali tp̄e ad a. fuint.

Ratio quidē ē h̄ ē. accidit aūt ad dictam falsitatē. neq̄ ē secundum mutationem in contradictione nullū nobis erit impossibile. ut si ex albo in n̄ album mutatur τ in neutro ē. tamq̄ ergo neq̄ album erit neq̄ n̄ album. n̄ enī si n̄ totum in quolibz ē n̄ dicetur album aut n̄ album. album aūt aut n̄ album dicitur. n̄ q̄ totū sit h̄. sȝ q̄ plures aut magis p̄prie partes n̄ dē ē n̄ eē in hoc τ n̄ eē in hoc totū. Si

a.a.a. Alie aūt i quibus sūt ipsa

mutat autem est in esse et in non esse et in aliis quae secundum contradictionem sunt. Erit quidem enim ex necessitate in altero oppositorum. In neutro enim mutatur autem totum semper. Similiter autem in circulo et spera et omnino in hiis quae moventur quae contingit accidere ipsa quiescere. In eodem enim loco semper secundum tempus quoddam sunt et ipsa et partes quae quiescunt simul et movebuntur. Primum quidem enim partes non sunt in eodem tempore nullo. Praeterea et totum semper in aliud mutatur. Non enim eadem est ab ipso a accepta circulatio et quae est ab ipso b et c et ad aliorum unumquodque signorum nisi sicut musicus homo et homo quia accidit. Quare mutatur semper ab altera in alteram et nequaquam quiescit. Eodem autem modo in spera et in aliis quae in seipsis moventur. Ostensis autem hiis dicamus impartibile secundum quantitatem vel magnitudinem impartibilem non contingit moveri nisi secundum accidens, ut corpore moto aut magnitudine in qua est, sicut si in navi moveatur a navis motu, aut pars toto motu. Impartibile autem dico quod est secundum quantitatem indivisibile. Et namque partium motus alteri sunt secundum quod partes et totius motus. Videbit autem aliquis in spera maxime differentiam. Non enim eadem velocitas erit eorum quae sunt iuxta centrum et quae extra et quae totius est spere, sicut non in uno existente motu. Sicut ergo dicebam sic quidem contingit moveri impartibile sicut in navi sedens currente navi, per se autem non contingit. Mutetur enim ex a b in b c sive ex magnitudine in magnitudinem sive ex specie in speciem sive secundum contradictionem;

tempus autem sit in quo primo mutetur, in quo est d. Ergo necesse est ipsum secundum quod mutatur tempus aut in a b esse aut in c b aut aliquid eius in hoc, aliquid autem in alio. Omne enim quod mutatur sic se habet. In utroque quidem igitur non erit aliquid ipsius; partibile enim esset. At vero nec in b c; mutatum enim esset; concessum autem est mutari. Relinquitur quidem igitur ipsum in a b esse secundum quod mutatur per tempus. Quiescet ergo. In eodem enim per tempus quoddam quiescere est. Quare non contingit impartibile moveri nec omnino mutari. Solum enim sic esset ipsius motus, si tempus esset ex ipsis nunc. Semper enim in ipso nunc est motum esse et mutatum, quare nequaquam quod movetur est, motum autem semper est. Hoc autem quod impossibile sit ostensum est prius. Neque enim ex ipsis nunc est tempus, nec linea ex punctis, nec motus ex momentis. Hic enim facit qui dicunt aut motum esse ex indivisibilibus, sicut si tempus ex ipsis nunc, aut magnitudinem ex punctis. Amplius autem ex hiis manifestum est, quod nec punctum nec aliud indivisibile nullum contingit moveri. Omne enim quod movetur impossibile est prius in aliquo moveri quam aut equale aut minus; si igitur hoc manifestum est et quod punctum nunc aut equale movebitur prius. Quoniam autem indivisibile est, impossibile minus moveri prius. Equale igitur ipsi. Quare erit linea ex punctis. Semper enim per equale moveri omnem lineam punctum mensurabit. Si autem hoc impossibile est et moveri indivisibile impossibile. Amplius autem si omne quod in tempore movetur, in ipso autem nunc nihil, omne

autem divisibile tempus esse ostensum est, aliquo tempore minus quolibet tempore eorum quae moventur in quo movetur, quantum est ipsum. Hoc quidem igitur erit tempus in quo movetur propter id quod omne in tempore movetur. Tempus autem omne divisibile ostensum est prius. Si ergo punctum movetur, erit tempus aliquod minus in quo ipsum motum est; sed impossibile est. In minori enim minus necesse est moveri secundum motum regularem, quare erit divisibile indivisibile in minus, sicut tempus in tempore. Solum enim divideretur impartibile et indivisibile si esset in ipso nunc possibile moveri athomon; indivisibile enim ratio est in ipso nunc moveri et indivisibile aliquid moveri. Mutatio autem non est nulla infinita. Omnis enim ex quodam in quoddam, quae est in contradictione et quae in contrariis. Quare eorum quae sunt secundum contradictionem affirmatio et negatio terminus est, ut generationis quidem esse, corruptionis autem non esse. Eorum autem quae sunt in contrariis contraria. Hec enim ultima sunt mutationis. Quare et alterationis omnis ex contrariis autem quibusdam est alteratio. Similiter autem augmenti et decrementi. Eius quidem augmenti est quod est secundum propriam naturam perfecte magnitudinis, decrementi autem quae est ab hac remotio. Localis autem mutatio sic quidem non erit finita, non enim omnis in contrariis est. Sed quoniam impossibile est decidi sic in eo quod non secundum hoc punctum contingit decidi (multipliciter enim dicitur impossibile), non contingit sic impossibile decidi, neque enim omnino impossibile fieri nec mutari in impossibile contingit mutari in quod impossibile est mutari. Si ergo id quod fertur mutetur in aliquid et possibile est mutari, quare non est infinitus motus nec aliqua mutatio infinita neque impossibile est transire ipsum. Utrum quidem igitur sic non sit infinita mutatio quod non finitur contrariis manifestum est. Si autem sic contingit sicut quod et sic una quadam tempore esse infinitam eandem existentem et unam considerandum est. Non enim unum quidem fortasse non prohibet ut si post loci mutationem alteratio sit et post alterationem augmentum et iterum generatio. Sic quidem infinita semper erit tempore motus, sed non unus propter id quod non est unus ex omnibus. Quare autem sit unum non contingit infinitum esse tempore praeter unum circulo autem hic est.

Incipit liber .vii.

Omne quod movetur necesse est moveri ab aliquo. Si quidem igitur in seipso non habet principium motus, manifestum est quod ab alio movetur. Aliud enim erit movens. Si vero in seipso habet, accipiatur in quo sit a b quod movetur secundum se, sed non quo aliquid eorum movetur. Primum quidem igitur opinari a b a se ipso moveri propter id quod totum movetur et a nullo exteriorum simile est sicut si aliquis d e movente e z et ipso moto opinetur d e z a seipso moveri propter id quod non videtur utrum ab utro moveatur, utrum ipsum d e ab e z aut e z a d e. Amplius autem quod a seipso movetur nullo modo pausabit cum movetur in stando ad alterum quod movetur. Necesse est ergo si aliquid pausat quod movetur in stando aliquid alterum, hoc ab alio moveri. Hoc autem manifesto facto: necesse est omne quod movetur cum divisibile sit moveri ab aliquo. Quoniam enim receptum est a b quod movetur divisibile erit. Dividatur ergo in c. Necesse est igitur b c quiescente quiescere

et a b. Si enim non accipiatur a b moveri per se, b c quiescente movetur utique et b c et a c, et tunc pausabit per motum. Hoc autem est impossibile. Non ergo per se ipsum movetur a b. Sed concessum est per se moveri primum. Manifestum igitur est quod b c quiescente quiescet et a b, et tunc pausabit per motum. Sed si aliquid in quiescendo aliud stat et pausat moveri, hoc ab alio movetur. Manifestum igitur quod omne quod movetur ab alio movetur. Divisibile enim est omne quod movetur, et parte quiescente quiescet totum.

Quoniam autem omne quod movetur ab alio movetur, necesse est omne quod movetur in loco et moveri ab alio, et movens igitur ab alio; quoniam autem et ipsum movetur, et iterum hoc ab alio, et non in infinitum abibit, sed stabit alicubi, et aliquid erit quod primum est causa motus. Si enim non, sed in infinitum procedit, sit a quidem quod ab ipso b moveatur, b vero ab ipso c, c autem ab ipso d, et hoc igitur modo in infinitum descendet. Quoniam igitur simul movens et ipsum quod movetur, manifestum est quod simul movebitur a et b. Cum enim movetur b, movebitur a, et cum movetur b ipsum c, et c ipsum d; erit igitur et simul motus a et c et reliquorum unusquisque. Et accipiet igitur ipsorum unumquodque posito singulorum; namque si unum quodque ab uno quoque sit motum, nichilominus unus numero unusquisque motus est et non infinitus in ultimis. Quoniam quidem quod movetur omne ex quodam in quiddam movetur. Aut enim numero accidet eundem motum esse aut genere aut specie. Numero quidem igitur dico eundem motum qui ex eodem in idem numero in tempore eodem numero fit, ut ex hoc albo quod est unum numero in hoc nigrum secundum hoc tempus quod est unum numero. Si enim est secundum aliud, non est unus numero, sed specie. Genere autem idem motus est qui in eodem predicamento substantie vel alicuius generis est. Specie autem qui ab eadem specie in eandem speciem, ut ex albo in nigrum aut ex bono in malum. Hec autem dicta sunt et in prioribus. Accipiatur igitur qui est ipsius a motus et sit in quo est e, et qui est ipsius b in quo est z, et qui est c d in quo sit i t, et tempus in quo movetur a sit k. Determinato autem motu ipsius a determinatum erit tempus et non infinitum, quod est k tempus. Sed in eodem tempore motum est a et b et reliquorum unumquodque. Accidit ergo motum qui est e z i t, cum sit infinitum, in tempore finito moveri quod est k. In quo enim a motum est et que sunt ipsi a consequentia, omnia infinita mota sunt, quare in eodem moventur. Etenim equalis motus est qui est ipsius a ipsi b aut maior. Differt autem nichil. Permittentibus enim infinitum motum in finito tempore accidit moveri. Hoc autem impossibile est. Sic quidem igitur videtur demonstrari quod est a principio. Non enim demonstratur, propter id quod nullum sequitur inconveniens. Contingit enim in finito tempore infinitum motum esse, non eiusdem autem sed alterius et alterius, multis et infinitis motis. Sic accidit et in hiis que nunc dicta sunt. Sed si quod movetur primum secundum locum corporalem motum est, necesse est tangi a suo movente et continuum esse movendo, sicut videmus contingere in omnibus. Erit enim ex omnibus unum ipsum, omne aut continuum. Hoc igitur contingit generaliter accipiatur, et sit magnitudo aut continuum in quo est a b c d, hic autem motus est e z i t. Differt autem nichil magnitudinem finitam aut infinitam esse. Semper autem in finito tempore quod est k movebitur aut per infinitum. Utrumque autem secundum utrumque impossibile est. Manifestum igitur quod stabit aliquando et non in infinitum abibit, quod semper est ab alio, sed erit aliquid quod primum movebitur. Nichil autem differat concesso quodam hoc demonstrare; contingenti enim concesso nullum inconveniens oportet accidere.

Primum quidem igitur movens non sicut cuius causa, sed unde est principium motus, simul est cum eo quod movetur. Simul autem dico quod nichil ipsorum medium est. Hoc enim in omni quod movetur et in omni movente est. Quoniam autem tres sunt motus, et secundum locum et secundum qualitatem et secundum quantitatem, necesse est et ea que moventur tria esse. Quod quidem igitur est secundum locum loci mutatio, que vero secundum qualitatem alteratio, que vero secundum quantitatem augmentum vel detrimentum.

Primum quidem igitur de loci mutatione dicemus. Hic enim primus motuum est. Omne igitur quod fertur aut ipsum a se ipso movetur aut ab alio. Si enim a se ipso, manifestum est quod in se ipso movente existente simul movens et quod movetur erit, et nullum ipsius medium. Que autem ab alio moventur quadrufarie dividuntur. Quatuor enim sunt ab alio motus: pulsio, tractio, vertigo, vectio; namque alios omnes in hos necessarium est contingere. Pulsionis quidem igitur alia impulsio. Impulsio quidem est cum movens ei quod movetur non derelinquit; expulsio cum expellens deficit. Vectio autem in tribus erit motibus, quod quidem enim vehitur non secundum se movetur sed secundum accidens. In eo enim quod est in eo quod movetur movetur. Aut sicut id quod movetur movet. Quod vehit autem movetur aut pulsum aut tractum aut vertigine ductum. Manifestum igitur quod vectio in tribus erit motibus. Tractio autem est aut cum ad ipsum vel ad alterum velocior sit motus trahentis non separatus ab eo quod trahitur; namque ad se ipsum est tractio et ad alterum, et reliqui tractus idem specie in hos reducuntur, ut inspiratio et expiratio et quecumque corporum emissiva aut receptiva sunt, sicut speculatio et radiatio. Speculatio autem [illegible]. Aliud quidem enim ipsorum est congregatio, aliud disgregatio, et omnis igitur motus qui est secundum locum congregatio et disgregatio est. Vertigo autem componitur quidem ex tractu et pulsione. Hoc quidem enim pellit movens, illud autem trahit. Manifestum igitur est quod si quid simul impellens et trahens cum eo quod trahitur et pellitur est, nullum medium eius quod movetur et moventis est. Sed autem manifestum est ex diffinitionibus: pulsio quidem enim aut a se ipso aut ab alio ad aliud motus est, tractio autem ab alio ad ipsum aut ad aliud. Amplius quidem proiectio aut est quando velocior motus fit eo quod secundum naturam fertur, fortiori facta impulsione usque ad hoc quod accidit ferri quousque fortior sit motus eius quod fertur. Manifestum igitur quod movetur et movens simul, et nullum ipsorum medium est. At vero nec alte[...]

aut per infinitum

alia expulsio

ri et alterantis nullum est medium. Hoc autem manifestum ex inductione. In omnibus enim accidit simul esse alterantis ultimum et primum quod alteratur. Est enim alterari in eo quod sensibile est. Sensibilia quidem sunt quibus differunt corpora ad invicem, ut levitas gravitas, duricies mollicies, sonus non sonus, albedo nigredo, dulcedo amaritudo, humiditas siccitas, densitas raritas. Et horum media similiter. Similiter autem et alia que sub sensu sunt, quorum est calor et frigus et levitas et densitas et asperitas. Hec autem sunt passiones subiecte qualitatis. His enim differunt sensibilia corporum, aut secundum horum aliquid magis aut minus, aut in patiendo aliquid horum. Calidiora enim aut frigidiora aut dulciora aut amariora aut secundum aliquid aliud predictorum. Similiter autem et in animata corporum et inanimata et animatorum quecumque partium sunt inanimata, et ipsi autem sensus alterantur. Patiuntur enim; actus enim ipsorum motus est per corpus patiente aliquo sensu. Secundum quecumque quidem igitur alterantur inanimata et animata; sed omnia hec alterantur. Secundum quecumque autem animata alterantur, secundum hec non alterantur inanimata. Hec enim non alterantur et latet cum inanimata alterantur. Nichil enim prohibet et in animatis latere cum alterantur, cum non secundum sensum accidat hec alteratio. Omnis igitur, siquidem igitur sensibiles passiones sunt, per has alteratio est. Ex hoc ergo manifestum quod patiens et passio simul sunt et horum nullum est medium. Huic quidem enim aer est contiguus, aeri autem contiguatur corpus et superficies

quidem terminatur ad lumen. Lumen autem ad visum. Similiter autem et auditus et odoratus ad movens ipsa primum. Eodem etiam autem modo simul et gustus et sapor. Similiter autem et in inanimatis et in sensibilibus et quod augetur et augens, et decrementum autem decrementi etiam causa ablatio est quedam. Manifestum igitur quod moventis ultimum et primum quod movetur nullum est medium secundum medium moventis et eius quod movetur.

Omnia autem que alterantur alterantur omnia a sensibilibus, et solum horum alteratio est quecumque secundum se dicuntur pati ab his. Exhis considerabimus. Aliorum enim maxime siquis intelligat et figuras et formas et habitibus et horum remotionibus et acceptionibus. Videtur esse quod est alteratio. Non est autem, sed in his fiunt hec cum quedam alterantur; densata enim aut rarefacta aut cum sit calida vel frigida materia, alteratio quidem ratio non est. Ex quo quidem enim forma statue non dicitur forma, sed ex quo figura piramidis est aut lecti, sed denominantes quidem eneum. Aliud autem ligneum quod autem alteratur dicimus esse quod humidum esse dicimus aut forte aut calidum, et non solum sic, sed humidum et calidum dicimus equivoce dicentes passionem materiam. Etiam quidem igitur ex quo quidem forma et figura et quod sunt est equivoce cum figuratis que sunt ex illo; que autem alterantur cum passionibus equivoce dicuntur. Manifestum est quod in solis sensibilibus est alteratio. Amplius et aliter est inconveniens dicere enim hominem alteratum esse aut domum accipientem finem ridiculum est, si perfectionem domus

aut laterationem dicemus alterationem esse domum autem coopertam aut lateratam alterari domum. Manifestum autem est quod et quod est alteratio non est in his que fiunt; sed in habitibus huiusmodi enim virtutes et malicie sunt. Virtus autem omnis et malicia ad aliquid sunt, sicut sanitas quidem calidorum et frigidorum commensuratio quedam est aut eorum que sunt intra primum autem ad continens. Similiter et pulcritudo et macies ad aliquid sunt disponens enim quedam perfecti ad optimum sunt. Dico autem perfecti esse quod salvat et disposita est circa naturam est. Cum igitur virtutes et malicie ad aliquid sunt, hec autem neque generationes sunt neque ipsorum generatio est neque alteratio omnino. Manifestum est quod non omnino quod est alteratio nisi circa habitus; neque circa anime virtutes et malicias. Virtus quidem enim quedam perfectio est. Unumquodque enim tunc maxime perfectum est cum attingit proprie virtuti et maxime est secundum naturam; sic circulus tunc maxime secundum naturam sic circulus tunc est cum maxime circulus sit. Malicia autem corruptio horum et remotio est. Sic quidem igitur cum quedam alteratur et acceptio virtutis et remotio malicie. Alteratio tamen horum neutra est. Quod autem alteratur aliquid horum manifestum est. Virtus quidem enim aut impassibilitas quedam est aut impassibilis et sic malicia autem passibilis est aut contraria passio est virtuti et hoc totum est quod moralem virtutem in voluptatibus et tristiciis esse accidit. Aut enim secundum actum voluptates aut per memoriam aut a spe. Siquidem igitur secundum actum sic est causa, sensio per me-

moriam aut per spem ab ipso est. Aut enim existentia passi sumus in suis reminiscentibus voluptatis aut existentia patiemur sperantibus. Adhuc neque secundum intellectivam partem anime est alteratio. Scientes enim maxime ad aliquid dicitur. Hoc autem manifestum secundum enim potentiam in moventibus scientia est quod est sciencie, sed existente quodam existencium que est secundum partem experientia universalem accepimus scientiam. Neque igitur actus generatio est nisi aliquis revisionem et tactum generationes dicat. Huiusmodi autem est actus qui autem est ex principio acceptio sciencie non est generatio neque alteratio. In quiescendo namque et sedendo fit anima sciens et prudens. Sicut igitur neque cum dormiens surgat aliquis aut ebrius pauset aut infirmans ordinetur factus est sciens et prius non poterat uti et secundum scientiam agere, sed mutata perturbatione et instanti veniente in statu in erat potentia ad sciencie congruitatem. Hoc igitur aliquid fit et quod est ex principio in sciencie existencia turbationis enim quies quedam est et restitutio. Neque igitur infantes possunt addiscere neque iudicant sensibus similiter posterioribus. Multa enim turbatio circa hec et motus. Statur autem et pausatur turbatione aliquando quidem a natura, aliquando autem ab aliis in utrisque. Huius autem alterari aliquid accidit sicut cum surgat et fiat vigilans ad actum. Manifestum igitur quod ipsum alterationis in sensibilibus est et in sensibili parte anime, in alio nullo nisi secundum accidens. Dubitabit autem aliquis utrum omnis motus alii motui comparatus aut non. Siquidem igitur est comparatus omnis et equalis velox est quod equali tempore equale movetur, erit circularis quedam recto equalis et ma-

maior et minor. Amplius alteratio et loci mutatio quedam equalis est, cum in equali tempore aliud quidem alteretur, aliud autem ducatur. Erit ergo equalis passio longitudini. Omnino sed impossibile est. Si ergo cum in equali tempore equale moveatur tunc equale velox est, equalis autem non est omnis passio longitudini, quare non erit alteratio loci mutationi equalis neque minor, quare non omnia comparabilia. In circulo autem et recto quomodo contingit? Inconveniens enim est nisi sit circulatio similiter huic aliquid moveri et huic in recto, sed mox necesse est aut velocius aut tardius moveri sicut si hoc deorsum, illud autem sursum. Amplius non differt neque in ratione neque in motu si aliquis dicit necessitatem esse velocius aut tardius moveri; erit autem et maior et minor circularis recto, quare et equalis. Si enim in A tempore ipsum B transibit, aliud autem ipsum C, maius erit B ipso C. Sic enim velocius esse dictum est. Ergo si in minori equale velocius est, quare erit aliquod pars ipsius A in quo ipsius B circuli pertransibit et C in toto A ipsum C.

At vero si sunt comparabilia, accidit modo dictum equale rectum esse circulo. Sed non comparabilia sunt, neque ergo motus.

Sed quecumque non equivoca comparabilia sunt, ut quare non comparabilia? Utrum acutus stilus aut vinum aut ultima? Quia namque equivoca sunt non comparantur, sed ultima ei que est in ultimam comparabilis est. Quoniam idem acutum acutum in utrisque. Ergo non idem velox hic ubi multo magis aliquid motum in alteratione et loci mutatione. Aut primum quidem hoc non sunt, est quod quecumque non sunt equivoca comparativa. Multum enim significat idem in aqua et aere non sunt comparabilia. Si autem non, duplum quoniam idem significat. Duo enim ad unum. Non comparabilia sunt. Aut in hiis eadem ratio, et namque multum equivocum est, sed quorundam et ratio vel equivoce ut si dicat aliquis quoniam multum est tantum et adhuc et si aliquid aliud tantundem et equale est, et adhuc unum equivocum est unum. Et vero autem si contingit statim equivocum esse; si autem et hoc et duo, quare utrumque quorum alia quidem comparabilia sunt, alia vero non. Si quidem eius una esset natura, aut que sunt in aliquo primo susceptivo est. Erit utique quod equus et canis comparabilia sunt. Utrum albus? In quo enim primo idem est, superficies est magnitudo. Similiter autem aqua et vox non. In alio namque subiecto sunt, aut una manifesta est quoniam erunt sicut unum omnia facere. In alio autem est unumquodque dicere esse, et esse idem equale et dulce et album, sed in alio subiecto.

Amplius susceptivum non contingens est sed unum unius primum. Si ergo non solum comparabilia oportet non equivoca esse, sed non habere differentiam neque quod neque in quo est. Dico autem sic color habet divisionem; non ergo comparabile secundum hoc ut utrum colorabile sit magis album quam nigrum. Hec enim comparantur non secundum aliquem colorem, sed in quantum color, sed secundum album. Sic est circa motum equaliter velox est quod in equali tempore equale movetur tante magnitudinis in tali. Si vero aliud quod alteratum est, aliud autem ductum; equalis ergo hec alteratio et ista velox loci mutationi; sed inconveniens est. Causa autem est quoniam motus habet species, quare si in equali tempore ducta equalem longitudinem equivelocia

erunt, equalis rectus et circularis. Utrum ergo causa sit quoniam loci mutatio sit genus aut quoniam linea genus; tempus enim quidem semper idem est athomum specie; aut simul illa specie differunt. Loci enim mutationis species, in quo movetur.

Amplius autem per quod, ut si per pedes ambulatio, si alis volatio. Aut non, sed figuris alia loci mutatio est. Quare que in equali tempore secundum eandem magnitudinem moventur equivelocia sunt; sed idem indifferens specie et motu indifferens specie. Quare considerandum est que sit differentia motus, et significat ratio hec quoniam genus non unum aliquid est, sed circa hec latent multa. Quare equivocationum alie quidem multum distantes, alie vero habentes quandam similitudinem. Alie vero propinque aut genere aut similitudine. Unde non videntur equivocationes esse cum sint. Quando ergo altera est species, si eadem in alio aut si alia in alio aut quid terminus est aut quo discernimus quod idem album et dulce aut aliud? Quoniam in alio videtur altera aut quoniam omnino non idem.

De alteratione autem et quomodo est equaliter velox altera alteri? Si itaque est ipsum sanari alterari, est huic quidem velociter, alium autem tarde sanatum esse et simul quedam, quare erit alteratio equaliter velox. In equali enim tempore alteratum est. Sed quid alteratum est? Equale enim non dicitur, sed sicut in quantitate equalitas hic similitudo. Sed sit idem quod mutatur in equali tempore equivelox. Utrum ergo in quo passio aut passionem oportet comparare? Hic quidem ergo quoniam sanitas eadem sit, est accipere quod neque magis neque minus, sed similiter est. Si autem alia passio sit, quare alteratur quod sit album et quod sanatur, hiis nihil est idem neque equale neque simile. Aut iam est species hec alterationis et non est una, sicut neque loci mutationis. Quare considerandum est quot sunt species alterationis et quot loci mutationis. Si quidem ergo que moventur differunt specie, quorum sunt motus secundum ipsa et non secundum accidens, et motus differunt specie; si vero genere, genere; si vero numero, numero. Utrum ergo oportet ad passionem respicere si idem sit aut similis, aut equaliter veloces alterationes, aut in id quod alteratur, ut si huius quidem tantum album sit, huius autem tantum; aut in utroque, et aut ab eadem est aut alia passione; si eadem sit equalis aut inequalis, si illud inequale sit. Et in generatione et corruptione idem considerandum est quomodo equivelox generatio est. Si in equali tempore idem et indivisibile fit ut homo, sed non animal; velocior autem si in inequali alterum est. Non enim habemus aliqua duo in quibus alteritas est sicut est inequalitas. Aut si numerus substantia, plus et minus numerus specie similis. Equale est, sed equivocum non est et commune utrumque sicut passio plus autem excellens, minus quantum autem minus est.

Quoniam autem movens movet quidem semper aliquid et in aliquo et usque ad aliquid. Dico autem in aliquo quoniam in tempore, usque autem ad aliquid quoniam ad quantam aliquam longitudinem semper simul enim movet et movit, quare quantum aliquid erit quod motum est, et in quanto. Sit ergo A quod est movens, B autem quod motum, quanta autem mota est longitudo C, in quanto tamen est tempore in quo D. In equali ergo tempore equalis potentia in quo est A medietatem ipsius B duplicem ipsius C movebit, per ipsum autem C in medietate ipsius D. Sic enim analogia erit et si eadem

potentia b. in hoc tempore tantundem movebitur
et medietatem in medietate movebitur
et media virtus medium movebit
in equali tempore esse. Ut ipsius a. potentie
sit medietas que est ipsum c. ipsius b. et z. sit
medium. Similiter igitur habebit se et secundum
analogiam virtus ad gravitatem in
equali tempore movebit. Et equale et si est ipsum a.
movebit in ipso d. secundum c. non necesse
in equali tempore quod est in quo est d. duplum
ipsorum z. movere secundum medietatem ipsius
c. sed suo ipsum a. movebit b. in ipso
d. quanta est ipsum c. medietas ipsius
a. tantum in quo est c. ipsum b. non move
bit in tempore in quo est d. neque in aliqua
d. quod est ipsius c. secundum quod est analogia
a. ad totam c. sicut est a. ad c. Omnino enim si
contingit non movebit nullum. Sicut enim
tota virtus totum movet medietas
non movebit neque totam neque in quanto
libet tempore. Unus enim moveret
navem. Et quid in quolibet navem tra
hentium dividitur potentia in numerum
et longitudinem quam omnes moverunt.
Propterea zenonis ratio non vera est quod
sonet milii quolibet pars. Nichil enim prohi
bet non movere aerem in nullo tempore hunc
quem movit cadens totus modius.
Neque iam tantam particulam quam moveret
ut neque enim nichil eius est et aut potentia in
toto est. Si vero duo et utrumque ho
rum autem utrumque movet tantum in tanto et
componi posse compositum ex gravibus
equalem movebunt longitudinem et in
equali tempore. Sic namque est sicut et
in alteratione et in augmento. Aliquid
est augens quid. Aliquid autem quod
augetur. In quanto autem tempore et quan
tum aliud quid est augens. Aliud

vero quod augetur et alterans et quod alteratur
similiter aliquid est et quantum secundum ma
ius et minus alterata sunt. Et in quan
to tempore in duplo tempore et duplum in
duplo. Medium autem in medio tempore
aut in medio medium. Aut in equali du
plum. Si autem alterans aut augens quan
tum in quanto tempore augetur et alteratur non
necesse est aut medium in medio et in
spatio medio medium. Sed nichil
si contingit augmentabit aut al
terabit sicut et in gravi. Incipit liber oc
tavus. Utrum autem
factus sit aliquando motus
cum non esset prius et
corrumpitur iterum sic
quod moveri nichil sit
aut neque factus neque corrumpitur sed sic re
rat semper erat et hoc immortale
et sine quiete in est hiis que sunt velut vi
ta quedam natura subsistentibus omnibus
esse quidem igitur motum omnes affirmant
de natura aliquid dicentes propter id quod
mundum faciunt et de generatione et corrup
tione est in esse consideratione omnibus
ipsis quod impossibile est esse non sit motus sed
quicumque quidem infinitos esse mundos di
cunt et quosdam quidem fieri et quosdam
vero corrumpi mundorum semper dicunt
esse motum. Necessarium est generationes et
corruptiones esse cum motu ipsorum.
Quicumque autem unum et non semper et de
motu apponunt secundum rationem. Si igitur
contingit aliquando nichil moveri dup
liciter necesse est hoc accidere. Aut enim sicut
anaxagoras dicit. Inquit enim ille similiter
omnibus existentibus in infinito tempore
motum facere intellectum aut distin
guisse. Aut sicut empedocles in parte mo

veri iterum quiescere moveri quidem cum amici
tia ex multis faciet unum. Aut cum
discordia multa ex uno. Quiescere
autem in mediis temporibus dicens sic. In
quantum quidem ex pluribus unum didicit apta
fieri in quantum autem iterum ex uno geminato
to plura perficiunt sic quidem fiunt et
et nullo modo ipsis est secundum unum. Sic autem per
mutantur. Neque simul perficiuntur. Sic autem
semper sunt immobiles secundum circulum.
Hoc enim quod sic permutatur. Ab hinc
utique dicere ipsum opinandum est. Considerandum
autem est igitur de hoc quomodo se habet. Proper
enim est non solum ad nature considerationem
scire veritatem sed ad scientiam de principio
primo. Incipiamus autem ex diffinitis
a nobis principiis in physicis. Dicimus
igitur motum esse endelechiam id est actum
mobilis secundum quod est mobile. Necesse igitur ex
istere res possibiles moveri secundum unumquemque
Hec in a quidem tempore toto alba, in b autem
non alba; in c ergo album et non album; in
quolibet enim ipsius a verum est dicere album,
si omni hoc erat tempore album, et in b non
album; c autem est in utrisque. Non ergo dan-
dum est in omni, sed preter ultimum nunc
in quo est c. Hoc autem iam posterius est. Et si fi-
ebat non album et si corrumpebatur al-
bum in a omni, factum est et corruptum est in c.
Quare album et non album primum in illo
verum est dicere, aut cum factum est non erit, aut
cum corruptum est erit. Aut simul album et non album

et omnino esse et non esse necesse est. Si autem quod
erat prius non esse necesse est cum est et ip-
sum cum fit non est, fit et non possibile est in a-
thoma tempora dividi tempus. Si enim
in a tempore d quidem fiebat album, fac-
tum autem est simul et est in altero indivisibili
tempore habito in tempore b; si autem cum in a fie-
bat non erat, nec in b vero est, oportet esse a-
liquod medium generationis et tempus ergo in quo fac-
tum est; non enim eadem ratione erit et in athoma
non dividentibus. Sed ipsius in quo fie-
bat temporis ultimum fiebat, factum est et est in ul-
timo signo, cui nichil est habitum neque con-
sequenter; sed indivisibilia tempora non
consequenter sunt. Manifestum est autem quia
si in athomo tempore fiebat, non est plus tempus
in quo factum est et fiebat quam in quo
fiebat solum omni. Quibus itaque igitur ali-
quis tamquam propriis credat convenien-
ter rationibus, hec et huiusmodi quedam sunt. Ra-
tionabiliter autem intendentibus et ex his
videbitur aliud accidere. Omne
enim quod movetur continue, si a nullo per-
cutiatur, in quod quidem venit secundum
loci mutationem, in hoc et ferebatur
prius, ut si in b venit, et ferebatur
in b, et non cum prope erit, sed mox ut
incepit moveri; quid enim magis nunc
quam prius? Similiter autem et in aliis. Quod igitur
ab a fertur cum in c venerit iterum
veniet in a, cum continue movetur. Cum
ergo ab a in c ferebatur, tunc
et in a fertur secundum motum qui est a c;
quare simul contrariis sunt; contra-
rii enim sunt secundum rectitudinem. Si-
militer autem et ex hoc mutat in quo
non est. Si igitur hoc impossibile est, necesse est sta-
re in c. Non ergo unus motus est
ab a in c et c in a. Reditus enim

status non est unus. Amplius ex hiis magis
est universaliter magis de omni motu. Si enim
omne quod movetur movetur in aliquo dictorum mo-
tuum et quiescat aliqua oppositarum qui-
etum; non enim erat alter motus preter istos;
quod autem non semper movetur hoc motu (dico autem
quecumque sunt altera specie, et non si aliqua pars
est totius), necesse est prius quiescere oppo-
sitam quietem; quies enim privatio
motus est. Si ergo contrarii quidem sunt
motus qui sunt secundum rectitudinem,
simul autem non contingit moveri con-
trarios, quod ab a ad c fertur non utique
fertur simul ab ipso c ad a. Quoniam
autem non simul fertur, movebitur autem hunc
motum, necesse est prius quiescere ad c;
hec enim opposita sunt quies que est
ab ipso c motui. Manifestum igitur ex hiis
que dicta sunt quoniam non est continuus motus.
Amplius autem et hic ratio continua et magis
propria est. Hec que dicta sunt simul corrup-
tum est non album et factum est album. Si igitur con-
tinua est alteratio ad album et ex non al-
bo et ex albo ad non album, et non manet
aliquo tempore, simul corruptum est non
album et factum est album et factum est non
album; trium enim erit idem tempus. Amplius
si continuum est tempus et motus, sed con-
sequens est. Quomodo ergo erit ultimum con-
trariorum ut albedinis et nigredinis? Que
autem est circularis erit unus et continuus;
nullum enim impossibile contingit. Quod enim
ex a movetur simul movebitur in a
secundum eandem appositionem; in quod enim veni-
et et movebitur in hoc; sed non simul mo-
vebitur per contrarios nec opposi-
tos. Non enim omnis qui est in hoc ei qui
est ex hoc contrarius est nec oppon-
itur, sed contrarius quidem est qui in

recto est. Hic enim est contrarius secundum locum
uel secundum diametrum. Distat enim
plurimum oppositus. Cum autem est qui in eo
secundum eandem longitudinem quid mechi
prohibet continue moueri et nullum
tempus deficere circularis, quidem enim
motus ab eodem in id. Rectus autem
ab eodem alio in aliud et si quidem est
in circulo nequaquam in eisdem est; si uero
secundum rectitudinem multotiens in eisdem.
Quicquid igitur semper in alio et alio fit
contingit moueri continue, quod uero
in eisdem multotiens non contingit ne
cesse enim est simul contrarios. Quare nec
in semicirculo nec in alia circulatione
in una contingit continue mo
ueri. Multotiens enim necesse esset eadem mo
ueri et contrarias mutari mutationes. Non
enim copulat principio finem. Que autem
est circularis copulat et solus est per
fectus. Manifestum autem ex hac diuisio
ne quoniam non contingit nec alios mo
tus continuos esse. In omnibus enim
accidit eadem moueri multotiens ut in
alteratione media et in eo qui est
in quantitate secundum mediam magni
tudinem et in generatione et in corruptio
ne. Nichil enim differunt pauca
aut multa media facere in quibus est mutatio, uel
medium ponere aliquid aut auferre;
utrobique enim accidit eadem moueri
multotiens.

Manifestum igitur ex hiis est quod nec phisi
logi bene dicunt omnia sensibilia
moueri dicentes semper. Moueri enim necesse est
aliquo horum motuum et maxime secundum
illos est alterari. Fluere enim dicunt sem
per et corrumpi. Adhuc autem generationem
et corruptionem alterationem dicunt. Ratio

augen.

autem est nunc dicta uniuersaliter de omni motu quod
non secundum unum motum contingit mo
ueri continue, extra de circulo. Quare nec
secundum alterationem nec secundum augmen
tum. Quod quidem igitur neque infinita sit mutatio
neque una, neque continua extra circu
larem motum, sint hec dicta nobis. Quod
autem motus circularis primus sit
manifestum est. Omnis enim secundum locum
motus sicut prius diximus aut circulo
aut in recto aut in mixtus est. Hos autem
necesse est priores esse illo; ex illis enim
constituitur est. Recto autem circularis
simplex enim et perfectus magis est. In
finitum enim quod non est rectum fieri; sic enim
infinitum non est; sed neque si esset moue
retur utique nichil. Non enim fit impossibile. Tran
sire enim infinitum impossibile est. Infi
nito autem recto reflectens quidem
compositus est et duo sunt motus; non
reflectens autem imperfectus et corrup
tus est prius et natura et ratione et tem
pore. Perfectum quidem imperfecto, cor
ruptibili autem incorruptibile.
Amplius prius est quem contingit
perpetuum esse non contingenti. Circula
rem ergo perpetuum contingit
esse. Aliorum autem neque loci mutationem
neque aliam quidem contingit unum
perpetuum esse. Statum enim oportet fieri. Si autem
status est corruptus est motus. Ratio
nabiliter autem accidit circularem
unum esse et continuum et non rectum.
Eius enim quod quidem est in recto deter
minatum est et principium et medium
et finis et omnia habet in seipso. Quare
est unde incipiet quod mouetur et ubi finiet.
Circa fines enim omnes quiescit omne
aut unde aut ubi. Circulares

autem indeterminate sunt. Quid enim
magis quibuslibet terminus huius que sunt
in linea. Similiter enim unumquodque et principium
et medium et finis est, quare semper quodammodo in
principio et medio et fine et non aliquando erit.
Unde mouetur et quiescit quodammodo. In spera
eadem enim continet locum eandem autem est
quod omnia hec accidunt centro. Prin
cipium enim et medium magnitudinis
et finis est. Quare propter id quod est hoc extra circula
tionem non est ubi quod fertur quiescat.
Sicut in recto semper fertur circa me
dium, sed non adueniunt propter ipsum. Hic mo
uendo semper quiescit quodammodo
totum et mouetur continue. Accidit autem
conuersione, quoniam mensura motuum est
loci mutatio. Primum necesse est ipsum esse.
Omnia enim mensurantur primo et quare me
sura primus est aliorum est. Amplius
et regularem contingit solum cir
cularem esse. Que enim in recto sunt a
principio irregulariter feruntur
et ad finem. Omnia enim quanto quidem
distant plus a quiescente feruntur
uelocius. Circularis autem solius non
principium nec finis in se ipso aptum
natum est fieri sed extra.

Quod autem secundum locum mutatio
prima motuum est testantur omnes
quicumque de motu fecerunt memo
riam. Principia enim ipsius tradide
runt mouentibus huiusmodi motum. Disgre
gatio enim et congregatio motus secundum
locum sunt. Sic enim mouetur concor
dia et discordia. Hoc quidem enim dis
gregat, illud autem congregat. Ipsorum autem
intellectum dicit Anaxagoras disgregationem
mouentem primum. Similiter autem et quicumque
quod huiusmodi nec unam causam dicunt, propter id quod

in uacuum natura moueri dicunt. Et namque
hii secundum locum motum moueri na
turam dicunt. Motus autem propter uacuum loci
mutatio est et sicut in loco. Aliorum autem nec u
num inesse primis sed que sunt ex hiis existimant
augmentari enim et corrumpi et al
terari congregatis et disgregatis athomis
corporibus dicunt. Eodem autem modo quicumque
quod propter densitatem aut raritatem dicunt ge
nerationem et corruptionem. Congregatione
enim et disgregatione hec componunt. Am
plius autem preter hos animam causam facientes
motus. Ipsi enim seipsum principium mo
uens esse dicunt eorum que mouentur. Moue
bit autem animal et omne animatum secundum seipsum
motum qui est secundum locum et proprie. Aut mo
ueri dicimus solum quod mouetur secundum locum motum. Si
autem quiescat quidem in ipso augetur
autem aut detrimentum patietur aut
alterari contingit quodammodo mo
ueri. Simpliciter autem moueri non dicimus. Quod qui
dem igitur semper motus erat mouetur in tempore
et quod est omnis principium perpetuum motus adhuc
autem quis motus primus et quem motum
perpetuum contingit solum esse et primum
mouens quod immobile sit dictum est. Quod
autem necesse est impartibile esse hoc nunc habere mag
nitudinem nunc dicemus primum de
oribus ipso opponentes. Horum autem unum
quod est quod impossibile est nullum finitum mouere
infinito tempore. Tria enim sunt quod mo
mouens in quo tamen tempore. Hec autem infi
nita omnia aut omnia finita sunt, aut
quedam, aut duo aut unum. Sit ergo a
mouens quod autem mouetur b, tempus infinitum
in quo c. Ipsum itaque d mouet aliquam
partem ipsius b quod est in quo est e. Non
igitur in equali ipsi c. In pluri enim maius quod
non est infinitum tempus quod est ipsius z. Sit

itaqȝ ipi·d· apponens·auferam ip
·a· ipi·c· ⁊ ip·b· tpe aū n̄ auferam
semp remouens eq̄le· Infinitū enī
n̄ ē· qr̄ omn̄s·a· totum·b· mouebit
in finito tp̄e ipius·c· n̄ ergo p̄le ē
a finito motū mēsurari scdm infinitū
motū q̄ quid ḡ n̄ ᵓtingit finitum
ī infinito motū tp̄e manifestū ē· Q̄
aū oīo infinita magnitudine n̄ ᵓ
tingit ī finitā eē potentiam ex hiis ma
nifestū ē· Sēt enī plus pō sp eq̄le ī
minori faciens tp̄e· aut calefaciens
aut dulce inferens aut piciens ⁊
oīo mouens· nc̄ce ē ergo ⁊ a finito
quid infinitā hn̄ti pōam pati ali
quid patiens ⁊ plusq̄m ab alio· pl̄
enī ē infinita pōa· Cat n̄o n̄ ᵓ
tingit tpe ipm eē nullū· sit enim
in quo ē·a· tpe in quo infinita uis
calefacit· aut depellit in quo ē·a·b·
aut finita q̄da ad hanc maiorē acci
piens sp finitā unigā aliq̄n ad id q̄
in·a· tp̄e motū erit ad finitum sp
addens aliquid ē excellens omē fini
tū ⁊ auferens deficiens sit in eq̄li
ergo tp̄e mouebit finita ipi infini
te· h̄ aū ē impōle· nullū finitū itaqȝ
contingit infinitā hr̄e pōam sed
tn̄ nec in finitū finitam ⁊ tn̄ eodem
sit ī minori magnitudine plurimam
pōam eē ȝ ad huc mag· in maiori
plurimam aū pōam· Sit ergo in quo
ē·a·b· infinitū· ȝ b·c· hn̄s pōam aliq̄m
q̄ ī aliquo tp̄e moȝ ipm·d· in quo ē
pore·e·z· Si aūt ipius·b·c· duplam
accipio· ī medio mouebit tp̄e ipius
·e·z· Sēt ⁊ enī eadē pportō· qr̄ in·z·
·t· mouebit· ergo sic accipiet sp·a·
·b· q̄ nequaq̄ transibit tp̄e aū dato

sp minorem accipiam· Infinita ḡ
pō erit· oēm· n· finitā excellit pōam
oīs aū finite pōe nc̄ce ē finitū eē tē
pus· Si enī in quodā tali maior in
minori quid determinato aut mo
uebitur tp̄e scdm ᵓuersionē pro
porcōis· Infinita aū omīs opōa ē
sic multitudo ⁊ magnitudo ē excel
lens oē finitū· ē aū ⁊ h̄ demōrare
alit· accipiemus eī q̄dam pōam e
andē in gn̄e ei q̄ ē in finita magni
tudie· infinita magnitudie excel
tente finita magnitudie q̄ men
surabit ꝓ q̄ ē in infinito finitam
pōam· Q quidē ḡ n̄ contingit ī in
finitā pōam eē infinita magnitu
dic· nec finitā in infinita ostensū
est ex hiis·

De hiis aū q̄ ferunt̄ vn̄ sehr
dubitare q̄dam dubitatōne
primū sicut omē q̄ mō mouetur
ab aliquo q̄ cunctqȝ n̄ ipa se ipa mo
uent quomō moueant̄ aliq̄ ab aliq̄
ptū ip̄ mouere ut pieda· Si aū
simul moȝ ⁊ aliud aliquid mouens
ut aere qui motus moȝ· sic im
p̄le ē ꝓ n̄ contingente nec moue
te motū· ȝ simul oīa motū ⁊ qui
escere cū primū mouens quiesc
at ⁊ si facit· ȝ sic lap ut mō q̄ mo
uet nc̄ce ē motū· h̄ quid dēc q̄d
primū mouens facit p̄le ē aliquid
moue q̄ moue aut ut aerem h̄
modi aū aq̄· aut aliud aliquod
tale q̄ aptū natū ē ⁊ moue ⁊ mo
ui· ȝ n̄ simul pausat mouens ⁊
q̄ mouetur· ȝ q̄ mō quid simul
quid ᵓmouens cum quiescat· mo
ue mouens aū ad huc ē· vnū mō

cum alio h̄itū ⁊ in hoc eadē rō ē· pā
sat aū cū minor pōa mouente fiat
in h̄ito sinis aut quiescat· cum n̄ am
p facit pimū mouens ȝ q̄ mō solū
h̄ aū simplr̄ pausare nc̄ce ē· mouēs
aliud q̄ aū mō totū ⁊ motū· hoc q̄
dem igit̄ in cotingētibȝ aliquando
motū aliqū quiescit̄ fit motus
⁊ n̄ continuus· ȝ ut̄ aut ei conse
quēt ē cor q̄ sunt aut tangētiū
ē· n̄ eī unū ē mouens· ȝ h̄ita ad
inuicē sūt· vn̄ ⁊ in aere ⁊ in aq̄
sit h̄i mot̄ quē dīt quidā ipse ē
enī alit̄ solue opposita nisi dicto
modo· aut simul omīa motū fac
⁊ moue· qr̄ ᵓquiescat· nūc aū ut̄
unū aliq̄ q̄ mō ᵓtinue a quolibȝ
n̄ enī a se ipo· Q̄m aū in hiis q̄
sūt nc̄ce ē sp motū eē ᵓtinuū· hoc
aū unus ē· nc̄ce ē aū unū magni
tudinis q̄ aliquā eē· n̄ aū mouet
impartibile ⁊ unius ab uno n̄ enī
eēt continuū ȝ h̄itus alt̄ alti ⁊ di
uisus mouens ḡ finitū ē aū cum
mō moȝ· aut īmobile ē· siquidē
mō ᵓsequi oportebit ⁊ mutare
ipm· simul aū motū ab aliquo·
qr̄ stabit ⁊ ueniet ī ipm motū
ab īmobili· hoc aū n̄ nc̄ce ē ᵓmu
tare· ȝ sp q̄ potēt moue infatiga
bile enī ē hoc moue ⁊ regularis
h̄ mot̄ ē· hic aū ē solus aut maxīe
n̄ h̄t enī mutatōnē nᵓinā mouēs
oȝ aū nec q̄ mouetur ut̄ illud
hr̄e mutatōnē q̄terius simul sit
motus nc̄ce ē aū aut ī medio aut
in circulo eē· hoc enī principia sī·
Sȝ citius mouent̄ mouētiū proxi
ma· h̄i aū ē totius motus ⁊ bieē

ḡo ē mouens·

Habet aū dubitōnem si contingat
aliq̄ q̄ mō motū continue sed
n̄ sic impellens iterū ⁊ itū conseq̄
n̄ eē continue· aut enim ipm oȝ
impellere aut retrahere aut utrū
qȝ aut alim aliq̄ ab aliquo sicut
olim dcm̄ ē in hiis q̄ proiciunt̄ si aer
cū diuisibilis ē aer aut aq̄ mouet
ȝ sic sp mot̄ utrobiqȝ aū n̄ p̄le est
motū unū eē ȝ h̄itum· Solucita
q̄ continuus ē quē moȝ īmobile
sp enī silr̄ se hn̄s ⁊ ad id q̄ mō silr̄
se hebit continue·

Determinatis aū hiis manifestū ē
q̄ impōle ē primū mouens ⁊ ī
mobilem hr̄e aliq̄m magnitudinē
si enī hr̄ magnitudinē nc̄ce ē sim
plr̄ ipm eē aut finitū aut infini
tum· Infinitū quidē ḡ n̄ conti
git magnitudinē eē ostensum ē
prius in phisicis q̄ aut ē finitum ī
possibile ē hr̄e infinitam pōam
⁊ q̄ impōle ē a finito motū aliquid
scdm infinitū tpe demonstratū
ē prius· primū aū mouens ꝓpetuū
moȝ motū ⁊ in infinito tp̄e· mani
festū ē itaqȝ q̄ indiuisibile ⁊ imp
tibile ē nullam hn̄s magnitudi
nē·

Explicit· lib aḱ· de phisico auditu

aut

successione

Incipit liber de celo et mundo

Summa cognitionis nature et scientie ipsam significantis in corporibus existit et in reliquis magnitudinibus et in passionibus et motibus eorum et in principiis omnium que huius nature sunt similia. Quod est quia rerum naturalium quedam sunt que sunt corpus et magnitudo et alie sunt que sunt principia rerum que habent corpora et magnitudinem. Et continuum quidem est separabile in res suscipientes divisionem receptione que est semper. Corpus vero divisibile est in omnes divisiones magnitudinis. Magnitudinum autem quecumque habet divisionem unam est linea, et que duas habet est superficies, et que tres, ista est corpus. Preter ista autem non est magnitudo alia. Quoniam res omnes sunt tres et dividuntur in tres divisiones. Et similiter dixerunt omnes pytagorici quod totum et res terminantur tribus divisionibus: fine et medio et principio. Et hic quidem numerus est omnis rei et significat trinitatem eius. Nos vero non exhibuimus hunc nisi ex rerum natura et retinuimus ipsum legi earum similem. Et per hunc quidem numerum adhibuimus nos metipsos magnificare deum unum creatorem eminentem proprietatibus eorum que sunt creata. Nos autem nominamus huiusmodi nominatione ut dicamus quod nominantur duo [uni] duo numeri et duo viri duo viri. Sed non dicimus omnes nec totum quod ponimus secundum omne et totum tria imprimis. Nos enim venimus illud ita quoniam natura apta natura ea tales faciat et imitatur nos tales eas operatione sicut narravimus nuper. Dico autem itaque quod res et totum et completum non diversificantur in forma, sed cum diversitas est in materia et accidente cuius ergo illud sit secundum quod sunt. Iam ergo manifestum est nunc quod corpus est solum completum et completus omni divisione quod est quia ipsius terminant tres divisiones. Reliquarum autem rerum alie sunt quarum divisiones habent duas et alie eorum habent unam et quemadmodum est casus divisionum secundum eas sic est casus continuitatis et separationis secundum eas etiam. Quod est quia quedam est divisio una nominata continua et alie sunt due divisiones nominantur separata. Corpus vero recipit utraque nomina simul. Et dico itaque quod omnis magnitudo separabilis procul dubio continua est etiam. Quod enim omne continuum divisibile sit non est ad hunc nobis sermo hic. Quod autem iam notum sit et manifestum quod non est possibilis permutatio ad aliud genus sicut linee ad superficiem et superficiei ad corpus. Nam si esset ita ad permutationem aliam tunc corpus non esset magnitudo completa, ergo esset diminuta. Nam non est permutatio nisi in diminuto necessario. Non est autem possibile ut sit completum diminutum quoniam separatur in omnes divisiones. Reliquorum autem corporum que sunt sicut corpora in formis sunt completa unumquodque quia secundum dispositionem suam sicut dixi in summo completionis. Et cum completum non est nisi una divisio completionis, quod est quia unumquodque eorum habet tres divisiones; verumptamen est ei terminus que tangit aliquod corporum quod ei mensuratur ipsum sicut ergo ipsum illud unumquodque corporum multa secundum dispositionem suam. Totum autem corpus cuius corpora ista sunt partes est completum non diminutum necessario et est quod eius nomine significavimus totum necessario significans sempiternum et non est quibusdam rebus totum et quibusdam non totum. Et ergo quod dicam in futuro naturam totius et utrum sit ei finis in magnitudine et spissitudine.

Nunc autem volo rememorari speciem totius divisarum per formas suas et ponam principium sermonis mei huic ita. Pono quidem quod omnia corpora naturalia et magnitudines moventur per se motu locali quia est quod dicimus quod natura est principium motus in eis. Omnis autem motus qui fit in loco aut est motus equalis aut circularis aut compositus ex hiis ambobus. Hii autem duo motus sunt simplices tantum et illius quidem causa est quod corpora simplicia sunt ista duo in alia secundum formam piramidis longitudinem et circulare. Motus autem circularis est ille qui est secundum medium. Equalis motus est cuius terminus est aut deorsum aut sursum. Et ego quidem non significo per sermonem meum sursum nisi motum qui est ex medio et significo per sermonem meum deorsum motum qui fit ad medium. Manifestum igitur nunc quod omnis motus simplex aut ex medio aut ad medium aut secundum medium. Et sermo quidem meus hic sequitur sermonem quem nuper diximus quod corpus est compositum ex tribus dimensionibus quod ipse sunt motus corporis tres. Et ideo dico quia quedam corpora sunt simplicia et quedam composita ex simplicibus. Et non significo per corpus simplex nisi omne corpus in quo est principium motus naturalis sicut ignis et terra et que sunt secundum utrorumque formas et que sunt de genere utrorumque. Tunc sunt igitur tertium motuum. Alii qui sunt simplices et alii qui compositi necessario. Et sunt motus qui sunt corporum compositorum diversi. Verumptamen motus eorum est per motum corporis simplicis vincentis super ipsum. Et dico itaque quod cum sit motus equalis simplex et motus circularis simplex et corpus simplicis motus simplex et est motui simplici corpus simplex, quod si inveniatur corpori composito motus simplex, est ille motus corporis existentis simplicis in ipso quod dominatur super ipsum. Iam ergo nunc manifestum per ea que diximus quod est corpus simplex necessario quod movetur natura sua motu circulari. Et dico itaque quod possibile est ut moveatur corpus quoddam motu accidentali. Ergo manifestum est quod est corpori alius motus naturalis. Preterea quod sit possibile ut sit illi corpori naturalis terminus. Et dico itaque quod motus naturalis est contrarius motui accidentali et in canone maiore quod est contrarius unius unum. Et quia motus circularis est simplex. Si ergo non est iste motus naturalis in corpore quod movetur in ipso accidentalis procul dubio et hoc corpus quod movetur hoc motu circulari aut est ignis aut est aliquod corpus ex corporibus huius generis. Iam ergo est motus eius contrarius motui circulari nuper. Et dixi quod unius est contrarius unum. Et ergo motus qui est in sursum contrarius motui qui est deorsum et non est contrarius motui circulari. Si ergo corpus aliud preter hec corpora de quorum rememoratione eum

equalis simplex motus

cuati sunt in motu circulari per
accidens tunc procul dubio est ei motus
alius naturalis. Iam autem exivit quod impossibile
est esse quod est quia aut motus sursum est
aut ignis aut aeris aut est motus
deorsum et est aut aque aut terre. ¶ Et
dico tamen quod motus circularis est primus
motuum necessario quoniam completum et perfec-
tum est ante diminutum et primum est ei a pri-
oritate naturali et quod circularis est com-
pletior et perfectior de lineis autem rec-
tilineis nec aliqua completa neque sic est ei
finis neque si non habet finem quod est quia linee finis
est diminuta non completa quoniam non est com-
plementum neque finis complementum non habet
complementum et finem. Quare sic est ei finis est di-
minuta. Item quoniam ipsi in est aliquid
servans eam et continens ipsam possibi-
le est ergo ut addatur et crescat in
omnes partes augmento et additionibus.
¶ Nos enim redimus iterum et dicimus quod si
est motus primus ipse est corporis prius naturaliter
et est motus circularis motum equalis
prius et est motus equalis corporibus sim-
plicibus sicut ignis procedenti sursum in cel-
sum equali et similiter est descensus corporum ter-
restrium descendentium inferius. Sed adme-
dium. ¶ Est et procul dubio tamen motus
circularis quibusdam corporibus simpli-
cibus. Nos autem iam nuper diximus quod corpora
composita sunt a prima compositione existentia in
ipso mutent se ipsum. Iam ergo manife-
stum est nunc et manifestum per illud quod diximus
et aggravamus propositionem quod hic est corpus
aliud et substantia preter corpora que secuntur
nos et est substantia et est corpus nobile sublime
altissimum et est primum honorum corporum
omnium. ¶ Si autem aliquis dixerit quod omnis
motus aut est naturalis aut accidentalis

talis. Et quod motus qui est quibusdam
corporibus naturalibus naturalis est a-
liis accidentalis sicut motus intendens sur-
sum et motus descendens deorsum
quod est quia motus sursum ascendens est na-
turalis quibusdam corporibus et accidenta-
lis aliis. Igni quidem naturalis est terre ac-
cidentalis et similiter motus descendens
deorsum quoniam ipse est terre naturalis et ig-
ni est accidentalis necessario ulterius dicat tamen
quod motus circularis qui est istis corporibus
accidentalis tunc non est dubium quin ip-
se sit alii corpori naturalis. ¶ Dico au-
tem quod si est motus circularis naturalis
tunc manifestum est et clarum quod est aliquod ex
corporibus simplicibus prius quod movetur
motu circulari naturali sicut est
motus ignis sursum et sicut motus
ignis sursum et sicut motus terre deor-
sum. Si ergo motus corporum que
moventur motu circulari non est nisi
accidentalis tunc hoc est mirum extra ratio-
nem omnino ut sit motus accidentalis con-
tinuus omnino cum non est finis neque extre-
mitas cum testificetur visus contra-
rium illius quoniam nos videmus res acci-
dentales corrumpi et finiri veloci-
ter. ¶ Et dico tamen quod si res que
movetur motu circulari est ignis sicut
est sermo quorundam tunc est accidentalis
ei quoniam non videmus motum ignis ince-
dere nisi ex medio sursum incessu
equali. Potest autem sillogizari existentibus rebus
quas diximus omnibus sillogizare
sic sillogismo. Causa sed quod est hic corpus aliud
preter hec corporalia que secuntur nos
et continens nos et separatum ab hiis
et cuius natura est nobilior naturis
eorum sicut est longitudo eius ab eis et

elevatio ipsius super ea. ¶ Iam ergo ma-
nifestum est nunc per ea que narravimus ex pro-
positis et per ea que posuimus ex narra-
tionibus quod primum corpus nobile ex
motu circulari non habet gravitatem
neque levitatem. ¶ Convenit ergo no-
bis ut ostendamus quid intelliga-
mus per grave et leve dicendo utriusque
nunc sicut indigemus utriusque in hoc
loco in quesito autem sufficientes erimus
hic de utrisque. Si deus voluerit in sermone
postquam posuerit certitudinem substantiam utri-
usque. Ponamus ergo nunc grave
descendens ad medium et leve ascen-
dens a medio et ponamus tamen grave ul-
timum in gravitate subsidens sub
rebus omnibus descendentibus deorsum et
leve ultimum in levitate scilicet res supe-
riorem sit omnis res ascendentes sursum.
Si ergo secundum quod diximus nunc omne
corpus incedens sursum aut deorsum
habet procul dubio levitatem aut gravi-
tatem aut gravitatem et levitatem si-
mul non per intentionem unam sed per com-
parationem aeris ad aquam et aque ad terram.
¶ Iam ergo nunc manifestum est iterum
quod non est possibile ut sit corpori rotundo le-
vitas neque gravitas quoniam non est possibile ut
moveatur ad medium neque a medio
motu naturali neque motu accidenta-
li quod est quia incessus eius non est per natu-
ram quoniam non est ille incessus unius cor-
porum simplicium. Incessus enim
qui est secundum hunc exemplum est ipse et illud
cuius res una. Si ergo incessus cor-
poris rotundi est incessus accidenta-
lis tunc est incessus eius deorsum in-
cessus accidentalis et est incessus eius sur-
sum incessus naturalis. Tunc autem

ut proportione

incessus eius sursum est incessus acci-
dentalis et est incessus eius deorsum incessus
naturalis. Iam ergo premisimus et di-
ximus quod motus contrariorum quorum unus
est naturalis et alter accidentalis procul
dubio. Corporali autem rotundo non est
contrarium omnino. ¶ Et dico tamen quod lo-
cus incessus totius rei est locus inces-
sus partium eius sicut terre totius et glebe
uniuscuiusque utriusque enim non vadunt
nisi ad locum unum et est medium. Si
ergo hoc est secundum quod diximus tunc non
est dubium quod corpori rotundo non sit
gravitas neque levitas omnino quod est quia si le-
ve aut grave esset possibile esset ut incederet
ad medium aut a medio. Iam ergo
manifestum est tamen quod iterum quod corpus
rotundum primum non est possibile ut move-
atur motu accidentali neque descendere
deorsum. Non ergo possibile est ut move-
atur tamen motu alio accidentali neque
cum totalitate sua neque in aliqua suarum
partium quoniam sermo in toto et in parte est
sicut diximus nuper.

Convenit autem nobis ut dicamus
etiam quod hoc corpus nobile non
fabricatum neque generatum ex aliquo et
non cadit sub corruptione neque recipit
augmentum neque diminutionem neque mutatio-
nem neque alterationem quod est quoniam omne genera-
tum non est generatum nisi ex aliquo
existente fabricato quod est contrarium
ei et non fit corruptio omnis rei que cadit
sub corruptione nisi ex aliquo ente
fabricato quod est contrarium ei et redit apud
corruptionem ad contrarium suum et nos
quidem iam diximus in tractatibus
qui preterierunt quod incessus corporum
contrariorum sunt contrarii tamen. Si ergo

hoc est secundum quod diximus nunc tamen primo contrarium corpori omnino quoniam non est motus circulari motui qui sit contrarius. Etiam ergo bene egit natura que fecit hoc corpus nobile non generatum et elongavit ipsum a contrariis generationis eius et corruptionis fuit contrariis procul dubio. Et dico etiam quod omnis res que nascitur et augmentatur et omnis res que corrumpitur non crescit et corrumpitur nisi ex re simile sibi que additur ei et coniungitur quod preparatur corruptioni ad naturam eius. Corpus autem primum nobile non est ex aliquo omnino. Si ergo non recipit augmentum diminutionem tunc propter illud et iterum non suscipit mutationem neque receptionem. Mutatio enim est motus in qualitatibus. Et qualitates quidem sunt dispositiones et habitus que non sunt mutatio alterationis in privatione sicut sanitas et infirmitas, scilicet albedo rubea ut species quas nominavit. Et videmus quod omne corpus ex corporibus naturalibus alteratur alteratione impermanente per quam recipit additionem et diminutionem sicut corpora animalium et partes sue et plantarum et partes sue et similia. Alteratio eorum permutatorum adinvicem. Et dico etiam nunc si corpus rotundum non est possibile ut recipiat additionem neque diminutionem tunc similiter est quoniam recipit mutationem neque alterationem. Quia ergo hoc corpus nobile sempiterne fixionis est, propter illud etiam exercens quod non recipit additionem neque diminutionem neque proficit neque minuitur neque ingreditur ipsum vetustas neque mutatio neque susceptio impressionis, et hoc quidem manifestum parentis ostensionis est per illud quod dixi ab illum qui sufficit et recipit et considat ex antecedentibus rationibus. Et attestatur sermo hoc etiam et sensus et visus attestatur. Idem scilicet quod omnes homines conveniunt in loco huius corporis nobilis quod est locus spiritualium scilicet greci et alii ex gentilibus qui confitentur deum et eius potestatem creandi et non confitentur illud nisi quoniam res superior quoniam non cadit corruptio neque ingreditur eam remotio. Oportuit ut sit sicut est in loco qui non minuitur neque corrumpitur neque permutatur neque alteratur neque removetur. Sed oportet ut sit sicut est in loco ut careat diminutione et additione et corruptione et remotione et alteratione et non est possibile ut sit divisum esse eius esse eius quod diximus et bene dixerunt in illo quoniam est corpus nobile sempiterne fixionis.

Iam ergo determinavimus nunc et exposuimus sermone sufficiente in prima summa corporum et testificati sumus in illo per visum et sufficit nobis illud sicut possibile est sufficere in illo sufficientiam et completam quod est quia non removetur hoc corpus nobile scilicet celum sicut celum omnibus preteritis et temporibus preteritis non est quod hereditaverunt illi qui fuerunt in successionibus adinvicem fixum secundum dispositionem suam non mutatur neque alteratur neque in totalitate sua neque in aliqua suarum parvarum omnino. Et illud quidem nisi est omnibus philosophis et eo convenerunt sicut illud secundum similitudinem meam et dixerunt quod corpus est primum in eo sicut est sermo ut non semel nec bis sed multotiens et venerunt in illo sine eorum ad nos quod est quod inducunt et dixerunt quod corpus primum est preter terram et preter aquam et preter aerem et preter ignem et nominaverunt illum locum sublimem altissimi ethera propter durationem operis sui quod est quia est sempiternum motus quod est velocior eius fixum stans cum non est duratio neque mutatio neque operatio neque alteratio in semet ipso neque corruptio neque remotio quoniam accidit eius. Anaxagoras autem non utitur hoc nomine secundum intentionem suam et veritatem suam quod est quia nominavit ignem etiam ethera errant in sermone suo. Manifestum est ergo nunc et planum per illud quod diximus quoniam non est possibile ut sint termini plus corpore amplianti maior eo quod diximus. Nos autem diximus quod motus corporis simplicis est simplex in motu suo necessario et diximus etiam quod motus simplices sunt isti sunt duo motus equalis et motus circularis etiam et quod motus equalis comprehendit duos motus. Aut enim est ad medium aut est a medio et non est motui circulari contrarium omnino. Post autem in illo aspiciens sufficienter per illud propter res multas quarum prima est quod si nos posuimus motui circulari contrarium erit motus rectus dignior ut sit contrarius motui autem contrarius et est ille qui accipitur in interiori parte circuli et motus gibbosus est qui accipitur secundum dorsum circuli secundum contrarius est et est contrarium motui equali in forma sua et compositione sua. Sicut enim invenimus motui equali motum contrarium per istos tunc procul dubio erit circuli contrarii multorum dico quod motus equales contrarii sunt ipsi adinvicem propter loca sua. Sursum enim et inferius sunt duo nomina cadentia secundum diversitatem locorum et positionem contrarietatem. Cum ergo dicat quod sermo in motu equali et circulari est universaliter quod est quia motus qui est ex a ad b est contrarius motui qui est ex b ad a et non sequitur per sermonem suum nisi quia motus equalis habet finem circuli et iste non habet finem secundum punctum et non sequitur eos per sermonem suum et hec est forma litterarum a et b sicut vides. Et ita erit ex semicirculo in motu qui est ex c ad d et ex d ad c et ille est motus recte in diametro secundum puncta divisa et hec est forma eius sicut vides. Et ita est quod describit circulum et ponit motum semicirculi contrarium motui alterius et forma eius est sicut vides. Ponamus ergo nunc circulum perfectum sicut quod motus semicirculi qui est litterarum b quando movetur ex e ad z contrarius motui semicirculi qui est a qui movetur ex z ad e. Si ergo ponantur isti motus contrarii adinvicem non erit motus circuli omnis contrarius propter illos motus et ita est forma circuli completi sicut vides. Dico etiam quod motus circuli totius qui est ex a ad b non est contrarius motui sicut ex a ad c quod est quia motus sit in circulo secundum punctum unum et non permutat locum unum et est forma eius sicut vides. Iam ergo rememorati sumus in his que sunt predicta et diximus quod motus contrarii fiunt secundum puncta seiuncta et sunt in locis divisis contrariis et dico etiam quod motus circulares si est contrarius motui circulari esset unus eorum nature et dico etiam quod corporis moti motu circulari esset motus et incessus in locis omnibus divisis contrario in celo equali equalitate ex quibus cuiusque locus sunt eius prima principia. Nos autem diximus quod diversitas locorum est sursum et deorsum et ante et retro dextrorsum et sinistrorsum

ipse consuetudinem habet nec recte circulus super eadem puncta et non dixit eo modo

ita quod diuisitas motuum est secundum diuersita
tem locorum et dico iterum quod si diuersitas esset
motuum circuli equalis non mouetur cir
culus omnino et si hoc esset utique esset ali
quod corpus circuli sine fine ultimum et non esset
eius motus per se sic sermo secularis
est vanus quoniam non est qui induat ipsum
natura autem non facit aliquid vanum
frustra et dico iterum quod ostendimus istas res
determinatione sufficiente determina
uimus nunc inquiremus de eis que remanse
runt.

Incipiamus ergo et dicamus in primis de a
liquo corporum an sit possibile ut sit sine sta
tu sicut multi dixerunt priorum an
hoc sit ex illis que impossibile est esse deinde
queremus post illud de mundo an unus
an multi an sit possibile ut sint mul
ti. Nam si est secundum illud aut secundum di
uisitatem illius non est diuersitas in illo
parua immo magna valde quod est quia
diuersitas cadit in principiis mun
di in toto mundo et cadit diuersi
tas in illa veritate. Hec ergo in cau
sis omnis diuersitatis scilicet illorum qui
diuersificati sunt in narratione non co
tinuis in eo quod precipuum est et illorum qui diuer
sificabuntur in futuro et qui diuersificati sunt
in hac diuersitate tota nisi quoniam quicumque
transit veritatem primum elongatio eius
transitus multus. Sicut sermo eius
qui dicit quod est corpus paruum valde.
Nam qui introduxit in sermone
suo paruum valde commouet totas
alterationes et generationes rerum multarum et causa
huius est quod initium est multum aut potentia
aut actu aut magnitudine. Iam
ergo ostensum est nunc quod primus error
fallit in initio rerum multum et in fine ui
sum eius. Res autem cum non est status est mag
na valde habens magnam virtutem
maioris quantitatis que est in magnitu
dine quod est quia est initium rerum. Non ergo
negandum est in extra rationem quin
sit diuersitas in ea mirabilis valde
quod est dictus fortis magnus. Cum ergo
quidam priorum dicat quod est possibile ut
sit corpus cum non sit status tunc volo nunc
inquirere de sermone eius. Dico ergo in
eo sermone cum inquisitum redeam
ad aliud in quo fuimus prius donec
compleamus istud aut incertum in
reprehensione sermonis post. Deinde in
cipiamus post illud in sermone et per
ueniamus secundum sermonem eius. Di
camus igitur nunc in complemento sermo
nis post. Deinde incipiamus istud cum ser
mone et perueniamus secundum sermonem
eius. quod omne corpus autem est ex corporibus
simplicibus aut compositis. ergo corpus
cum non est status aut est compositum aut
simplex. et dico iterum quod corpus simplex non
habeat finem. corpus compositum excel
est habens finem necessario iterum et hoc est manife
stum et planum quod est quia corpus composi
tum ex corporibus habentibus finem cum
multitudine et magnitudine est
procul dubio et habens finem cum multi
tudine et magnitudine quod est quia oportet
esse in multitudine et magnitudine
secundum modum multitudinis cor
porum ex quibus componitur et eorum
magnitudinis. Conuenit ergo
nobis ut scrutemur an sit possibile ut
sit aliquod corporum simplicium cum non
sit finis in magnitudine aut hoc
sit ex illis que impossibile esse et ut ponamus
perscrutationem nostram in primis de corpore
simplicium. Deinde inquiremus post illud de
reliquis eorum. Dico ergo quod corpus rotun
dum omne habet finem necessario et ostensio illi
us verificatio est propter ea quod ego dico quod si corpus
rotundum non habet fine linee egredientes
ex medio non habent fine iterum et separati
o linearum que non habent finem non habet ite
rum finem et non intelligo per separatio
nem nisi longitudinem linearum ad in
uicem. Non ergo inuenitur mag
nitudo extra tangens lineas qui
bus non est finis. ergo huic separationi
non est finis iterum necessario quod est quia corpus ante
finis habet fine iterum. Et dico iterum quod
si declaratur ergo separatio linearum se
mel et alia maior ea. similiter sermo
in modo quod numquam non est finis an non inue
niatur ultimum in separatione et dico i
terum nunc quod si non est possibile ut abscidatur corpus
cum non est status et corpus cum non est status
existat separationi et longitudini non est
status necessario. Si ergo illud est in tunc
manifestum et planum quod non est possibile ut sit
motus circularis. Actio testificatur
visus diuisio illius quoniam videmus celum reu
olui motu circulari. Iam ergo
expositum est illud per ratiocinationem
imp. dico autem quod motus circularis est
quorundam corporum simplicium et dico iterum
quod subtrahatur ex tempore finito tempus fini
tum et residuum eius tempore finitum erit
et est terminatum. Si ergo est tempori rei
initium est motui eius initium et est mag
nitudini spatii et finitum iterum in quantum
est ipse scilicet genus est in reliquis rebus
et. Si ergo tunc linea infinita apud
litteram a. et litteram c. et litteram e ve
ro nuptum duarum extremitatum cuius est que fine
habet. Iam que sequitur lineam c. et similiter
alteram apud litteram a. et b. infinita in duabus
extremitatibus suis simul et sint due linee
in circulo sicut vides ex forma sua hic
Dico autem quod linea que sequitur a. litteram
et e. litteram et c. litteram que incidit circulum
excepta littera c. quoniam incidit lineam in qua est
littera a. et b. donec incedat in censu cir
culari. et tempore littere a. et littere c. et littere e. fi
nitum quoniam tempore motus celi et omne quod in eo
est in modo motu circulari finito quod ipse est
tempore acceptum ex eo in quo est incessus eius
quo incidit circulum et lineam infinitam
in duabus extremitatibus suis simul fi
nitum si ergo est illud ita tunc inuenitur
ratio in aliquibus linee in qua est littera a. et littera
c. et littera e. lineam in qua sunt littera a. et littera
b. hoc autem impossibile ut sit. Iam ergo
manifestum est quod corpus infinitum im
possibile est moueri motu circulari et si ergo
ita illud est tunc manifestum est et planum quod
mundus est non habet statum nec fine et dico
iterum quod corpus infinitum non est possibile ut mo
ueatur et hoc quidem manifestum est et planum per id quod
dicturi sumus nunc. Sunt itaque due
linee quarum una sit apud litteram a. alia
apud litteram b. et sit linea littere a. finita
et sit similiter linea littere b. et incedat line
a littere a. finita ad lineam littere b. fi
nitam sicut quod vides ex formis suis hic
et incedat littera littere b. finita ad lineam
littere a. finitam sicut quidem vides nam
una quaque earum quamuis secundum hanc narratio
nem est separatio cuiusque earum a parte sua
simul necessario. quoniam secundum modum quo na
dit unusquisque motuum ad alterum sic
uadit motus alterius ad alium. Si ergo
mouentur due linee simul una earum
opposita alteri separatur una earum ab al
tera separatione velociori quod si modo una

Si ergo illud est impossibile tunc omnis incessus est in tempore infinito.

Et est illud quod duo que moventur motu opposito diversi sunt.

ex parte (?) et nulla alterarum incedit velut illa que movetur
ad quietem et est separatio eorum tarda quo-
niam illa que movetur incedat secundum disposi-
tionem suam primam in velocitate. Iam
ergo manifestum est nunc et certum quod non est
possibile ut incedat motus finitus et per-
transeat motum infinitum in tempore
finito. Nos autem iam ostendimus illud
et exposuimus in libris nostris quos edi-
dimus in libro de motibus et determina-
vimus illud. Illic determinatio ne exqui-
sita. Sive autem dico quod si motor finitus in-
cedit ad motum finitum, aut motus in-
finitus incedat ad motum finitum,
non erit in illo dubitatio prorsus quod est
quia separatur unus duorum motuum ab
altero et similiter est illius separatio alterius ab
illo motu. Et sive sit motus finiendi
sit motus. Verumptamen est separatio eorum ve-
lox quoniam utraque id eorum movetur et secundum illud
fortasse non est inconveniens ut sit sepa-
ratio eius quod movetur a quieto velocior
cum separatio eius quod movetur ab eo quod mo-
vetur opposito diverso incedunt et ingres-
sus tardo et est incessus eius quod movetur secundum
quietum incessus velox. Reda-
mus ergo nunc ad illud in quo fui-
mus. Dico ergo quod non est sermo noster in
convenientibus cum dicimus quod separatur illud
quod movetur incedens ad id quod movetur
quod est quia possibile est ut moveatur linea linee a ad
lineam lineae b et ipsa est mota. Erit er-
go incessus eius est tardus et tardi-
or eius incessu ad lineam quietam.
Redeamus autem iterum et dicamus. Sit
hic tempus infinitum sicut tempus ab eo et id
in quo perambulat motus finitus
et pertransit ad motum infinitum et se-
paratur ab eo et id in quo perambulat

motus infinitus et pertransit motor
finitum est tunc pars eius infinita ne-
cessario. Iam ergo manifestum est
nunc quod corpus infinitum non est possibile ut
moveatur totum neque pars eius quod est
in alio quia si movetur totum aut pars eius
est illud in tempore infinito necessario. Hoc
autem est ex eis que impossibile est ut fiant quoniam
celum totum revolvitur et incedit in-
cessu circulari in tempore finito et in-
cedit cum suo itinere cum omnibus que
sunt intra ipsum, scilicet linea finita in qua est
littera a. Et iam quod ostensum est nunc certum
est possibile ut sit corpus rotundum infi-
nitum et dico iterum quod non est possibile ut linea
finita sit infinita et dico, idest quia si possibile
est tunc non est illud nisi in una suarum ex-
tremitatum, scilicet extremitate accepta lon-
gitudine infinita sibi et superficies
item non est possibile ut sit infinita in omnibus
partibus nisi in parte eius que est infi-
nita de superficie autem accipiatur in
figura. Tunc enim non possibile est ut quadra-
tum sit infinitum in aliqua suarum
partium neque rotundum neque orbis sicut
non est possibile ut sit figura pedis infini-
ta. Nam si non fuerit orbis neque rotundum
cum non est status non est motus circularis
omnino. Cum non est status et dicam. Item ser-
mone alio quia non est possibile ut sit corpus
quod movetur motu circulari infinitum.
Sit ergo nunc linea a centrum
et linea que est a a et b infinita et sit
linea equalis que est a c infinita, idest et
moveatur linea que est a c et d. Nam
quoniam movetur non est possibile ut separetur a linea
que est a p e omnino, quia est similis linee que est
a c et e et abscindit lineam e a
lineam. Si ergo hoc est secundum quod dixi

non est tunc ut motu infinito incu-
dat corpus rotundum omnino et forsan est quod
edificavimus est sicut videtis. Quoniam si
celum est infinitum et motus eius cir-
cularis est tunc procul dubio incessus est
tempore finito abscidit corpus in-
finitum. Fit ergo celum tunc fixum stans
et sic aliud intra ipsum simile ei magnitu-
dine motum. Dico ergo quod si corpus quod est intra ce-
lum fuerit finitum et incessus celi totius
est incessus circularis ergo ipsum est ita.
Iam perambulans corpus infinitum sibi
simile in tempore infinito et hoc est impossibile. Pos-
sumus autem convertere sermonem nostrum.
Ergo dicamus. Sit tempus in quo perambu-
lat corpus illud celum est finitum et
procul dubio. Item magnitudo quam
cedit finita necessario. Iam enim perambu-
lat corpus simile sibi in magnitu-
dine. Iam ergo certificatum est nunc quod
celum est finitum et verificatum, idest quod
corpus rotundum impossibile est ut sit habens ulti-
mum neque finem. Volo autem ut dico nunc
tertium corporum incedentium dico ergo quod est im-
possibile ut sint infinita neque non habentia
ultimum neque corpus incedens circa me-
dium neque corpus incedens ad medium
neque corpus incedens ex medio. Incessus
enim diversus est sursum et deorsum et in-
cessus diversi sunt in locis diversis. Si
ergo nunc quod est unum contrariorum de-
terminatum aliud determinatur. Et me-
dium autem determinatum quod est quia res sub-
sidens quando vadit deorsum ex omnibus
partibus non est possibile ut pertranseat medium
neque ut elongetur ab eo. Si ergo me-
dium determinatum est supius item deter-
minatum est necessario et si loca sunt determinata
sunt corpora finita procul dubio et dico

Item si superius et inferius sunt determina-
ta est medium tamen determinatum necessario. Si
autem non determinatur inveniemus motum infini-
tum. Nos autem iam ostendimus et exposui-
mus nuper et diximus quod non est possibile ut sit
corpus motus infinitus. Si ergo illud
ita est et est medium tunc determinatum cum
dispositione eorum que sunt intra ipsum tamen
et quod possibile est sint ideo determinatum est ve-
rumptamen corpus incedens sursum et corpus
incedens deorsum non est possibile ut sint in-
eo quia unum movetur a medio et alterum movetur
ad medium. Iam ergo ostensum est
nunc et verificatum per illud quod dixi quia non est
possibile ut sit gravitas infinita et procul
dubio inconveniens est ut sit aliquod ho-
rum corporum habentium gravitatem infini-
tam quod est quia corpus cum non est finis gravitatis
item non est finis necessario et similis est sermo in
levitate. Item. Nam si est gravitas in-
finita et levitas item infinita et illud
quod erit si movetur corpus sublime sursum
stans in finitum et verificato quod illud est
per illud quod dixi. Sit ergo gravitas nunc
corporis infiniti finita de inde inquira-
mus de ea si est impossibile ut si illud sit an
non et ponamus nunc corpus infinitum sicut
lineam que est a a et b et ponamus gra-
vitatem eius a c et auferamus a corpore
infinito magnitudinem finitam que est
a b et d et sit gravitas eius a e.
Erit ergo tunc e gravitatis minoris
et minor gravitate corporis maioris et
inveniemus tunc cum gravitate mino-
re gravitatem maiorem multociens
usque sit similis ei in gravitate et similiter
inveniemus tamen corporum corporis maius, scilicet
corpus quod est b et d corpus quod est b et z. Possibile
est enim ut extrahatur a corpore infinito

quis ex hiere ex ipso extractor ergo
nunc ē proportio · e · ad · c · sic aū · b · 7 d ·
ad · b · 7 z · 7 hoc ē forma eius q̄ at
tulimus de istis litteris sit uidere · Re
deamus ergo nunc 7 dicamus si ē ma
gnitudo corporum secundum modos grauita
tis eorum · 7 ē grauitas minor in corpore
minore · 7 grauitas maior in corpore
maiore ē procul dubio grauitas cor
poris infiniti equalis · hoc aū ē impossibile
7 d · Item si ē grauitas corporis maio
ris maior grauitate corporis minoris
grauitas b · 7 h · maior grauitate b ·
7 · cz · est ergo grauitas corporis finiti
maior grauitate corporis infiniti ·
7 sit · i · grauitas corporum q̄ nō sunt
equalia in magnitudine una · hoc aū
ē impossibile · 7 d · Item quoniam sit cor
dissimilium partium nō est in eo quidē
diuersitas sermo enim in ipso similis est
sermoni nostro in corpore similium partium ·
Nos enim possumus accipere ex cor
pore infinito partes equales in grauita
tes sic fecimus in · b · 7 in d · Nam
cum nos uolumus addere 7 si uolumus
minuimus in acceptione nostra ex illo
corpore sic uides in hac figura · Iam
ergo ostensum ē quod illud quod diximus
in hac figura 7 uerificatum ē quoniam ē im
possibile ut sit grauitas corporis infiniti fi
nita · si ergo nō ē possibile ut sit finita
nec ē infinita necessario · si ergo hoc est
ex eis q̄ impossibile ē esse · s · grauitas infi
nita tunc nō ē possibile etiam cum sit
corpus infinitum · 7 d · Item sic ē ser
mo noster quod nō ē grauitas infinita · il
lius aū demonstratio ē 7 uerificatio
per illud quod rememoramus 7 d · quod si mag
nitudo nota ex magnitudinibus gr
auitatis mouetur ex magnitudine
nota in magnitudine temporis no
ti tunc modo · etiam magnitudo alia
ex magnitudinibus grauitatis in
sempiterna tunc impossibile est ut sit
res semper existens et sit cadens sub cor
ruptione quia propterea est impossibile. Item ut
sit res generata et sit semper non cadens sub

corruptione. Sint ergo duo termini quorum unus est natura. An alterum et impossibile est ut sit terminus postremus nisi possibile esse terminum oppositi primus primi quia est quod sicut est terminus primus non est terminus postremus oppositum. Si ergo illud est sed hoc est res sempiterna que non est possibile ut sit in aliquo tempore non existens tunc impossibile ut sit generata omnino.

Et dico nunc tamen quod negatio eius quod est cui est virtus ut sit semper existens est cui non est virtus ut semper sit existens. Huius autem contraria est cui est virtus ut sit semper non existens. Negatio autem istius huius est cui non est virtus ut sit semper non existens. Dico ergo quod possibile est ut sit inter istas duas negativas res media que possibile ut sit res existens et ut sit non existens in tempore et tempore. Quod est quia unaqueque duarum negativarum est non existens in existente tempore eius existentis et in tempore existens est non existens. Et similiter est res cui non est virtus ut non sit semper non existens sed ut sit in quadam parte existens in quadam parte non existens. Ergo est rei nunc virtus ut sit non existens et ut sit existens in tempore et in tempore et est medium duarum negativarum sicut nuper diximus.

Volo ergo nunc dicere in istis rebus sermone universali et ostendam per viam geometricam. Littera ergo a et littera b sint et iste due non cadunt super rem unam simul et sint contraria a littere c et contraria littera b littere d sicut hic est forma. Dico ergo quod res similis est in littera a et in littera b est in c et d. Sit ergo e res illa que est inter a et b. Quare est quia res que non est una duarum contrariorum est medium utrorumque. Est ergo nunc littera e sicut littera c et littera d [illegible] contrario. Redeamus ergo nunc ad [illegible] in quo fuimus.

Dico ergo quod res que est semper existens est non generata neque cadit sub corruptione. Si ergo illud est sed hoc tunc manifestum est et patens quod res generata cadens sub corruptione est non existens semper sempiterne. Nam si ipsa semper sempiterna est ei virtus ut sit semper existens et ut sit non semper existens. Sed autem excessus quod impossibile esse omnino sicut diximus nuper in eis que ostendimus. Et dico tamen nunc quod res que non cadit sub generatione scilicet que non est generata est sempiterna cui non est principium neque finis necessario. Et similiter res que non cadit sub corruptione est semper cui non est finis. Et non dico non generatum et non cadens sub corruptione cum in intentione certa sermonis mei nisi quia res que dicitur est existens non est generata et res que est nature non existens est non cadens sub corruptione. Volo autem nunc diffinire utrumque. Dico ergo quod res que non est generata est nunc existens et non dicitur quia non fuit in primis existens neque dicitur quia erit in extremo non existens. Si ergo illud est sed hoc est una partium duarum rerum sequitur alteram quia est quia res que non est generata non cadens sub corruptione et omnis res non cadens est non generatum et unaqueque earum est semper sempiterna necessario. Quare est quia si res est non generata tunc est semper non removetur et si res non cadit sub corruptione tunc ipsa est semper et non removetur. Hoc autem manifestum est et patens ex dictis omnibus utriusque que nuper diximus. Convertamus ergo sermonem nostrum et dicamus quod res si cadit sub corruptione tunc est generata necessario et quia si non est generata tunc non. Non est cadens sub corruptione et si est res generata tunc est cadens sub generatione necessario et si non est cadens sub corruptione tunc est non generata sicut diximus nuper. Quare si res que non est generata et res que non est cadens sub corruptione non sequitur una earum alteram tunc non sunt utreque sempiterne que non removentur et in [illegible] ne illius est quia una earum sequitur alteram sicut ego dicam illud nunc quod generatum est res cadens sub corruptione est generatum tamen procul dubio et significatio illius est quod diximus nuper quia est inter rem que est semper existens et inter rem que est semper non existens res aliam mediam que non est aliquid habitum (?).

Ratione cadens sub corruptione

Et est res generata cadens sub corruptione quia tunc est ei virtus ut sit existens et ut sit non existens in tempore et in tempore scilicet quod est in tempore existens deinde est in tempore non existens. Dico autem tamen nunc quod omnis res ex rebus generatis cadentibus sub corruptione est procul dubio media duarum rerum sicut diximus nuper. Sit itaque littera a res que est semper existens et littera b res que est semper non existens et non cadens sub corruptione. Manifestum quod littera c est inter litteram a et litteram b. Quia est quia littere a non sunt neque littere b ultimum neque finis in tempore, rei autem generate est ultimum et finis in tempore aut actu aut potentia. a autem et b non est ultimum neque finis in tempore, rei autem generate est ultimum et finis in tempore neque actu neque potentia. Littera autem a aut littera b non est ultimum utriusque in tempore neque actu neque potentia.

Quamvis utraque non est in quodam tempore non existens sed unum utrorumque est existens est existens in tempore infinito et similiter est littera d et b que est ultimum et finis sicut littera c aut actu aut potentia. Ergo est omne generatum cadens sub corruptione et omne cadens sub generatione est cadens sub corruptione procul dubio. Iam ergo manifestum est nunc et bonum quod res generata et res cadens sub corruptione sequitur una earum alteram. Si ergo nunc tamen res que non est generata apud litteram e et sit res generata apud litteram z et sit res que non cadit sub corruptione apud litteram i et sit res que cadit sub corruptione apud litteram c sicut vides in figura. Dico ergo quod littera e et littera i sequitur unaquaque illarum alteram quod est secundum quod narravimus de istis litteris quas ego dico nunc quia littera e et littera i sequitur una earum alteram. Littere autem e et littere z non cadunt super rem unam, sed hoc super rem unam et illa super rem aliam, et similiter littera c et littera i non cadunt super rem unam. Si ergo est secundum hunc modum littera e et littera i cadit una earum super alteram. Sic ergo nunc littere e et littera i, littere ergo z sequitur littera i quia est quia littera e et littera z non cadunt simul super unam rem simul. Ergo sequitur littera c ad litteram i. Hoc autem est excessus quod impossibile est esse propter illud quod diximus nuper et diximus quod similiter est per [illegible] in littera e et littera i. Nam littera i sequitur litteram e. Et dico ergo nunc quod res que non est generata et est apud litteram e est diuturna atque que est generata et est apud litteram z et res que non cadit sub corruptione et est apud litteram i est diuturna atque que cadit sub corruptione et est apud litteram c et non cadit littera e et littera z super rem unam simul neque

cadit. iterum linea c. et linea e. et linea b. id est linea rem unam sicut diximus nuper. et quod est quod impossibile est ut sit res una recens sempiterna et finita. et impossibile est iterum ut sit res una cadens sub corruptione et non cadens sub corruptione. sed ut sit semper infinita. Jam ergo ostendimus nunc quod linea z. et linea e. sequitur una earum alteram et cadunt super rem unam. Quoniam res una est generata cadens sub corruptione. ergo omne generatum est cadens sub corruptione et omne cadens sub corruptione est generatum. Item et similiter linea e. et linea i. cadunt super rem unam quarum una sequitur alteram quoniam res una est non generata et non cadens sub corruptione. ergo omne quod non est generatum non est cadens sub corruptione et omne non cadens sub corruptione est non generatum iterum.

Qui autem dicit quod non est inconveniens ut sit res generata non cadens sub corruptione et ut sit res sempiterna cadens sub corruptione tunc. Jam destruit quandam antecedentiam quam narravimus et ostendimus quod retulimus quoniam posuit per sermonem suum hanc rem que non cadit sub corruptione generatam et posuit rem sempiternam que non est generata cadentem sub corruptione.

Volo ergo nunc inquirere de illo. Dico ergo quod omnium rerum est virtus aut ut agat aut ut agatur in eam aut ut sit existens aut ut sit non existens. et est id est aut in tempore aut non est finis aut in tempore terminato habenti principium et statum. Tempus autem quod est infinitum non est terminatum iterum quoniam non est post ipsum aliquid neque invenitur tempus plus eo.

Res autem que non est finita in aliqua horarum non est eterna quia non sit finis neque est tempus terminatum habens principium et statum terminatum. Dico iterum quod res que est in primis eterna existens deinde fit cadens sub corruptione est in tempore rei que est infinita. scilicet in hora rei que non est incipiens existens deinde non existens est in hora alia. Si ergo hore non diversificantur quia sunt infinite tunc manifestum est et patens per illud quod diximus quod res sunt generata in tempore infinito et res est cadens sub corruptione et est eterna cum non est finis in tempore. Hoc autem est extra illud quod sunt impossibilia.

Quoniam est quod res generata non est possibile ut sit sempiterna neque res cadens sub corruptione possibile est ut sit sempiterna. neque res cadens sub corruptione possibile est ut sit eterna. Virtus enim utriusque est virtus ut sint existentes et ut sint non existentes. Nam rei cadenti sub corruptione est virtus ut non sit existens postremo contingenter et virtus est ut sit non existens in primis.

Et dico iterum quod contraria non est possibile ut sint simul in aliqua horarum temporis quod est infinitum. Nam si aggregantur in aliqua horarum tunc rei uni est virtus ut sit et non sit in tempore infinito. hoc autem est extra illud quod impossibile est esse sicut nuper diximus et ostendimus.

Sed dico iterum quod potentia ante actionem scilicet quod rei est potentia ut aliquid faciat antequam illud efficiat. Si ergo ita est secundum hoc sunt res per sermonem eorum sempiterne. scilicet sine fine. scilicet res que in primo existens et res que postremo est existens ut sint sempiterne. Quoniam non corrumpitur virtus ut sint et non est utriusque earum virtus ut sint existentes in hora et ut sint in tempore infinito simul.

Et dico iterum sermone alio quo ostendam errorem illius qui dicit quod res possibile est ut sit non generata et ut sit cadens sub corruptione et ut res non cadens sub corruptione sit possibile ut sit generata. ergo res per sermonem eorum cadens sub corruptione non corrumpitur in tempore aliquo. Nam si ipsa non corrumpitur est cadens sub corruptione et non cadens sub corruptione actu. ergo erit res una possibile ut sit semper existens et ut non sit semper existens. Si autem hoc est impossibile ut sit tunc res cadens sub corruptione corrumpitur in tempore aliquo. Similiter ergo res generata est in tempore aliquo et non est in tempore omni. Possibile est ergo ut sit res generata et non sit semper existens in aliqua horarum et sit cadens sub corruptione et impossibile est ut sit res non generata et sit cadens sub corruptione.

Volo autem nunc iterum ut inquiram de sermone eorum per sermonem alium a sermone meo. Dico ergo quod impossibile ut res non generata in aliqua horarum sit cadens sub corruptione. et est quod non est possibile ut sit res non generata non cadens sub corruptione absque artifice per formationem. Res enim facte absque artifice pauce sunt.

Et cum sic destruuntur cito et finiuntur. res autem sempiterna fixa in tempore infinito et non est absque faciente eam omnino. Si ergo illud est secundum hoc est natura faciens res sempiternas necessario et ipsa facit rem unam ut sit existens et ut sit non existens in hora et hora et ut sit quedam res semper existens quedam non semper existens in tempore infinito et causa illius est virtus hominis nature et est materia. Non est ergo possibile ut sit res una non semper generata et semper non cadens sub corruptione. Nam si illud possibile esset tunc contraria actu necessario. hoc autem est quod est impossibile esse. Quod est quia qui dicit quod nunc est annus primus et quod est annus primus nunc destruit et invenitur in sermone suo et apparet falsitas eius et ipsius impossibilitas in sermone eius quod est res semper eterna et est cadens sub corruptione in tempore aliquo.

Quoniam est ei potentia ut sit in tempore aliquo non existens. Verumptamen non est ipsa in tempore presenti non existens nisi in tempore quod est existens actu. Quod si aliquis dicit quod res que est potentia possibile est ut sit actu iterum tunc dicimus quod in illo sicut dicitur est possibile ut sit non est potentia in tempore preterito. sed in quo in tempore dicitur nunc in tempore futuro adveniente post nunc et ita dicitur in re que est in primis semper existens. Deinde postremo est non existens.

Si autem aliquis dixerit quod possibile est ut sit dicimus quod est quia est ei potentia in hora que non est actu ut sit existens quia impossibile est ut dicamus quod nunc est annus primus hoc autem est impossibile quod non est omnino.

Possumus tamen inquirere de hoc sermone et ostendere errorem sermonis secundum modum naturalem non sermone universali sicut fecimus in hiis que precedunt sunt de sermone. Dico ergo quod impossibile est ut sit res in primis semper eterna. deinde postea corrumpitur aut ut sit primo non existens postea sit res eterna quoniam res generate cadentes sub corruptione et alterantur et mutantur semper. scilicet alterantur ex contrariis suis ex quibus componuntur

quod est quia est ei potentia in hora que non est actu ut sit existens

ingenerantur generatione naturali et per ea finiuntur et corrumpuntur iterum. ¶ Iam autem ostendimus et exposuimus per auctoritates sufficientes et per demonstrationes iudiciales et diximus quod celum totum non est generatum ex aliquo et quod non est possibile ut cadat sub corruptione sicut est sermo hominum sed est sempiternum cui non est principium neque finis in eternitate tota et est extra tempus quod est infinitum continens ipsum. ¶ Inquisitor autem id iam contemptus est per sermonem nostrum et scit quod celum est secundum quod dicimus ex sermonibus contradicentium scilicet illorum qui dicunt quod celum est sub generatione quod est quasi impossibile ut celum sit secundum quod diximus et non est possibile ut sit secundum quod dicunt contradicentes nunc. Iterum etiam est excelsa confortantia sermonem nostrum et verificant ipsum quod celum est sempiternum non cadens sub corruptione et fine. ¶ Et dico iterum quod expedit ex quibus oportet nos esse contentos et verificare ea que sunt sermones antiquorum predicatorum precipue quidem qui sunt patres nostri. Ipsi enim dixerunt quod hic est aliquid eternum mota velocitate spiritus non cadens sub corruptione et fine et non est motum eius nisi. Immo est finis omnium finium et ultimum omni ultimo continens omne quod continetur et est completa continens omne diminutum quod non est completum et omne cui ultimum est et finis et quies ipsum non cui non est initium omnino neque ultimum sed est semper in tempore cui non est finis neque ultimum. ¶ Reliquorum autem motuum alii sunt quorum ultimus scilicet motus sempiternus est principium. Et etiam alii sunt quorum iste motus quietem facit. Et dico etiam

quod omnes primi posuerunt celum locum deo quia est sublime super suam assiduitatem et prohibitionem suam a corruptione in re. ¶ Ratio autem quia memorationem iam exposuimus testificatur nobis quod celum est non cadens sub corruptione et quod ipsum non est generatum nec recipit impressiones denudatum ab omni fine et motu et quod ipsum est causa eo quod de eo diximus etiam non cadens sub labore et pena quod est quia non est ei motus alius nisi motus eius naturalis quare indigeat virtute necessaria prohibente ipsum ab illo motu scilicet motu naturali. Omne autem quod est secundum hunc modum est laboriosum et penosum procul dubio et quanto res est plus laboriosa et penosa tanto est etiam privata a dispositione bona secundum modum sui laboris et sue pene. Propter illud ergo non facimus id in hoc opere nobili neque videmus ipsum unico sicut dixerunt homines ex primis et dixerunt quod celum indiget re sustinente ipsum que nominatur athlas ut conservet ipsum et non permittet ipsum inclinari et cadere. Et qui dixerunt hunc sermonem similantur illis aliis qui sunt in tempore nostro. Illi enim existimant etiam quod corpora superiora omnia entia sunt habentia gravitatem et dixerunt propter illud quod prima ipsa sunt indigentia necessario anima que moveat ea. Iste enim sermo non est cum sillogismo recto sufficiente sed est per sermonem transeuntem. Neque est etiam fixio et eius permanentia sicut dixit Emped. Ipse enim dicit quod celum est fixum sempiternum propter

dispositionem motus sui velocitatis. Velocitas enim motus rei retinet eam et non permittit eam removeri a loco suo nec declinare et cadere. ¶ Dixit ergo nos quod si celum esset ita non esset sempiternum completum in tempore infinito. Dico propter dispositionem motus sui. Iste autem motus est violentus non naturalis. Motus autem qui est violentus non est sempiternus cum non est finis sicut ostendimus multotiens. Et dico quod celum non oportet ut sit sempiternum fixum propter animam que est in eo sicut enim ex hominibus qui dant quod celum est sempiterne fixionis quod habet animam et quod anima cogit ipsum ut sit sempiternum fixum. ¶ Sermo autem impossibilis quoniam hec vita non est possibile ut sit absque labore et pena neque ut sit bona laudabilis quoniam ipsa movet corpus non secundum partem sui motus. Cum ergo est ita procul dubio impedita privata omni quiete facta ex hac intentione. Cum ergo est sic et non est quies omnino neque similitudo quietis sicut accidit animalibus omnino in sompno. Est tunc simile istud esse quod exemplificaverunt poete et nominaverunt ipsum yxion sempiternum motum motu violento cui non est ultimum neque quies. Et dico quod ipsi non dixerunt in hoc motu sempiterno quod dixerunt nisi absque sillogismo sufficiente. Verumptamen dixerunt istud sermone transeunte sicut dixerunt in multitudine deorum sermonem quoniam dixerunt non per sermonem sufficientem. Non autem oportet ut iudicemus sermonem dicentis sed per sermonem suum et similem. ¶ Volo autem nunc dimittere ista antiqua et fabulosa et redeamus

ad id in quo fuimus ex residuo proprietatis huius corporis nobilis scilicet celi. Dico ergo quod homines ex antiquis dixerunt quod celum habet dexteram et sinistram et sunt illi qui nominantur pitagorici ex excellentibus sunt qui dixerunt hunc sermonem. Volumus autem ut nos inquiramus de sermone illorum illo. ¶ Et consideremus an necessarium sit dextera aut sinistra sicut dixerunt an est secundum contrarium sermonum eorum. Dico ergo quod si oportet ut faciamus sequi corpus totius has primas faciendum cum sequi necessario etiam prima priora que sunt ante ista prima procul dubio scilicet sursum et deorsum sunt et ante et retro et nos quidem iam determinavimus has primas in libro nostro quem scripsimus in motibus animalium. ¶ Illa enim nota adiecta convenientia sunt naturis animalium et sunt in eis manifeste apparentia. Verumptamen examinabilibus sunt quibus omnes iste partes scilicet dextra et sinistra sursum et deorsum et ante et retro et exhibitus est quia non est retro. Plantis autem non est nisi sursum et deorsum. ¶ Redeamus et dicamus ergo si nos fecerimus necessario sequi celum dextrum et sinistrum tunc procul dubio sequitur ipsum ante ea prima priora sicut diximus in libro nostro quem scripsimus in motibus animalium. Et dico etiam quod cum sunt iste partes vi tunc unaqueque istarum est principium et primum et non significo per partes vi nisi sursum et deorsum et ante et retro et dexteram et sinistram. Et sunt iste et propter quod iste dimensiones sunt omnibus corporibus et completis. Dico ergo quod sursum est principium

um longitudinis sursum, dextra autem principium latitudinis, et ante est principium profunditatis, et non nominatur principium hoc, scilicet unum sit motus in primis corporibus in quibus est motus. Nam principium motus augmenti est sursum, et principium motus localis est dextra. Et principium motus sensibilis est ante, et non significamus per ante nisi ubi sunt sensus. Propter hoc ergo et sensibilia quae nunc diximus et sibi similia ut inquiramus in omni corpore sursum et deorsum et dextram et sinistram et ante et retro. Incipimus inquiramus istos motus in omni corpore spirante cui in seipso est principium motus. Cum nos non videmus in corporibus omnino quae non habent animam unde incipiunt motus eorum. Et dico iterum quod ex corporibus sunt quae non moventur ex omnibus finibus existentibus sicut ignis. Ipse enim movetur sursum tantum et similiter terra. Ipsa enim movetur ad medium tantum, et dico iterum quod ex corporibus quae non habent animam sunt sursum et deorsum et dextra et sinistra quando comparamus ea nobis sicut faciunt augures. Ipsi enim nominant autem quae est sinistra dexteram nostram dextram, et autem quae est sinistra sinistram nostram sinistram, et sic reponite contra positionem nostram sicut statua. Nam sinistra statuae est contra dextram aspicientes ad eam, et statuae dextra est contra sinistram aspicientes ad eam. Et dico sermone aggregato quod situs statuae quando est diversus situi nostro est dextra et sinistra statuae et ante et retro. In essentia autem statuae non est aliquid existens divisionibus quae est quando statua resolvitur vel

totaliter a situ suo primo nominamus eam e contrario quo nominavimus eam prius quando sit dextra sinistra et sinistra dextra, et ante retro et retro ante, et sursum deorsum et deorsum sursum. Et nunc cesse quid nobilius ut inveniemur de secta Pitagore, quod est quia ipsi dixerunt quod principia motus sunt duo tantum, scilicet dextra et sinistra, et dimiserunt dimensiones quattuor reliquas, quia non sunt minus istos duos quos diximus. Dimensio enim et diversitas quae est inter ante et retro non est inferior diversitate quae est inter dextram et sinistram, quae sunt in omnibus animalibus, quod est quia dextra et sinistra diversificantur potentia tantum. Sed ille reliquae diversificantur etiam per figuras. Et dico iterum quod sursum et deorsum sunt in omnibus respirantibus ex animalibus et plantis, dextra autem et sinistra non sunt in aliqua plantarum. Et dico iterum quod longitudo est ante longitudinem et prima ei, et quod sursum est principium longitudinis, et dextra est principium latitudinis. Redeamus et dicamus: si est longitudo ante principium latitudinis, tunc procul dubio sursum ante deorsum dextra in esse suo et non dextra in esse suo magis quam primum dicitur secundum multos modos.

Et dico iterum quod sursum est ubi principium motus, et quod dextra est locus ex quo motus ab alio, et quod significamus quid est ante est locus finis vel principium motus. Si ergo hoc est secundum quod diximus, tunc procul dubio sursum in esse potentia in receptionibus proprie dextre reliquos motus quos

diximus. Convenit ergo nobis ut inveniemus sectam Pitagore, in duobus scilicet dicte prima propter quam dixerunt dextra et sinistra tantum, et ubi putaverunt quod iste due sunt in omnibus rebus existentibus. Nos autem diffinivimus has virtutes nuper et diximus quod sunt in rebus quibus est motus principium.

Et dico iterum quod, si celum habet animam et in eo principium motus, tunc procul dubio sunt ei sursum et deorsum et dextra et sinistra, et non est necesse ab eo ut aliquis neget propter dispositionem revolutionis figure totius, et quoniam est aliud quod eius dextrum et aliud eius sinistrum, et omnes partes sunt similes moto motu sempiterno in tempore toto.

Verumptamen exemplum eius oportet nos existimare est homo qui habet dextram et sinistram divisas in figura. Deinde continet scilicet se orbem, et est illi iterum orbi iterum divisa procul dubio, scilicet dextra et sinistra quando sunt ei loca inceptionis et status oppositiones sue et similes. Oportet ut estimemus iterum in principio motus orbis. Nam si non est motus eius incipiens, scilicet tamen motu eius est principium necessario. Similiter est motu eius est locus ex quo incipit, tunc si incipit moveri tunc procul dubio motu eius est locus ex quo incipit; ergo est motu orbis principium.

Et dico iterum quod longitudo orbis spatium in quo sunt orbes, et quod ex orbibus sunt sursum, et ex eis quae sunt deorsum, et iste locus scilicet spatium orbium ex omnibus medietatibus orbium est diversum, iterum quod est quia orbes qui sunt in medietate h

orbis moventur omnino. Nos vero consuevimus nominare latitudinem ex his quae sequuntur istos orbes et non ex eis quae sequuntur istos orbes et non ex eis quae sequuntur superius mundi et eius inferius, quoniam iste locus est longitudo tantum. Et dico iterum quod illud quod est ex orbibus versus nos est pars inferior orbis primi, et illud quod ex eis non versus est pars superior orbis primi, et dico iterum quod nos nominamus dextram omnis rei cuius est dextra nisi unde incipit motus localis. Si ergo illud est secundum hoc et est principium motus celi unde oriuntur stelle, nunc procul dubio sic locus est dextra celi, et unde occidunt stelle est sinistra est.

Si ergo celum incipit cum motus suus ex dextra incidit et revolvitur a dextra, superius est orbis procul dubio, ipse enim occultatur a nobis et non videmus ipsum. Si autem superior locus non est cadens sub visibus nostris non occultatur, est motus celi procul dubio a sinistra ad sinistram. Nos ergo non diximus primo omnino. Iam ergo ostensum est nunc quod orbis occultatus est orbis superior, et quod inhabitantes illuc sunt isti qui sunt in medietate orbis superioris in parte dextra, quod est contrarium illud quod dixerunt Pictagorici. Ipsi enim posuerunt in medietate orbis superioris ipsam dextram et posuerunt illuc eos qui habitant in medietate orbis inferioris in parte sinistra.

Iam ergo ostensum est contrarium eius quod ipsi dixerunt per illud quod diximus nuper et quod exposuimus. Incipimus in motu et revolutione orbium stellarum habitantium nos habitamus in medieta

te orbis superioris ex parte dextra et similiter illi in medietate orbis inferioris ex parte sinistra. quoniam motus istorum orbium est contrarius motui orbis primi. Nam revolutio motus eius est contraria revolutioni motus orbis primi. Accidit ergo per primum quod diximus ut simul nos in parte inceptionis omnis motus celi et sinistri illi in parte occidentalis motus celi. Iam ergo determinavimus tunc per illud quod ostendimus longitudines et spatia celi partium et loca corporum determinata. Utrum volumus inquirere nunc tamen de eo quod remansit ex eo de quo necesse est nos inquirere. Dico ergo quod nos diximus motus in celis que preterita sunt quod motus circularis non est contrarius motui circulari et sicut ista tunc inquiramus nunc de motibus celi quot sunt et in quo sunt multi motus circulares. nos autem iam premisimus in celis que sunt preterita ut laboremus in inquisitione horum motuum. Dico ergo quod causa multitudinis motuum circularium est hec quod omnis res cuius est operatio fiat propter operationem suam illam et quod operatio rei divine est perseverantia et manentia et hec est vita sempiterna. Si ergo illud est sic, hec est rei divine motus sempiternus perpetuus. Celum autem est secundum hunc modum quod est corpus speciale rotundum motum motu circulari naturali semper. Et dico etiam quare non est corpus celi totius motum motu uno. Dico ergo quod non fit esse motus eius divisus nec motus unius nisi quoniam corpus quod movetur motu circulari non movetur nisi sit medium stans fixum necessario et non est aliquid partium corporis rotundi fixa stans omnino

et non movetur aliquid extra ad medium. Nam si aliquid extra moveretur ad medium esset tunc motus eius innaturalis ad medium. Nos autem iam diximus quod ipsum movetur motu circulari naturaliter. et quia si esset secundum contrarium illius non esset ei motus eius esse sempiternus quoniam non est aliquid extra naturam sempiternum. Res autem accidentalis est preter naturalem et est recessio ab hoc ut sit naturale ad actus extra naturam. Redeamus autem ad primum in quo fuimus et dicamus quod si est necessarium motui circulari ut moveatur super rem stantem et quietam tunc hec quieta est terra procul dubio quoniam ipsa est quieta in medio. Sic ergo nunc est secundum quod diximus. Nos autem determinabimus in futuro sermone de terra et reliquis elementis determinatione exquisita. Nunc autem dicimus quod quoniam est unum contrariorum naturale est reliquum naturale necessario ut sit ei natura. Quoniam materia contrariorum est una et quoniam habitus est una ante privationem sicut calidum et frigidum. et ideo hic est quod quies et gravitas non dicuntur nisi per privationem et motus et levitatis. Redeamus ergo nunc et dicamus quod quoniam est terra et ignis tunc necessarium est etiam ut sint corpora que sunt inter ea quia unumquodque elementorum contrariorum elementa alii. Sit ergo hic nunc secundum quod diximus et nos permittamus inquirere de illo, sufficiet ei inquisitione sufficiente. Nunc autem dicemus quod cum sint ista contraria tunc manifestum est et clarum quod generatio est ex eis tunc necessario quia quod est non possibile est ut sit aliquod elementorum

semper fixum. quoniam contraria agunt inter se invicem et patiuntur se ad invicem et corrumpuntur se ad invicem. Et dico quod si non est possibile ut sit mobile semper cum non est ei motus sempiternus naturalis et perpetuus tunc non fixum sempiternum. Iam ergo ostensum est nunc et certum per sermonem nostrum istum quod necessarium est ut generatio sit. Si ergo generatio est necessario est sicut motus circularis unus tamen autem multe necessario quare est quia secundum modum dispositionis contingit dispositio elementorum ad invicem necessario et ostendam in futuro quod ostensive plus amore et manifestius.

Nunc autem volumus [illegible] ore. Dicere propter quid celum terra sunt corpora rotunda multa. Dico ergo quod non fecit sunt multa non ad generationem quoniam non est exclusatio agitione et non est possibile ut sit generatio nisi per ignem et reliqua elementa et terra quamdiu non sunt et quoniam non sunt excusatio cum aliquid moveatur semper necessario quoniam sit etiam aliquid fixum stans quietum necessario. Dico etiam quod figura est rotunda necessario quia ista figura est conveniens apta substantie celi et nature eius. Volo ergo determinare et investigare etiam nunc figuras et que est prima in rebus superficialibus et in corporibus. Dico ergo quod omnis superficialis aut est superficies equalis aut est superficies rotunda. Superficies equalis quam continetur lineis pluribus. Rotunda vero quam continet una linea. Si ergo illud est sic et est unum nomine genere autem multa et primum corporum per naturam primitiva naturali et simplex ante compositionem et circulus procul dubio et ante et primum figurarum superficialium. Et

dico etiam quod completum est in eis prius quam non est possibile amatia verum inveniri et nos ex ipsum sicut diximus et eis quam preterierunt possibile autem est ut addatur linea equalis additione sempiterna et non est possibile quod aliquid linee circulari addatur omnino. Si autem illud est ita tunc manifestum est et clarum quia linea continens rotunda est et est sitas perfecta. Si ergo rotundum est completum et completum est ante diminutum procul dubio prima antecedentia que diximus est circulus ante reliquas figuras et primum earum et propter corpus orbiculatum est ante reliqua corpora quoniam ipsum continet solus superficie una. reliqua autem corpora equalium a linee continentur ex superficiebus multis. Et dico etiam quod sicut circulus est in superficiebus. Similiter orbis in corporibus. Et dico etiam quod illi qui faciunt corpora ex superficiebus et destruunt ea ad ipsas testificant nobis prius quod diximus quod est quoniam non destruunt orbiculatum solum ex reliquis corporibus quoniam non sunt eius superficies multe plures una et non est distinctio corporum ad superficies sicut distinctio totius ad corpora et non est quia distinctio corporum ad superficies est in formis divisis. Iam ergo ostensum est nunc et verificatum quia figura corporis orbiculati est ante figuras reliquorum corporum et prima earum. Et dico quod figura corporis orbiculati in natura prior est ante reliquas figuras corporum quod est quia ubi est linea una et in triangulo sunt due linee. Unum ergo sunt ante duo et primum in numero et compositione ergo est figura corporis orbiculari ante figuras corporum. Et dico etiam sicut figura prima corporis primo et si

gitur prima est illa que est motor eius et mo-
tus totius. Et procul dubio corpus
motum incedens in cessu orbicula-
ri rotundum quia est corpus quod sequitur
ipsum rotundum etiam. Corpus enim con-
tinuum cum corpore rotundo est rotun-
dum quia est secundum illud etiam corpus quod est in me-
dio rotundum quoniam corpora omnia continen-
tia ipsum continua cum corpore ro-
tundo sunt rotunda etiam necessario. Si
ergo id est ita et sunt corpora que sunt
ex orbibus habitantibus continua secundum
cum motu superiore et totum tunc
rotunde figure necessario. Nam corpora
omnia continua tangunt orbes
habitantes et orbes habitantes tangunt
orbem ultimum. Et dico etiam quod
mam quod diximus nunc et cadit sub
oculis tunc est notum ostensum quod fi-
gura totalis incedit in cessu cir-
culari. Iam autem ostendimus rationem
propositionem sufficientem et diximus quod
non est extra orbem ultimum vacuitas nec
locus. Si ergo id est ita et totum rotun-
dum secundum istam adiectam quam adiecimus
necessario quia extra quod orbis ultimus est linea
equalis non rotunda est procul dubio vacui-
tas extra ipsum et inanitas et locus et corpus quia
linea equalis quando movetur motu circulari
et non est motus eius in loco uno sed
diversus locus tollitur a loco in quo
sunt quoniam in hora non est hora et hoc non est
nisi secundum diversitates angulorum. Et si-
militer est in reliquis figuris que non
sunt rotunde nec sunt linee earum
egredientes ex medio equales sicut figu-
ra que dicitur lenticula et sicut figura
que dicitur ovalis. In omnibus enim istis figuris
et que sunt eis similes quando est orbis secundum ali-
quam figuram earum deinde movetur motu
circulari et accidit ut sit extra ipsum va-
cuitas et locus quoniam non est revolutio to-
tius et eius in cessu superiori locum
superiorem. Sed sunt loca diversa sicut diximus nuper.
Et dico etiam quia numerus omnium motuum
est motus celi quoniam ipse solus est motus
continuus equalis sempiternus. Et dico ite-
rum quod principium numeri est omnium rerum
minimus. Si ergo id est ita et est motus
minor ipse qui est velox valde est pro-
cul dubio velocior omnibus et motibus
motus celi et dico etiam quod minor figu-
rarum et parvior que est spatium figura-
rum que incipiunt a loco et perveniunt
ad ipsum est linea circulari minor fi-
guratum et parvior omnibus lineis fi-
guratum est motus circuli procul dubio
velocior omnibus motibus celi. Si ergo
id est ita et est motus circularis et est etiam
velocior omnibus motibus procul dubi-
o tunc celum est rotundum orbicu-
latum. Potest autem aliquis sufficienter et ve-
rificare quod celum est rotundum secundum cursus
existentia in medio. Dico quod aqua est
super terram et aer est super aquam et ignis super
aerem et corpora superiora super illa cor-
pora que diximus. Verumptamen illa cor-
pora superiora non sunt continua cum
illis corporibus in figuris et sunt tangen-
tia ipsa tantum. Superficies autem aque est rotun-
da et que sunt existentes cum re tangen-
te est rotunda etiam necessario. Si ergo id
est ita tunc manifestum est et clarum quod
celum est rotundum orbiculatum
secundum istum modum quem narravimus
iterum.

Oportuit autem nos nunc ut osten-
damus et ponamus sicut terra super-

rotunda

ficialis aque. Dico ergo quod hoc est manifestum
et planum cum nos considerabimus quod res
currit ad inferiorem locorum et quod
inferior locorum est locus propinquus
centro. Afferamus ergo nunc a
centro duas lineas quarum una sit
a littera a ad litteram b et linea altera
sit a littera a ad litteram c et adiungemus
inter utrasque per lineam aliam que sit
linea que est apud litteram b et litteram c et est igitur
linea basis. Dico igitur quod linea que est apud
litteram et litteram b est minor et parvior
duabus lineis egredientibus a centro
et hec est figura quam posuimus. Si ergo
illud est ita tunc ille locus inferius
inferior et supinus profundus et aqua
currit ad ipsum procul dubio donec
quiescat illa linea scilicet linea basis cum
duabus lineis egredientibus a centro.
Est ergo linea tunc que est apud litteram
a et litteram d et litteram e equalis dua-
bus lineis egredientibus a centro ne-
cessario. Cum ergo consequitur aqua
que illum locum quiescit et stat et non
currit et est linea contingens duas
lineas egredientes a centro circula-
ris. Si ergo id est secundum hoc et tunc superficies
eius aque rotunda procul dubio et est linea
que est apud litteram b et litteram e et litteram c.
Iam ergo ostensum est nunc re-
tum quod totus mundus est rotundus
orbiculatus et quod ipse de centro est firmus
decore quia est sicut decor. Verumptamen non
potest aliquid eorum que manibus fiunt
assimulari decori celi nec aliquid
eorum que cadunt sub visu oculorum nec est
possibile ut sit aliquid rerum levius equalis sicut
equalitas nature corporis contine-
tis et eius levitas. Nec simulatur
altitudo huius corporis alicui ex alti-
tudinibus omnino et hoc est manifestum et planum
quia est quod sicut est inter spatium altitudinis a-
que de altitudine terre et hic spatium
altitudinis elementorum elongatorum elon-
gatione multa similiter est spatium alti-
tudinis corporis celi a reliquis corpori-
bus. Volo autem ut inquiramus de
motu corporis primi mobilis. Dico igitur
quod est possibile ut moveatur corpus rotun-
dus duobus motibus quorum unus sit
a littera a ad litteram b et alter a littera a
ad litteram c. Nos non iam diximus in
illis que sunt premissa quod isti motus non sunt
contraria ad invicem. Redeamus
ergo ad id in quo fuimus et dicamus
quia si non est aliquid rerum vana et non est possibile ut
sint res sempiterne existentes sine
causa et celum est sempiternum et motus eius
sempiternus circularis. Tunc secundum aliquam
causam est motus celi ex quibusdam partibus celi
et non est motus eius ex quibusdam partibus eius et motus
eius iste et causa rei autem causa eius est. Et dico quod
voluntas super inquisitionem cause
quarundam rerum occultarum aut est super
inquisitionem de causa omnium rerum et non ut cum
sciatur aliquid ex rebus sine inquisitio-
ne. Est ex hiis autem putant aliquis
quod illud est secundum habundantiam pravita-
tis et ruditatis aut secundum insaniam conside-
rationis exeuntis ad ignorantie causam
aut ex desiderio multitudinis scien-
tiarum cognitionis earum rerum
secundum veritatem. Non autem est excitatione
ob dimittere cognitionem causarum omnium e-
qualiter. Verumptamen contingit nobis ut
consideremus in primis quoniam debet a-
liquis in causa rei et quod licet ut sit sufficien-
tia auditori per rationem humanam

debili aut per suasionem forti tunc non contradicitur neque resistitur. Nam quoniam inveniet quis incertitates putans subtilitates sufficientes, oportet tunc ut laudetur inventor earum et reveretur. Volumus autem nunc redire ad illud in quo fuimus et dicamus causas manifestas expositas cadentes sub occultis, scilicet causas quare celum movetur ex quibusdam suis partibus ad quasdam et non movetur ex quibusdam suis partibus ad quasdam. Dico ergo quod de aptitudine nature est ut faciat melius semper et nobilius in quantum possibile est facere illud. Si ergo illud est secundum hunc, tunc est in rebus incedentibus incessu existentibus locus superior nobilior loco inferiore, et anterior nobilior et melior posteriore procul dubio, et dextra nobilior sinistra, sicut nuper diximus et ostendimus quod celum habet principium et ultimum, scilicet nobilius et vilius. Et quod autem quesivimus nuper, causa enim huius questionis est absolutio et principium expositionis, quod est quia natura facit in celo melius et nobilius quod ipsa est causa questionis et eius absolutio, quoniam melius et nobilius est ut celum moveatur simplici motu sempiterno cum non est abscisio, et ut sit motus eius ex meliori locorum eius dextro eius. Iam ergo ostensum est nunc et verificatum quod celum movetur ab oriente ad occidentem et non movetur ab occidente ad orientem.

Volo autem inquirere tamen in eo quod futurum est de motu celi et quod ipse est equalis in quo non est diversitas, et hoc quidem est in celo primo et in motu primo. Orbium autem qui sunt sub orbe primo motus sunt multi qui aggregantur ad rem unam. Dico ergo quod si celum movetur primum motu diverso non equali, esset motui eius vehementia et mollificatio. Vehementia autem motus et eius status aut est in principio motus aut in fine motus aut in medio motus, sicut res mote ad latera diversa, scilicet alia. Nos autem non invenimus motui circulari vehementiam neque statum in inceptione eius neque in medio ipsius neque in eius fine, quod est quia non est ei initium neque finis neque medium, quoniam ipse est sempiternus in tempore aggregate longitudinis non divisibilis. Redeamus ergo et dicamus quod si non est motui celi vehementia, non sunt diversi motus in celo uno. Diversitas enim motus est propter vehementiam eius et principium mollificationem. Et dico tamen quod si omne quod movetur movetur ex motore, tunc procul dubio diversitas motus est aut propter id quod movetur aut propter illud quod movet aut propter utrumque simul. Et est propter hoc quod quia motor aut non movet potentia una, aut id quod movetur et mutatur non figitur super dispositionem unam, aut propter mutam dispositionem moti et moventis simul. Cum igitur sit ita, est secundum hoc non est inconveniens si id quod movetur moveatur diverso motu ideo non equali. Et non est possibile ut sit in celo aliqua harum dispositionum quas diximus. Nos enim iam ostendimus in eis que precesserunt et exposuimus quod motum primum est simplex non fabricatum neque generatum sub corruptione neque cadens neque mutatum neque alteratum omnino. Si ergo id est secundum hunc, est dignius et nobilius et melius ut sit secundum unum modum motum primum. Causa enim prima est que movet causatum primum et simplex est, id quod movet simplex. Et id quod movetur cadit sub generatione et corruptione, est movens id quod non cadit neque sub generatione neque sub corruptione. Si ergo illud est secundum hoc et est corpus primum motum non mutatum neque alteratum, est procul dubio id quod movet hoc corpus non alteratum neque mutatum, et precipue quoniam est spirituale cum non est corpus. Non ergo est possibile ut sit motus celi diversus non equalis. Si ergo motus celi non est equalis, aut mutatur totus et est motus eius quandoque velocior quandoque tardior, aut sunt partes eius secundum hunc modum. Non autem sunt motus partium celi diversi, et id quod manifestum est et planum. Nam si partes essent diverse, diu elongarentur stelle ab invicem in longitudine temporis, quod est quia quedam stelle essent in parte que moventur motu veloci et quedam earum essent in parte celi que movetur motu tardo, quare elongarentur stelle ab invicem. Hoc autem est ex eis que non possunt esse in eo quod preteriit in temporibus. Si mutaretur celum tamen, quod est quia mollificatio omnis rei est propter debilitatem eius, debilitate eius. Debilitas autem est extra naturam quoniam est accidens quod accidit in ea. Debilitas enim existens in animalibus omnibus est accidens extra naturam [illegible], et hoc est propter generationem animalium. Ipsa enim generantur ex rebus contrariis diversis sortitis loca, et non est aliquid partium animalis in loco suo, quare propter hoc fit quod accidat velocitas et tarditas.

Redeamus ergo ad id in quo fuimus et dicamus: si accidentia que accidunt extra naturam non cadunt super corpora prima cum sunt simplicia non commixta et sunt in locis suis naturalibus et non est contrarium eis omnino, tunc non cadit super ea debilitas; et si non advenit eis debilitas, non est in motu corum vehementia neque mollificatio, scilicet neque tarditas neque velocitas. Nam si motui corum esset vehementia, esset et mollificatio tamen procul dubio. Et dico tamen quod impossibile est ut sit movens quandoque fortis in tempore infinito et ut sit debilis quandoque in tempore infinito, quoniam non videmus aliquam ex rebus extra naturam ex accidentalibus cum sit semper infinitas. Debilitas autem est accidens extra naturam, quare propter hoc non est possibile ut sit movens debile in tempore infinito, neque est possibile ut sit movens secundum dispositionem suam naturalem et extra dispositionem suam naturalem, scilicet in tempore equali, scilicet quare non est res fortis et debilis, scilicet omnino in tempore infinito, quod est quia motus quando debilitatur et mollificatur mollificatione sempiterna est in tempore infinito. Hoc autem est ex eis que impossibile est esse, quoniam accidentalis extra naturam non est equalis in tempore rei naturali. Neque possibile est ut movens tamen faciat fortem motum vehementia sempiterna et non mollificet ipsum mollificatione sempiterna, quoniam si est ita, invenies motum non determinatum et infinitum. Nos autem iam diximus quod omnis motus non est nisi de loco ad locum et quod est determinatus finitus. Et dico tamen quod motum celi est terminatum tempore minimo; non est possibile ut moveatur in minore illo tempore, sicut non est possibile viatori ut ambulet aut percussori cordarum ut percutiat cordas in tempore minore illo tempore in quo est ambulatio et percussio cordarum. Omnis enim actio habet tempus minimum propter terminationem quod non pertransit. Sic est motus celi tamen tempus minimum propter quod in quo movet motum

cuius circularis quod non pertransit. Quia
si possibile est ut sit motui huiusmodi mol-
lificatio sempiterna aut vehementia sem-
piterna tunc non est possibile ut sit una earum
non est possibile ut sit altera etiam. scilicet quia quando non est
possibile ut sit motus additus vehemen-
tia additione sempiterna possibile est ut
sit in mollificatione sempiterna additi-
one et quando possibile est ut sit motus eius ad-
ditus in mollificatione additione sem-
piterna est possibile ut sit additus in vehe-
mentia additione sempiterna. Hoc vero est
ex eis que impossibile est esse sicut ostendimus
et exposuimus nuper. Remanet ergo ut
dicamus quod motus celi est quandoque vehemens
et quandoque mollificatus et sunt isti duo mo-
tus inconsuetudinarii secundum ipsum scilicet quod ce-
lum quandoque est velocioris motus et quandoque
tardioris hoc non est inconveniens nec est
possibile ut sit. Istud vero sermo fabule et si illud
esset tunc non occultaretur a nobis per-
ceptum sub oculis. Nam quando unum con-
trariorum post oppositum alterius est cognito
eorum velocior et sensus cum eis est. Iam
ergo manifestum est nunc et etiam per id quod diximus
de antecedentibus sermonibus quod celum est
unum tantum et quod est non fabricatum neque generatum
et quod est sempiternum et quod motus eius est equa-
lis in quo sermo non est dubitatio.

Volo autem nunc inquirere postquam com-
plevimus perscrutationem corporis
primi de stellis et ex quibus corporibus sunt
et de figuris earum et de motibus ipsarum.
Dico ergo quod ex eis que conveniunt no-
bis et sunt necessaria propter id quod diximus in eis
que premissa sunt est ut ponamus omnem
substantiam ex stellis esse de illo corpore
in quo incedunt. Nos enim diximus
in eis que premissa sunt quod hic est corpus
aliud preter hec corpora iiii et quod incedit in
circulo circulariter. Et dico quod illi er-
raverunt qui dixerunt quod stelle sunt
ignee quia ipse sunt ignee nisi quia ipsi
posuerunt corpus superius ignem et di-
xerunt corpus superius ignem et dixe-
runt quod necesse est quod unumquodque corporum
ut sit ex natura corporis in quo est
fixum. Sicut sumus dicentes nos
etiam quod stelle sunt ex natura corporis
circumdantis quando posite sunt in eo fixe.
Caliditas autem que venit ex stellis et lu-
mine sunt propter repercussionem et fricatio-
nem aeris secundum ex motu earum. De ap-
titudine enim motus est ut calefaci-
at et igneat ligna et ferrum et lapi-
des. Si ergo hoc est ita propinquius a
re pulsa dignius est ut calefiat et
igneatur quam reliqua res et propinqui-
or etiam igni est aer ergo motus cale-
facit aerem procul dubio. Et
iudicio quidem illius est eo quod motus cale-
facit et ignit plumbum quod est in hastu-
la sagitte. Sagitta enim quando egredi-
tur ab arcu sagittarii ignitur
plumbum et cadit ex hastula sagit-
te.

Redeamus ergo et … te.
dicamus quod quando stelle exa-
cuuntur et igniuntur ex motu ig-
nitur aer quidem qui est in mar-
catum necessario et non igniuntur stel-
le nisi quando ipse incedunt in aere
et aer quando movetur ex motu stellarum
fit ignis. Quare igniuntur stelle et ca-
lefiunt ab eo. Stelle autem que sunt in
orbe superiore vadunt in orbe suo.
Propter ergo illud non igniuntur stelle scilicet
albe que sunt in aere nisi quia aer est
sub orbe propinquiore rotundo. Cum
ergo incedit ille orbis calefit aer et ig-
nitur et precipue aer qui est prope viam
solis. Propter id ergo est caliditas solis secundum
modum propinquitatis sue nobis et
elongationis sue super capita nostra. Iam
ergo ostensum est nunc et iudicatum quod
stelle non sunt ignee et ex illo earum non
est igneum et non cadit propter illud sub visu.
Et dico etiam quod quando stelle videntur
permutari et celum totum tunc pro-
culdubio illud est aut ita quod utraque sunt
quieta aut mota. Scilicet aut ita quod unum
eorum est motum et alterum quietum.
Dico ergo quod impossibile est ut sint
simul permutata et utraque sint qui-
eta cum terra sit quieta. Nam si id esset
secundum hoc non videremus quod videmus de stel-
lis. Ita sit nunc terra quieta donec
inquiramus de ea in futuro inqui-
sitione sufficienti. Remanet
Et dico etiam quod significatio super figuras rotunditatis terre sunt res cadentes sub visu, quoniam est quia ipsa si non esset rotunde figure non ipsa abscinderet eclipsim lune secundum quod videmus exire ei. Nunc autem nos videmus eam in omni sue figura[tione] in omnibus figuris suis aggregatis est autem eius gibbosa et profunda apud eclipsim nec una ~~...~~ sic contingens gibbosa semper. Si ergo ita est secundum hoc, terra cum eclipsis eius ex hoc quod terra tegit eam tunc procul dubio est quod ipsa est eclipsata propter cooperimentum terre et quod cum eclipsis eius est ex cooperimento terre. Et dico etiam quod signum ergo rotunditatis terre et quod ipsa est orbicularis et quod ipsa non est magne magnitudinis est casus stellarum sub visu quoniam est quia si nos permutamus parum ad partem stellarum medium celi aut ad partem alphatarda ostenditur nobis species alia ex speciebus stellarum que sunt super capita nostra diversarum valde ab aliis stellis que est quoniam nos permutabimus ad medium aut alphatarda. Videmus quod occultabantur a nobis ex stellis que non videbamus in terra egypti et terra prope non videbamus in eo quod sequitur partem alphatardia et stelle quas videbamus in parte alfatardia semper accidit in illis partibus scilicet egypti et parte prope.

Iam ergo ostensum est nunc ex hiis rebus quas diximus de figura terre quod est figure rotunda orbicularis et quod terra non est magna grandis et quod si ipsa esset magna non appareret nobis quando nos permutaremus parum de loco alio species alia et eminus orbis. Si ergo sic putantem terre vero quod estimant quod locus qui nominatur statua herculis continet primum tamen extremis terre in die propter ergo dixerunt quod mare est metha una et hic est sermo. Certum ille negandus valde. Et dico quod verificatio huius sermonis in eo est athoam quia non est nisi in locis illis nisi quoniam loca et aggregantur illic et inveniuntur et attestantur nobis etiam super figuram terre quod est ipsa rotunda auctores mensurationis qui nominantur mathematici et sunt auctores almagesti. Ipsi enim ostendunt ut sciunt quantitatem revolutionis terre et dicunt quod revolutio terre est xxx iiii milia miliaria. Et signaverunt ergo propter hanc rem quod terra est rotunde figure orbicularis tamen et quod ipsa etiam prout corporis necessario cum comparatur ad magnitudinem celi et reliquarum stellarum. Iam ergo complevimus nunc determinationem figure terre et loci eius et quod ipsa est quieta immobilis.

Incipit iii liber de celo et mundo.

Nos autem diximus in eis que preterierunt de hoc libro in quo celum primum et determinavimus ipsum determinatione exquisita et determinavimus etiam stellas existentes in eo et ex quibus substantiis sunt et qualiter et quod ipse non sunt ex aliquo elemento aliorum iiii et quod ipse non cadunt sub corruptione. Nunc autem dicimus quod ex rebus naturalibus sunt res que sunt substantie et ex eis sunt res ex actione substantiarum et earum impressiones et non significamus per substantias nisi corpora simplicia sicut ignis et terra et reliqua corpora simplicia et que sunt ex eis sicut animalia et plante.

Et non significo per actiones et impressiones nisi motus cuiuslibet corporum et motus reliquarum rerum quarum ista corpora sunt causa et alterationes earum ad invicem et earum permutationes. Iam ergo manifestum est nunc quod omnis interrogatio de natura est in corporibus quoniam est quia substantie naturales aut corpora aut sunt cum corporibus et hoc quod sunt manifestum patens est ex eis que diximus in hiis que precessa sunt in principio istorum et ostendimus naturam eius determinatione exquisita et quod non cadit sub generatione et corruptione. Volo ergo ut dicam nunc etiam duo corpora de quibus diximus a. scilicet terram et aquam, ut dicam etiam generationem et corruptionem propter ea quoniam accidit quoniamque utrisque propter hec duo corpora et rememoratio utrorumque est in esse generationis et in quibus rebus est. Dico ergo quod aut non est generatio omnino aut non est stat in visit iiii et in eis que sunt ex illis tamen. Impossibile ex eis quorum nos investigare prius et inquirere est an sit generatio an non sit generatio omnino.

Dico quod primi qui philosophati sunt prima via diversificati sunt ad invicem de illo et diversificati sunt etiam a sermonibus nostris quos dicemus hic nunc ex eis enim sunt qui dixerunt quod generatio non est neque corruptio omnino quoniam est quia non est aliquid ex rebus quod generetur neque corrumpatur per se unum, immo est et videtur apud nos tamen non in esse rei. Sic sermo melissi et sequacium eius et sermo manei et parmenidis et sequacium eius. Dimittamus ergo nos quod ipsi quamvis non dixerunt bene in quibusdam rebus tamen certum non sunt in sermone in rebus naturalibus. Si autem ex eis quorum intentio convenit ut inquiramus hic de rebus que non cadunt sub generatione et corruptione et non moventur omnino motu quasi quoniam ipse est conveniens libro qui nominatur auditus naturalis et in ipso est inquisitio de natura et non dixerunt hunc sermonem nisi quoniam ipsi non constituerunt scientiam aliquam nisi scientiam istius neque putaverunt quod aliquid cognoscatur nisi substantie sensibiles et non dixerunt hunc sermonem et dixerunt hunc sermonem.

Et dixerunt quod non est generatio neque corruptio quoniam ipsi consideraverunt quod si invenitur cognitio aliquando aut scientia tunc procul dubio oportet ut sit scita cognita stans fixa non alteratur a dispositione sua neque corrumpitur. Qui ergo cogitaverunt hanc cogitationem communicaverunt sermones suos ad has naturas et dixerunt quod ipse non recipiunt generationem et corruptionem quoniam sunt cadentes sub oculis et cognitione. Et ex eis sunt qui diversificati sunt sermoni istorum diversitate tota. Quod intendunt et dixerunt quod omnis res sunt generate et non est aliquid de rebus non generatum omnino. Impossibile ex

eis sunt que non cadunt sub corruptione
sed remanent semper. Et ex eis sunt qui
corrumpuntur et fiunt, sicut est sermo eo-
rum multorum et eius sequacium et hominis alii
ex naturalibus qui posuerunt sunt in rebus
naturalibus imparibus et ex eis sunt qui
dixerunt quod res generate sunt ex triangulis
et non est aliquid ex eis extra secundum dispositionem suam
omnino. Unumquodque una res est extra stans tamen
sed quando figurantur res relique et generan-
tur et ipsa est deferens eas, sicut est sermo E-
racliti et aliorum multorum naturalium.
Et ex eis sunt qui posuerunt corpus ge-
neratum. Unumquodque quod est compositum ex
laminis et sunt superficies et resolvuntur
in laminas iterum.

Dico ergo nunc quod in futuro inquire-
mus de reliquis sermonibus. Sed nunc
autem volo inquirere de sermone dicen-
tium quod corpora sunt ex laminis. Et dico quod
accidit dicenti hunc sermonem ut con-
cedat contrarium eius quod accidit de
suo in mensurationibus. Et hoc quidem mani-
festum est et clarum. Et esset conveniens di-
centi hunc sermonem ne diceret hunc ser-
monem omnino et quando dixit ut firmaret ser-
monem suum per sermones et rationes veri-
ores et fortiores ratione sua ita. Et
dico iterum quod error dicentis hunc sermo-
nem est manifestus, patens, planus, quod
est quod sicut corpora ex superficiebus sunt, sic
superficies ex lineis et linee ex punctis.
Si ergo iste res sunt secundum hoc, erit pars
linee linea necessario, et nos iam inqui-
sivimus de istis rebus et exposuimus eas
in eis que premissa sunt in tractatibus quos
narravimus in motu, et diximus quod
non est linea que non recipiat partitionem et
divisionem.

Nunc autem volumus inquirere in-
quisitionem parvam de eo quod accidit
in corporibus de sermone impossibile quod non est
possibile ut sit ex sermone dicentium
partem que non dividatur. Idem enim quod accidit
de impossibili actoribus mensurationis
accidit etiam actoribus corporum natura-
lium, et non accidit etiam actoribus mensura-
tionis totum quod accidit de impossibili
auctoribus corporum naturalium quoniam
corpora mensurationis sunt diminuta
a corporibus naturalibus, sed corpora
naturalia sunt addita super res men-
surationis et multum ex eis quod non possibile est
accidere actoribus partis que non divi-
ditur accidit eorum actoribus corporum
naturalium necessario, sicut divisio; non enim
possibile ut res dividatur in rem que non
recipit divisionem. Impressiones autem di-
viduntur secundum duos modos: aut per for-
mam aut patiuntur per formam, sicut
color; color enim dividitur in albe-
dinem et nigredinem. Patiuntur vero sicut res
que recipit divisionem non per dispositionem
sue essentie, sed per dispositionem differen-
tis ipsam. Si ergo hoc est secundum hoc, erit
manifestum et patens quod omne quod re-
cipit divisionem ex impressionibus
non recipit divisionem nisi secundum hunc
modum quem diximus. Volo ergo
nunc inquirere de parte que non dividi-
tur et quid accidit in sermone de eo-
dem impossibili. Dico ergo quod
ex eis quod impossibile est esse est ut sint
due res quarum nulli gravitas sit
et quando aggregantur sit utrique gravi-
tas. Corpora autem sensibilia omnia habent
gravitatem sicut terra et aqua et ipsi conce-
dentur hoc. Si ergo hoc est secundum hoc

et puncto non est gravitas omnino, tunc ma-
nifestum est et patens quod non est linee gravitas
omnino, tunc manifestum est et patens quod non est
linee gravitas etiam. Si ergo hoc est secundum
hoc, non est alicui corpori gravitas omnino.
Redeamus ergo nunc et dicamus
quia non est puncto gravitas et hoc manifestum
est et patens. Nam sicut grave
possibile est ut sit gravius re alia et levius
re alia, gravius aut levius necesse est grave
vel leve necessario sit magnum et ma-
ius, omne enim magnum est maius etiam,
sed non omne maius est magnum etiam, quia
est quando sunt res parve que sunt ma-
iores rebus aliis. Redeamus ergo
et dicamus si aliquid ex rebus est gravius et est
maior re alia, tunc est maioris gravita-
tis quam illa necessario. Si ergo hoc est secundum hoc,
tunc omne grave recipit partitionem; punc-
tum autem non recipit partitionem apud eos; ergo
non est grave omnino. Et dico iterum quod gra-
ve est res spissa et leve est res rara. Sp-
issum est divisum a raro. Spissu-
m namque quando est in magnitudine
simile raro est plurium punc-
torum quam ipsum. Si ergo hoc est secundum hoc
et punctum est grave aut leve, tunc pro-
culdubio sive est spissum aut rarum;
tunc spissum et rarum recipiunt
divisionem per eorum estimationem. Punc-
tum autem non recipit divisionem per eorum es-
timationem; ergo punctum non est grave
neque leve omnino. Et dico iterum quod omne
grave aut molle aut durum necessario. Mol-
le vero est quod impellitur, sed durum non impellitur
impellitur et cedo huius sermonis est ap-
parens et est quod res que non impellitur di-
visionem recipit. Sed durum quidam
quod impellitur et cedit quidam mani-
festatio est huius sermonis et apparet,
et est quod res que impellitur et res que non impel-
litur divisionem recipiunt. Punctum
autem non recipit divisionem; ergo punctum
non recipit totum quod recipit semper res
gravitatis incedens deorsum et ad medi-
um. Si ergo hoc est ita, nunc non est super dispo-
sitione partitatis triangulorum ex quibus
componuntur extra est ignis incedens sur-
sum quod licet illud secundum quod dixerunt
isti esset ignis multus tardioris in ces-
sionis sursum et gravior quoniam ipse est com-
positus ex triangulis multis, sicut
est sermo eorum. Nunc autem nos videmus
contrarium sermonis eorum. Ignis enim
quando est maior tanto est levior et veloci-
oris incessus sursum et quando est minor et
velocior ad incedendum deorsum. Di-
co iterum sermonem quia sicut leve est leve
quando est compositum ex corporibus huius generis par-
vis, et est etiam grave grave quando est compositum huius
generis multis, et sunt aer et ignis et aer
compositum ex triangulis multis similibus
et est eorum diversitas propter partitatem triangu-
lorum et eorum multitudinem. Et sunt propter
hoc quedam graviora aliis et quedam eorum
leviora aliis et est procul dubio quantitas ex
quantitatibus aeris in multitudine gra-
vior aqua. Ergo incedit aer tunc deor-
sum. Hoc autem est impossibile non existens quoniam
quanto aer est plus tanto est levior
suo incessu sursum quam incessu ad a-
quam. Sed quando hunc modum discernunt
illi grave et leve et secundum huiusmodi nar-
rant ea.

Alii vero noluerunt per hunc mo-
dum nec per hanc discretionem in e-
quisitionem. Namque dixerunt illud et
verificantur per intentionem que est per in

tentionem illorum et sunt antiquiores eis tempore et ante eos. Nos autem videmus spissitudinem quorundam plus esse quam spissitudo quorum quod est quia corpus extenuantur est gravioris per immutationes. Iam ergo ostensum est nunc et certum quod leve et grave non sunt ex multitudine componentium vel homogeneorum et paucitate eorum. Nam si utrique essent ita esse utrorumque spissitudo equalis tamen.

Eorum autem qui dixerunt quod corpora sunt composita ex partibus indivisibilibus qui componunt corpora ex superficiebus non est possibile eis dictum ut dicant quod cuius est superficies maior est gravior sicut in corpore composito ex ea quam id est impossibile omnino qui autem excedunt quod corpora ex corporibus habentibus tres dimensiones que non dividuntur possibile est eis sermo ut dicatur quia corpus maius est maioris gravitatis. Impossibile non est possibile eis ut dicant illud in corporibus primis simplicibus. In corporibus autem compositis non est possibilis eis sermo ille omnino quia videmus corpora composita esse graviora aut leviora secundum hunc modum quod est quia nos videmus corpora multa parva corporis que sunt graviora gravitate cum corpus aliud quod est maius in corpore suo sicut est in lana. Alii dixerunt quod causa gravitatis et levitatis est sed alium modum ab illo quod dixerunt illi scilicet est vacuitas existens in corporibus et est quod implet ea sursum donec fortasse sunt corpora multa leviora quam in eis est vacuitas plus propter id sunt maiora in spissitudine cum nullus sunt composita est compositio aliorum similium eius equaliter per multitudinem et paucitatem. Et dico sermone aggregato quod ipsi dixerunt quod causa levitatis rei alicuius comparatione ut sit in ea plus vacuitatis quam in sua compositione et secundum hoc dixerunt quod res est gravior aut levior quam alia. Dico ergo nos quod illi qui dicunt hunc sermonem et discernunt has duas virtutes hac discretione indigent ut non ponant vacuitatem causam levitatis tantum, sed ponant etiam causam illius ut sit in ea extra minus quam si non sunt valent non erit leve omnino quod est quia ipsi si dicunt quod ignis est levis quia vacuitas est in ipso plus invenitur secundum eos in sermone eorum id est ut autem plus sit levius igne pro quanto hoc vacuitas est plus cogitur ergo propter id dicere quod oportet ut sit magne ex corpore multiplicata eius quod est in auro donec sit levior auro. Et dico quod ex antiquis qui non consideraverunt vacuum nisi quod in mundo sit vacuum omnino sunt homines qui non dixerunt grave et leve omnino discreverunt inter utraque omnino sicut pictagoras et empedocles et exercitus eius fuerunt qui dixerunt grave et leve et discreverunt inter utraque hii. Impossibile non dixerunt quare quedam corpora non sunt gravia absolute et quare quedam semper incedunt sursum et incedunt quedam eorum semper in deorsum nec dixerunt quare quedam res maiores in spissitudine sunt leviores aliis qui sunt minoris spissitudinis cum ipse. Ipsi non quamvis locuti sunt in illo tamen non exposuerunt id et divisi sunt a terra oculorum eorum et id manifestum est et patens sicut diximus in superiori sermone. Et dico item quod illi qui locuti sunt in causa levitatis ignis et quod ipsa ex multitudine vacuitatis que est in ipso indigent ut sequantur ipsos tamen sine isto a quibus non est eis exitus quod est quia in igne ex corporeitate minus quam sit in reliquis corporibus eorum et id quidem satis per hoc quod est ignis multus in quo est de corpore plus quam corpus existens in terra pauca et est levior ea. Et si dixerint quod res fortasse est levis propter dispositionem in ea de vacuitate non propter dispositionem corporis scilicet debemus eis et dicemus quare modo penitus grave absolutum et discernunt ipsum ab alio. Ipsi enim dicunt quod propter magnitudinem corporis quod est in eo secundum dicemus quod cumque est aliqua ex quantitatibus terre minus est de corpore vel parva minor eius quam est in igne multo. Non ergo perhibetur quare sic gravior terra. Si ergo dixerint quod res est levioris levitatis propter id quod in ea est de vacuitate dicemus quod non est tunc procul dubio aliqua ex quantitatibus terre incedentis deorsum semper levior quam res levis absolute incedentis sursum secundum hoc autem est inconveniens impossibile quia leve absolutum est semper levius quam res habentes gravitatem incedentes deorsum res autem levior non est levis semper quamvis quamque dicunt res habentes gravitatem et quedam eorum leviores aliis sic est sermo. Nisi quando aliquid est levior quam terra. Si autem dixerint quia oportet ut vacuum existens in re sit secundum quantitatem implementi existentis in ea equaliter ut sit levis vel gravis dicemus nos non dicunt ex hiis aliquid per impedimentum id est ab inquisitione nostra apud nos sequitur enim secundum nos ex sermone meo iste error et sermo impossibilis quod non est possibile sibi ut sit quod est quia ignis multo magnus parvo non est ex corpore secundum quantitatem vacuitatis existentis et secundum id incedit ignis multus sursum velocius magis parvus et similiter incidit aurum et plumbum multum velocius deorsum quam aurum et plumbum paucum et similiter sunt relique res habentes gravitatem et non oportet ut esse hoc ita si esset grave et leve secundum sermonem nostrum et discretionem nostram quam discrevimus. Et dico etiam quia impossibile est ut res incedat sursum propter vacuitatem que est in ea cum vacuitas ipsa non incedat sursum quod si dixerint quod de aptitudine est incedere sursum et de aptitudine implementi est incedere deorsum. quare sunt vacuitas et impletio propter id due cause reliquarum incessu sursum et deorsum. Dicemus si id est secundum hoc quod dicitis tunc non est necesse nobis ut queratis quare quedam res composite sunt graves et quedam earum leves. Sed est necesse nobis ut queratis ob quam causam non separatur unum eorum a corpore suo scilicet vacuitas et impletio deinde incedit unum eorum sursum semper et alterum deorsum semper. Et dico item quod est ratione est ut ponamus vacuitati locum quasi ipsa non sit locus. Dico ergo quod si vacuitas movetur procul dubio movetur ex loco et pervenit ad locum et dico eis item quare est causa motus vacuitatis. Ipsi enim non possunt dicere quod vacuitas tantum non movetur tantum, sed impletio et corpus tantum. Et dico item quod iste alterationes contingunt illi id est qui ponit causam levis eius et gravis paucitatem corporum et ipsorum magnitudinem aut ponit ipsam partem in esse. Impossibile ponere naturam vel materiam harum in virtute et radicem earum multum contrariam. Nam si esset materia una sicut est sermo illorum qui componunt corpora ex figuris triangulis non esset grave absolutum nec leve absolutum omnino. Et si materia harum...

continua sicut est sermo dicentium vacuitatis impletionis. Et tunc inveniuntur res gravitatem habentes et levitatem que sunt in eis sunt leve absolutum nec causa quod sunt quedam eorum graviora et leviora quam reliqua res absolute. Ipsi autem cum posuerint magnitudinem corporis et eius puritatem causam levitatis et gravitatis dixerunt istud sermone vano. Unde propter hoc sunt propinquiores ad recipiendum quam illi qui dixerunt prius quod est quia ipsi dixerunt quod ista sunt .iiii. que sunt levia et gravia secundum modum grossitudinis sue et subtilitatis ipsorum et ingreditur quidem secundum eos qui posuerunt unum elementum tantum scilicet diversificatur secundum modum subtilitatis sue quod ingreditur secundum eos qui posuerunt materiam corporum unam tantum quia non est res gravis absoluta neque levis absoluta et non aliud quam incedat sursum aut deorsum ex seipsa. Sed comprimitur ex superiore suo et descendit deorsum aut coarctatur de subtus se et incedit sursum et quod sunt res multe subtiles graviores rebus paucis magnis. Si ergo istud est secundum hoc accidit ex sermone ut sit aer multus aut ignis gravior aqua pauca aut terra. Hoc autem est impossibile. Non est possibile ut sit omnino propter illos sermones quos diximus primum in gravi et levi secundum modum istum.

Volo autem nunc enumerare quod de gravi et levi dicere videre hoc utraque et dicam in utrisque sermonem exquisitum duabus rebus simul. Dico tamen quod non est res habens gravitatem nisi ex rebus habentibus gravitatem et iam concedunt auctores prius quod non dividitur in diversitate quantitatis partium ex quibus fit leve et grave et consequitur est istud. Unde impossibile est dicere istud sermone fortuitu non silogistico. Plato autem dixit quod est omne grave plus gravium non est nisi gravioris gravitatis non est proculdubio unaqueque partium que non dividitur et significator istius est quod sit .iiii. punctis est gravitas et corpus compositum ex multis punctis est gravioris gravitatis quam corpus compositum ex punctis paucis vel proculdubio quia fit corpus gravioris gravitatis vel necessario sicut sermo noster quod res que fit corpus vehementius album corpore albo est alba proculdubio. Si ergo istud est ita est tunc corpus plus grave propter punctum unum grave ergo proculdubio punctum unum habet gravitatem.

Dico tamen quod impossibile est ut corpora sint ex compositione superficierum quorundam quedam earum adherent aliis sicut est adherentia linee lineis ex parte una. Unde sicut non componitur cum linea in longitudine et latitudine et sunt extremitates superficies simul convenient eis ut componant superficies tantum ut extremitates sunt corporum. Si ergo possibile est ut sit aliquid ex compositione superficierum et earum coaptatione ad invicem per latitudinem tantum inveniretur proculdubio corpus quod non est elementum neque ex elementis. Hoc ergo est impossibile neque est possibile ut sit.

Et dico tamen si corpora sunt graviora ex superficiebus per multitudinem superficierum non per earum compositionem aut multiplicationem earum impossibile sicut dixit in libro qui dicitur Thimeus et dictum est illic tunc manifestum est et patens quod puncto et linee est gravitas. Nam sermo in uno eorum est simul sermo in alio sicut diximus multotiens. Si ergo non est diversitas in materia ipsorum secundum hunc modum. Sed sic est diversitas terre et ignis. Dico quod ignis est levis et terra est gravis sunt proculdubio quedam superficies tamen leves et quedam tamen graves et similiter erunt quedam linee et puncta gravia et quedam levia quod est quia superficies aeris est gravior superficie ignis. Si ergo istud est secundum hoc accidit tamen ex isto sermone ut non sit corpus omnino et ut resolvatur aliquod corpus tamen quod est quia punctum est simile linee et linea superficiei et superficies similis corpori tunc quedam eorum resolvuntur ad quedam usque perveniunt ad rem utramque primam. Si ergo istud est ita tunc possibile est ut sit in corpore aliquo punctum tamen et ut non sit in corpore alio punctum tamen et ut non sit corpus omnino. Hoc autem est impossibile nec potest esse omnino.

Et dico tamen sicut sermo in tempore convenientes huic scilicet sermoni in puncto inveniuntur aliqua hora et non erit in tempore omnino aut erit impossibile ut non sit tempus quoniam sermo noster nunc est similis puncto. Non erit dividitur omnino et accidit sermo iste impossibilis illis qui composuerunt mundum totum ex numero et de hominibus sunt quidam qui componunt mundum totum ex numero sicut dicunt pitagorici.

Redeamus ergo et dicamus quod primum est generatio corporum scilicet quod dixerunt auctores superficierum et multi quod est quia corporibus naturalibus est gravitas et levitas punctis autem et unitatibus non est gravitas neque levitas. Si ergo istud est secundum quod diximus non est punctum neque unitas corpus habens gravitatem aut levitatem omnino. Significatio quod omnibus corporibus simplicibus est motus naturalis necessario. Et quia invenimus ergo cum quod corpora simplicia moventur proculdubio ipsa moventur motu violento sicut fuerit eius motus eventualis et motus existens in eis extra naturam. Si ergo invenitur motus aliquis extra naturam est proculdubio motus alius naturalis necessario et si sunt motus extra naturam multi tunc motus naturalis est unus motus tantum quod est quia unicuique rerum est motus naturalis unus tantum et sunt eis accidentales motus plures.

Et signum huius intentionis quod diximus quod corporibus simplicibus non est motus naturalis est quies res eius quiescit aut violenter aut quiete naturali necessario et in loco in quo quiescit quiete naturali illic incedit etiam incessu naturali. Si ergo hoc est secundum quod diximus et omnis rei que videtur quiescere in medio quies illic est naturalis tunc manifestum est et clarum quod est incessus illic est incessus naturalis.

Et si quies eius illic est violenta tunc quidem istud incedere eam quod prohibeat deorsum semper prohibens eum aut quietem aut motum. Si ergo prohibens est quietum revolvemus sermonem nostrum primum [illegible] dicemus quod res quieta prima aut est quieta quiete naturali aut incedit ad infinitum. Hoc autem est ex eis que impossibile est esse. Si autem prohibens primum est motum sicut dixit Empedocles quod terra est quieta propter aquam et hoc est tota aqua sustinens tunc nisi incedit cum non sit possibile ut incedat ad infinitum neque aliquid eorum que est impossibile esse est existens. Hoc autem est ex eis que impossibile est esse. Dico ut aliquid ad infinitum incedat. Si ergo istud est secundum hoc proculdubio res quieta in loco aliquo necessario et sunt motus et incessus non est ad locum in quo est naturalis.

Volo autem redire secundum Leucippum et Democritum. Sed sermonem istorum utrique inquam, cum dixerunt quod corpora prima moventur semper in vacuo et infinito, quod non habent finem. Dico ergo quod utrique quaerendum est in motu corporum primarum et quis motus eorum naturalis. Nam si unumquodque istorum corporum non movetur nisi motu corporis alterius, tunc est motus eorum violentus et invenitur eorum motus naturalis tamen necessario, scilicet motum quem est violentus et scilicet corpus motum primum. Corpus enim motum primum non movetur ab aliquo corpore violenter. Immo movetur ex motu naturali. Quia est quod si corpus primum non movetur motu naturali est motus ad infinitum cum unumquodque moveatur corporum a corpore alio violenter et movetur tamen ipsum corpus ad violenter. Ergo illud est usque ad infinitum. Hoc autem est quod impossibile est esse. Accidit autem hoc impossibile tamen necessario ei qui dixerit quod elementa movebantur antequam esset mundus motu non habente ordinem neque ordinationem sicut dicitur in libro qui dicitur Thimeus. Redibo ergo secundum dicentem hunc sermonem. Dico quod motus elementorum non potuit esse quin sint aut violentus aut naturalis necessario. Si ergo elementa movebantur motu naturali, tunc procul dubio mundus erit tunc etiam, et hoc quidem manifestum est et apparens ei qui vult subtiliare mentem suam et acuere eam in cogitando illud quod est quod movens primum movetur necessario interim motu naturali sicut elementa movebantur sine violentia quieta in locis suis. Si ergo erit iste ordo et ista ordinatio secundum quam nunc sunt elementa. Universaliter ergo dico quod elementa habentia gravitatem moventur ex medio ad medium et hoc quidem est sectio et hec ordinatio et ordo mundi nunc motu. Posset autem aliquis quaesitor quaerere et dicere quod si elementa movebantur motu non habente ordinem non sunt possibile quod sint ex motibus eorum illis huiusmodi congregationes ex quibus facta sunt corpora, dico sicut ossa et carnes, scilicet quod dixit Empedocles quod amicitia et dilectio aggregavit quaedam elementa quibus congregata sunt capita multa sine collis.

Volo autem nunc redire secundum illos qui dixerunt quod elementa sunt infinita et quod ipsa moventur ad infinitum. Dico ergo quod si id quod movetur est unum tamen est incessus unius tantum necessario non moventur elementa motum compositum et si quod movetur est infinitum sunt motores et incessus infiniti tamen necessario. Si autem sunt motores et incessus infiniti tamen necessario. Si autem sunt motus infiniti sunt elementa habentia confusionem procul dubio quoniam incedunt omnia ad loca diversa et sic est ordo et non ordo res una. Nos enim non videmus nunc omnia elementa incedere ad locum unum nisi quando ex eis sunt homogenea. Et dico tamen secundum eos et dico quod id ibi non est ordo in aliquo est extra naturam compositorum aut sensibilium essentialiter naturam.

Et dico etiam quod impossibile est ut sit res infinite motus impositus quia est contra naturam rerum. Et id quod est in summa illarum rerum et in summa temporis quod apparet tunc erit contrarium eius quod sunt res nunc. Dico ergo ut sit res in illis quod non habet compositionem ordinationem naturalem ut sit res naturalis habens ordinem. Nos autem non videmus aliquid ex operationibus existere per formam ita ut sit res secundum hoc et accidit quod melius secundum quid dixit quod mundus est factus ex rebus cunctis

non est motus ordo et studuerunt homines alii et isti fuerunt qui non posuerunt generationem ex rebus quae erant aggregare deinde movere et separarunt se. Et dixerunt quod non fuit necessarium ut mundus fieret ex rebus separatis motis et quiescentibus. Ergo propter hoc Empedocles propter hoc quod dixit amorem et amicitiam quae fuit generationem mundi totius ex rebus separatis. Deinde dixit quod non fuerunt aggregate nisi per amicitiam et delectationem ut fugeret a confusione per motum. Idcirco propter hoc dixerunt quod factus est mundus ex re una aggregata sicut diximus, nisi post deinde separata est. Si ergo ostensum est nunc et verificatum per id quod diximus quod unumquodque corporum simplicium naturalium est motus aliquis naturalis et quod ipse non est violentus nisi extra naturam. Et dico etiam nunc quod quibusdam elementorum est gravitas quibusdam eorum levitas necessario et verificatio illius est id quod dicemus nunc. Nos nunc diximus quod elementa moventur necessario. Si ergo ei quod movetur non est gravitas naturalis non est possibile ut moveatur omnino neque ex medio neque ad medium. Sit itaque nunc corpus cui non est gravitas .a. apud lineam et corpus habens gravitatem apud .b. et incedat corpus cui non est gravitas apud lineam lineae .c. et lineae .d. et incedat corpus habens gravitatem in illa hora ad lineam .c. et lineam .e. Ergo incedat corpus habens gravitatem in incessu plus longinquo quam sit incessus corporis cui non est gravitas in hora una et separetur verum ex corpore habente gravitatem corpus secundum hunc modum quantitatis quae est inter lineam .c. et lineam .e. ad lineam .c. et lineam .d. Nam possibile est ut separetur id ex eo et hoc est forte.

Redeamus ergo et dicamus quod si corpus totum habens gravitatem perambulat lineam .c. et lineam .e. totam perambulat proculdubio et corpus cui non est gravitas lineam lineae .c. et lineae .e. totam in illa hora. Si hora in qua perambulat corpus cui non est gravitas incedunt ambo spacium unum ad horam aequalem. Hoc autem est ex eis quae impossibile est esse et non quidem sermo corporis levis convenit.

Et dico etiam quod si inveniatur corpus quod moveatur non grave neque leve tunc ipsum non movetur nisi violenter necessario et quod si ipsum movetur violenter sit motor eius infinitus. Hoc autem est ex eis quae impossibile est esse quia est quoniam fit quod omne corpus mobile non movetur nisi ex virtute aliqua corporis. Tunc minus levius movetur procul dubio plus quam sit motus corporis maioris gravitatis ex illa virtute una. Moveatur ergo nunc corpus maius cui non est gravitas quod est apud lineam .a. et perambulet lineam quae est apud lineam .a. et .c. et lineam .e. et perambulet corpus habens gravitatem quod est apud .b. lineam quae est apud .e. et .d. in illa hora et tempore aequali. Ergo cum separatur corpus habens gravitatem secundum modum quantitatis quae est in summa lineae .c. et .e. ad lineam lineae .c. et .d. accidit tunc ut hoc corpus quod separatum est ex corpore habente gravitatem perambulet lineam lineae .c. et lineae .e. in illa hora et tempore in quo perambulat corpus cui non est gravitas. Nam corpus totum habens gravitatem perambulat lineam quae est apud lineam .c. et lineam .d. quare et quantitas velocitatis in cessu corporis minoris ad corpus maius sic est quantitas velocitatis corporis maioris ad corpus minus. Si ergo id est secundum hoc tunc incessus corporis cui non est gravitas et incessus corporis habentis gravitatem est res una in hora. Dico quod utrumque

perambulant spatium unum in hora et tempore uno. hoc autem est quod impossibile est esse. Iam ergo ostensum est nunc et verificatum quod unumquodque corporum est gravitatis aut levitatis necessario. Dico quod non est id in quo est principium motus sui et quod virtus est id principium motus cum est a re alia ab ea et quod omnis motus est aut naturalis aut accidentalis. motus non naturalis est sicut motus lapidis deorsum. lapis enim movetur deorsum velocius a virtute auxilio nature. Motus autem accidentalis omnis a virtute tamen non auxilio nature. sicut motus lapidis sursum. Virtus vero movens est in his duobus motibus sicut instrumentum. Aer enim est gravis et levis et lapis incedit sursum sicut leve quando elevatur et est principium motus eius illius extremitatis et incedit deorsum et est motus illius extremitatis secundum naturam et non movetur his duobus motibus in aere nisi quando est in eo grave et leve. dico quod ipse tangit duas extremitates quas aer incedit in ipso quod movetur motu naturali et ipsum id non sequitur movens id quod motu accidentali movetur. Nam si non esset corpus in eo grave et leve deferens in extensione utrorum non esset possibile ut esset in eo violentia omnino et ipse tamen est intentio omnium motuum illius qui est omnium corporum secundum hanc intentionem quam narravimus. Iam igitur ostensum est nunc tamen quod ex eis que diximus quod omne corpus ex corporibus aut est grave aut leve et ostensum est tamen modus motus naturalis et modi motuum accidentalium qui sunt contra naturam. Quod autem generatio non sit eadem secundum omnes res et quod non fiunt res omnes extra generationem manifestum est et patenter etiam ergo dicam nunc quod est quia impossibile est ut fiat aliquod corporum preter quod sit vacuitas separatum illi corpori quoniam locus in quo est corpus fit vacuum necessario aut requiritur esse corpus et non esse aliquod corporum omnino et possibile quidem ut fiat corpus ex corpore alio sicut ignis ex aere. et non possibile ut sit corpus cum non sit magnitudo nec corporeitas et est possibile ut fiat corpus actu ex corpore aliquo potentia. Impossibile tamen corpus quod est potentia sine corpore actu invenitur aliquis locus vacuus separatus a corpore.

Volo autem nunc inquirere et verificare de corporibus quibus est generatio et quare est et verificari. Dico quod si cognitio rerum non est nisi per principia et principia que sunt in omnibus rebus rebus sunt elementa tunc veniamus et inquiramus que corpora prima sunt elementa et quare sunt elementa deinde inquiramus post id de qualitate eorum et eorum quantitate. Id autem declarabitur si nos sciverimus que sit natura elementi. Dico ergo quod elementum corporum est ad quod resolvuntur reliqua corpora et est in eis ut potentia aut actu. Et hoc quidem est id in quo est ambiguitas. elementum vero non resolvitur ad res alias diversas in forma et omnes quidem confitentur quod oportet ut sit elementum secundum hunc modum et ut sit in omnibus rebus. Si ergo quod diximus et diffinivimus est elementum tunc procul dubio in corporibus sunt elementa sicut modus cuiusque quem diximus in diffinitione elementi. sicut ignis et terra quod utraque fiunt in carne et ligno potentia et in reliquis que assimilantur eis ex corporibus. Impossibile tamen nos sequimur in primis quare non sunt elementa infinita sicut visum est nobis et quibusdam hominibus. Et redeo secundum eos qui posuerunt partes similes elementa sicut visum est Anaxagore. Nam non recte dixit in narratione elementorum inter alia ex eis quibus usus est sua hec quod est quia invenimus multa corpora composita dividi in partes similes sicut carnem et ossa et lignum. Si ergo compositum non est elementum non est omnis res similium partium elementum tamen. Nam elementum est id quod non resolvitur ad res alias diversarum formarum sicut diximus in principio. Et dico etiam tamen si nos concesserimus nobis id et posuimus elementa corpora similium partium tunc non erit propter id elementa infinita quoniam possibile est ut sint ex rebus reliquis ex duabus earum aut tribus sicut Empedocles. Ipse enim posuit elementa .iiii. similium partium. deinde posuit res omnes ex eis. Et dico etiam quod accidit dicenti quod elementa sunt corpora similium partium ut non fiant res omnes in eis quod est quia facies non sit ex faciebus aliis neque aliqua reliquarum figurarum naturalium sit ex figura sibi similiter. Iam ergo ostensum est nunc et verificatum quod rectius erit ut ponamus diversa principia et ut sint minima. Dico quod non resolvuntur ad res alias diversas formas sicut fecerunt auctores artis mensurationis. Ipsi enim posuerunt principia mensurationis diversa aut forma aut modo. Et dico quod si hoc corpus non diversificatur a reliquis corporibus in propria natura essentiales et differentie corporum sunt terminate tunc manifestum est et declaratum quod elementa sunt finita tamen necessario. Et dico tamen quod non est necessarium ut sint elementa sicut dixerunt Democritus et Leucippus. accidit ex sermone utriusque esse impossibile quod est quia utrumque dixit quod corpora prima sunt infinita multitudine neque sunt recipientia partitionem et divisionem in magnitudine et quia non fiunt ex re una vel multis neque ex rebus multis vel una sed res omnes fiunt per involutionem in vacuo horum corporum que non partiuntur et eo a coniunctione eorum ad invicem. Dico ergo quod illi posuerunt res omnes numeros et gignant eas ex ipso sicut fecerunt auctores artis numeri. Impossibile tamen quamvis non explicaverunt id tamen illi occultaverunt id et dixerunt in quantum diversificantur corpora ad invicem per figuras et figure sunt infinite sicut corpora simplicia infinita tamen et non dixerunt omnino que esset figura cuiusque illorum corporum neque dixerunt quod essent figure elementorum. Impossibile tamen ipsi dixerunt et posuerunt figuram ignis orbicularem tamen aerem autem aquam et terram et reliqua corpora distinxerunt quia dixerunt quod eorum sunt que componuntur ex partibus parvis et ex his que componuntur ex partibus illis magnis et posuerunt naturam horum corporum principium omnium elementorum. Dicimus ergo nos quod accidit sermoni eorum illi ex errore simile ei quod accidit eis qui dixerunt quod non est principium finis cum sint infinita quantitate differentie. Ideo ergo secundum eos et faciam illos videre errorem suum. dico ergo quod si non sunt differentie corporum infinite tunc manifestum est et declaratum quod non est possibile ut sint elementa infinita. Ipsi quidem diversificantur auctoribus scientie mensurationis necessario quia ipsi dixerunt preter quod non dividuntur et diversificantur tamen et dimiserunt multas scientias quas dixerunt homines boni in scientia et sunt tamen cadentes sub scientia oculorum. Nos autem iam complevimus rememorationem scientiarum harum in eis que

preterita sunt de tractatibus quos
narravimus in tempore et motu. Et dico
eis tamen quod ipsi cogentur differre sermo-
nem divisum sermoni suo qui est non
posse quod est quia si elementa sunt ex rebus indivi-
sibilibus tunc impossibile est ut sit diversitas
aeris et aque propter dispositionem pluralitatis cor-
porum et magnitudinis ipsarum. Immo est im-
possibile ut sit quedam horum corporum ex qui-
busdam quod est quia cum ex figuris sunt
partes separantur permanet ex eis re-
siduum. Nam secundum hunc modum
dixerunt ipsi quod aer et terra et aqua fiunt quedam
ex quibusdam scilicet per se per accidens figu-
rarum pluralium ex partibus. Et di-
co iterum quod non videntur elementa secundum ser-
monem ipsorum non est possibile ut sint infi-
nita tamen corpora diversificantur per fi-
guras et figure omnes sunt composite
ex figuris pyramidis. et est figura pi-
ramidis et figure equilatere linee ex lineis
rectilineis et figura orbicularis sit com-
posita ex partibus fixis tunc per certum dixerunt
figuras non perveniunt figura sive una
sit sive due sive plures. Si ergo ita est
secundum hoc sunt corpora simplicia secundum
numerum suum necessario. Et dico iterum si est
omnium elementorum motus naturalis et est corporis sim-
plicis motus simplex et motus simplices
non sunt infiniti quoniam in cessibus non plures
duobus et loca infinita sunt tunc mani-
festum est et clarum quod elementa non sunt in-
finita necessario.

Nunc volo iterum inquirere an ele-
mentum sit unum an multa. Homines
enim multi ex antiquis dixerunt quod
elementum est unum tantum. Verumptamen ex eis sunt
qui dixerunt quod est aer et ex eis qui di-
xerunt quod est ignis et ex eis qui dixerunt
quod est terra et ex eis qui dixerunt quod est res
subtilior aqua et spissior aere et quod
ipsum continet omnia corpora celes-
tia cum sit infinitus. Dico ergo quod omnes
qui ponunt elementum unum aut aquam
aut aerem aut rem subtiliorem aqua et spis-
siorem aere et quod reliqua elementa sunt
ex eo secundum modum diversitatis et
spissitudinis et raritatis ignorant
sermonem suum et obliviscuntur quod posu-
erunt ante rem illam elementum quod est quia
spissitudo non est nisi ex compositione et
raritas ex ipsorum resolutione ele-
mentum subtile ante elementum necessario.
Si ergo ita est secundum hoc et ignis est sicut ser-
mo eorum subtilior reliquis corpori-
bus et ignis prior rebus aliis prioritate
naturali quia si ignis non fuerit sub-
tilior corporibus omnibus tunc ita non
erit ex igne illa que sunt contraria sermo-
ni eorum. quoniam necesse est ut sit res prima
subtilis per corpora naturalia et non sit
eorum medium. Et dico iterum quod sermo
dicentis quod omnia elementa facta sunt ex spis-
situdine elementi unius et ipsius ra-
ritate non diversificatur a sermone
dicentis quod res fiunt ex subtilitate
elementi et ipsius spissitudine et ex mag-
no eveniunt parvo quod est quia subtilitas
est parvitas partium et spissitudo est ma-
gnitudo partium subtile enim ex partium
suarum spissum vero non est ita non res que com-
ponitur ex partibus pluribus si ergo ita est
ita accidit eis per necessitatem ut discernant
subas rerum pluralitate et magnitu-
dine. cum ergo discernerunt secundum
hunc modum. accidit eis ut dicant

quod elementa omnia sunt comparativa et non est
aliquod elementorum ignis natura immo aer
vel immo aqua vel immo terra necesse est er-
go ex sermone eorum ut sit res una
cum separatur ad aliquid vel ignis cum com-
paratur ad rem aliam aqua habet acci-
dit illis qui dixerunt quod elementa sunt mul-
ta infinita et non diversificantur nisi per
paucitatem partium earum magnitudi-
nem et sunt auctores partis que non dividitur.
Dico ergo quod ipsi qui distinxerunt
quedam elementa ab aliis per pluralitatem suam
est procul dubio elementum unum ignis aut
aer aut aqua aut terra quod est quia partes per-
venerunt in partibus magnis necessario quod
est quia pars una cum comparatur ad quas-
dam partes est prima et cum comparatur ad
res alias est magna. Illi autem qui di-
xerunt quod ignis est elementum non sequitur
hoc contradictio cum fecimus sequi illos quorum
memorationem complevimus et quorum
sermonem. Sed accidit eis res alia ex
ratione necessario quod est quia homines quidam
dixerunt ex eis quod ignis habet figuram
pyramidis et ex eis sunt qui iusti-
ficant sermonem suum sermoni sim-
plici debili et dixerunt quod in figuris
non est figura velocioris ablationis quam
figura pyramidis et in corporibus
non est corpus velocioris ablationis quam
ignis et propter istud est figura ignis figu-
ra pyramidis et ex eis sunt qui iustifica-
verunt hunc sermonem alio solido et dixe-
runt quod corpora omnia sunt compo-
sita ex subtiliori corpore et quoniam
[illegible] figurarum componitur
ex figura que dicitur pyramidis. Si ergo
ita est tunc manifestum est et clarum quod ignis
subtilior est reliquis corporibus et fi-
gura que dicitur pyramis est minor figurarum
et prima earum et necessarium quidem est ut sit fi-
gura prima primo corpori. est ergo fi-
gura ignis figura que dicitur pyramis pro-
cul dubio. Et ex eis sunt homines a-
lii qui non dixerunt figuram ignis
omnino. Verumptamen dixerunt quod ignis est sub-
tilior reliquis omnibus corporibus de-
inde dixerunt quod ex compositione par-
tium ignis ad eorum adinvicem et eorum
spissitudine fiunt alia corpora sed est
partes infinite ex quibus tamen coartatis
fiunt reliqua corpora secundum ipsam co-
artationem. Omnes ergo nos quod acci-
dit ex istis sermonibus res difficiles
impossibiles quod est quia si ipsi posuerint primum
corpus partem indivisibilem. Veni-
unt iterum sermones illi quorum re-
memorationem complevimus im-
[illegible] non dividitur. Et dico iterum
hunc sermonem non naturalem quia non est
possibile ut sit elementum per quod non dividitur et illud
quidem manifestum est et clarum sicut inqui-
sivimus de eo in quisitione natura-
li. Nam si ita est et unumquodque cor-
porum est conveniens corpori alii paucitate
et magnitudine et cum magnitudo
similium partium que non dividitur similis
est adinvicem. Dico quod magnitu-
do corporum aque totius similis est mag-
nitudini corporum aeris totius et sic
elementorum reliquorum. Nos autem non
videmus ita quod aer est plus in mag-
nitudine quam aqua. Similiter omne corpus
subtile est plus magnitudinis cum corpore
plus spisso. Si ergo ita est secundum hoc tunc
manifestum est et patens quod elementum aque est minus
elemento aeris.

Redeamus et dicamus quod quoniam mag

intrando celum minoris est in celo maiores, tunc procul dubio celum accidet cadens sub partitione, et similiter celum igneus tamen cadit sub partitione, et aliud omne corpus subtile tamen recipit partitionem procul dubio. Iam ergo ostensum est nunc et certificatum quod celum igneus recipit partitionem. Credo autem tamen secundum illos qui figuraverunt ignem et dixerunt quod ignis est celum quoniam ipse figuratur prima figura que dicitur piramis et hoc figura non est composita ex figuris multis que nominantur piramides accidit eis ex sermone ipsorum hoc ut non sit omne corpus aut celum aut ex celis generatum quod est quia corpus ignis non erit ignis neque celum aliud omnino. Et credo tamen secundum eos qui dixerunt quod celum est unum corpus subtile. Dico ergo quod accidit ex sermone illorum primo ut sit celum autem primo celum et aliquando aliud et hoc infinitum cum primo corpus, scilicet celum recipiat partitionem et sit corpus subtile quod est minimum divisum ex celo spisso celum. Et credo tamen secundum eos et dico nobis et dicatis tamen quod res una a quadam re est ignis et a quadam causa est aer et similiter tamen a quadam causa est aer et similiter a quadam causa est terra aut aqua. Dico ergo sermone aggregato eidem omnibus istis qui dixerunt quod celum est unum erraverunt errore manifesto quoniam ipsi posuerunt motum unum naturalem tamen et posuerunt cum omnibus corporibus insimul celeritatem contra rationem illius quoniam invenimus omni corpori naturali principium motus naturalis. Si autem esset omnia corpora unum esset omnibus motus unus. Quanto magis est corpus maius est iste motus vehementior et fortior sicut ignis. Namque quanto ipse est maior est ipse velocioris incessus sursum et videmus corpora alia multa incedere deorsum incessu velociori. Tamen propter has ergo similitudines et has questiones et propter primo quod distinximus et determinavimus in eis que precesserunt ex dicto sermone manifesto quod motus naturales multi sunt, indicatur quod non est possibile ut sit celum unum. Dico nunc quod elementa cum non sunt infinita neque unum, tunc sunt multa finita.

Volo autem nunc inquirere in primis an elementa sint prima sempiterna aut generata cadentia sub corruptione. Nam si declaratum fuerit nobis illud declarabitur nobis tamen summa numerum eorum et que sunt eorum nature. Dico ergo quod non est possibile ut elementa non removeantur, quod est quia nos ignem et aquam videmus et unumquodque ex corporibus simplicium dissolvi et resolvi. Unumquodque dissolutum et resolutum autem sunt ad infinitum aut stant necessario. Et dico quod si resolutio est infinita, tunc tempus resolutionis infinitum est et tempus compositionis est infinitum tamen quia omnis pars ex partibus elementi resolvitur tempore alio. Accidit ergo ex hoc sermone ut sit tempus aliud extra tempus quod est infinitum. Dico tempus compositionis cum non est finitum. Maxime ergo et patens quod si primo est secundum hoc quod aliquid infinitum extra tempus quod est infinitum, hoc non est ex eis que impossibile esse. Cum si resolutio stat et finitur, scilicet resolutio elementi et ipsius dissolutio in loco suo, quod corpus aut dividitur aut non dividitur. Impossibile non cadit sub fine et corruptione sicut dixit Empedocles. Dico quod impossibile est ut non recipiat divisionem propter sermonem et rationem et disputationes quarum rememorationem complevimus nuper. Neque est possibile ut recipiat divisionem propter quod resolvatur et dissolvatur et corrumpatur, quod est quia corpus minus resolutionis et corruptionis est quam corpus maius. Si ergo corpus maius corrumpatur hac corruptione, scilicet dissolutione et resolutione, ad corpus minus tunc dignius est ut plus minor sit susceptibilis et separans dissolutionem et corruptionem. Nos autem videmus ignes corrumpi secundum duos modos quod est quia aut corrumpitur ex contrario suo aut finitur aut extinguitur ex se ipso et minimus quidem corrumpitur ex contrarietate maioris et quanto est minimus est plus ad corruptionem. Iam ergo ostensum nunc quod elementa sunt corpora generata cadentia sub corruptione necessario. Et dico quod cum elementa sint generata cadentia sub corruptione tunc procul dubio ipsa fiunt aut ex corpore aut ex non corpore, quod si fiunt ex corpore tunc aut sunt ex corpore alio a se ipsis aut non ex corpore aut sunt alia ex aliis. Dico ergo quod sermonem dicentis quod elementa fiunt non ex corpore sequitur ut confiteantur manere vacuum necessario quod est quia omne generatum aut est generatum in re que non est corpus aut est generatum inter corpora. Quod si est corporea tunc duo corpora sunt in uno loco, scilicet corpus generatum et corpus quod erat ante ipsum et ipsum generatum in ipso. Et sic locus in quo generatur corpus in corpore erit vacuus et necessario quod separatur a corpore generatum. Hoc autem est ex eis que impossibile est esse, sicut ostendimus in exposito in hiis que prefata sunt. Et dico tamen quod non est possibile ut sint elementa ex corpore alio quoniam accidit inde ut sit corpus ante alia elementa, quod si est tunc aut est gravis aut est levis; quod si est tunc unum ex elementis. Aut non est existens in pondus omnino. Quod si erit unum ex corporibus mensurationis an non est motus et tunc fuit secundum hunc modum non erit in loco omnino quoniam in quo loco possibile est esse ille movetur aut violenter aut non violenter. Si ergo movetur violenter est motus eius accidentalis extra naturam et si est non violentus est motus eius essentialis naturalis. Si ergo est in loco unum ex elementis est et si non est in loco non fit aliquid extra omnino quoniam generatum et id ex quo generatum est sunt simul necessario. Et dico quod iam ostensum est certum quod non est possibile ut sint elementa facta ex corpore nec ex non corpore. Remanet ergo ut dicamus quod quedam facta sunt ex aliis.

Volo autem nunc inquirere quomodo facta sunt elementa ad invicem duo genera. An sint secundum quod dixerunt Empedocles et Democritus an secundum quod dixerunt illi qui resolvunt corpora ad superficies et laminas aut est modus alius et causa propter quam diximus. Dico ergo quod imitatores Empedoclis et Democriti ignoraverunt in sermone suo et obliti sunt quod ipsi non affirmaverunt generationem veram. Et quod ipsi confitentur quod elementa generantur ad invicem, verum ipsi affirmaverunt propter primo generationem fallacem quod est quia ipsi dixerunt quod elementorum alia sunt in aliis occulta et sunt egredientia alia ab aliis sicut ortus et partus et ex generatione quidem non egrediuntur res eius apparentes sed

ignis ex lapide ad percussionem quoniam res generantur ex [?] sua purificatione et mutatione. Et dico tamen quod accidit ex sermone eorum ex ratione et dicit creationem quod est quia corpus quod est in aliqua quantitate deinde inspissatur et coarctatur non additur in operatione sua aliquid omnino. Et est quidem istorum auctoribus sermonis de generatione ut sequitur eos id. Nam ipsi dicunt quod aqua certe est in aere generatur nisi quando egreditur ex eo est gravioris gravitatis quam ipsa sit quando est in aere. Et dico item quod corpora permixta alia in aliis cum unum separatur ab alio non accipit locum maiorem loco suo nisi accidens quando fuerit et accipit locum maiorem loco suo primo quod est quia corpus subtilius in loco est maiore et hoc quidem manifestum est et planum in alteratione et permutatione. Humiditas enim quando vaporat et inflatur scinditur vas continens ipsam et scindit ipsum constrictione suam a sua amplitudine. Si ergo quod est id secundum hanc rationem est necessitas in raritate omnino in quantum expanduntur corpora et spargantur sicut dixerunt auctores occultationis tunc inane est et apparent quia non est possibile ut accipiat corpus locum maiorem suo loco per se. Et dico item quod illi qui dixerunt hunc sermonem scilicet occultationem sequitur ut faciat remanere aliquid ex corpore ex quo non sit corpus aliud omnino cum non sit in corpore finito in magnitudine finita infinita multitudine quod est quia cum fit extra aliquid tunc procul dubio quia ipsa accipit aliquid extra cum fiat extra ipsa generatione et est possibile ut egrediatur aliquid item extra remanente. Si ergo id est spargitur et absconditur accidit inde ut in corpore finito sint corpora occultata quibus non est finis. Si autem est possibile ut sint quaedam elementa ex quibusdam semper per egressum et per apparitionem. Nam generatio manifestum est nunc item quod elementa non fiunt alia ex aliis per separationem et egressionem.

Remanet ergo nobis ut dicamus quod fiunt alia ex aliis per alterationem aliorum ad alia et est id secundum duos modos: per mutationem suarum figurarum sicut fit ex cera ymago cubus et revolvitur aut per resolutionem aut per superficies sicut dixerunt homines qui [?] elementa fiunt alia ab aliis per mutationem figurarum eorum. Sequitur necessario dicentem hunc sermonem ut dicat partem quae non dividitur et ut dicat corpora per [?] partes quae non dividuntur quod est quia si corpora reciperent divisionem non erit pars ignis ignis nec pars terrae terra quando non est pars figurae quae dicitur pyramis necessario nec pars frigidi frigidum. Item quod si quaedam elementorum fiunt ex aliis per resolutionem sicut fecerunt et resolvuntur alia ad alia tunc impossibile est omnium elementorum ut alia fiant ex aliis et dixerunt hunc eundem sermonem homines ex eis. Hoc autem est inconveniens et impossibile quoniam non est necessarium ut unum elementum continue per mutationem et alterationem item. Et visus non testificatur ei scilicet id item. Immo omnia elementa cadentia sub visu et ipsa alterantur et permutantur ad invicem et sequitur necessario hunc sermonem dicentem ut loquatur in rebus cadentibus sub visu de eo in quo non testificatur ei visus scilicet id et causa illius est quoniam ipsi non acceperunt principia rerum acceptione bona sed voluerunt

sua. Verumptamen ipsi voluerunt permutare rationes ad suas et rationes quas hedificaverunt ab illis qui fuerunt ante eos et ipsi posuerunt principia rerum omnium non separari. Illud vero non est ita quoniam necesse est ut sint principia rerum sensibilium sensibilia item et ut sint principia rerum sempiternarum sempiterna item et ut sint principia rerum cadentium sub corruptione cadentia sub corruptione item. Et dico sermone aggregato quod possibile est ut sint principia homogenea subiectis suis. Ipsi autem propter amorem magistrorum suorum fecerunt quod fecerunt [?] vel sermonis impossibile. Nam ipsi visi fuerunt in principio sermonis sui principiis impossibilibus. Cum ergo ipsi posuerunt ea et locuti fuerunt in eis indiguerunt ut iustificarent sermonem diversum contradicentem narrationi eorum illi. Dico quod necesse est ut iudicetur scilicet aliquando vel ex complemento earum et earum fine non est ex eorum principiis. Nam omnium scientiae est finis quod est quia complementum artis et complementum naturae est [?] sensibile cadens sub visu.

Redeamus ergo et dicamus quod si ipsi dixerunt quod terra sola non alteratur nec permutatur ad reliqua elementa consequitur eos necessario ut ponant terram solum elementum unum quoniam id quod non resolvitur nec permutatur non cadit sub corruptione et est elementum. Terra ergo sola est elementum quod est quia ipsa non resolvitur ad corpus ad mensuram [?] ratione ipsorum. Et dico item quod sequitur eos ex sermone ipsorum illo ut dicant quod remaneat [?] triangulus. Illud autem non est necesse nec est extra quod oportet. Nam accidit ut sint in permutatione elementorum ad invicem trianguli varii qui non utuntur quia elementa generantur ex triangulis in aequalitatibus numero. Et dico item quod indigent dicentes hunc sermonem ne generationem ex corpore quoniam signum non sit nisi ex superficiebus non est tunc generatio ex corpore omnino. Et dico quod ipsi coguntur item ponere omne corpus susceptibile partitionis quia conveniunt per id scientiam [?] tamen scientiam artis mensurationis. Isti enim ponunt possibile quod accidit sub sensu susceptibile divisionis. Isti autem tamen non conceditur quod omne corpus sensibile cadens sit sub divisione ut non corrumpunt narrationem suam et sermonem suum primum. Et dico item quod illi qui ponunt omne elementum aliquid ex figuris et distinguunt substantias ad invicem per figuras coguntur ea item non susceptibilia partitionis quod est quia figura quae dicitur pyramis et figura orbicularis quando partiuntur partitione aliqua non est residuum orbiculare nec pyramidale. Si ergo id est secundum hoc non est item pars ignis ignis si est vel antequam fit elementum quoniam omne corpus aut est elementum aut est generatum ex elementis. Dico ergo sermone aggregato quod illos qui student figurare corpora simplicia sequitur necessario ut dicant res esse rationem impossibiles et in primis id sequitur necessario ut dicant quod ex figuris sunt figurae quae quando componuntur ad invicem non implent locum suum totum sed remanet ex eo aliquid vacuum. Sicut autem quando ponuntur aliae cum aliis implent locum suum totum paucae sunt ex figuris in superficialibus. Sunt tres tantum figurae: triangulus

1 figura circularis 1 figura q̃drata
ta 1 ex figuris celestis altis sunt due
tm̃ quarum una figura q̃ dicit
piramidalis 1 altera ē figura q̃ dr̃
orbicularis. Si ergo ē id secundum h̃
cogũtur ponẽ figuras celestia
les multas plures hĩs duabz cum
elementa sunt esses plura tm̃. h̃ ergo est
impleo oio. Et dico tm̃ q̃ nos
uide corpa omnia simplicia figu
rari secundum modum figure loci co
tinentis ea 1 precipue aquam 1 aerẽ.
Si ergo illud ē sic non ē ut remaneat
at figura elementi secundum dispõnẽ suam
q̃ ē q̃ si nõ fuerit ita n̄ tangit totali
tate sua locum contingente ipsũ
ex omnibz finibz suis. si autẽ tangat
ipsũ 1 sit secundum figurã eius n̄ retinz
secundum dispõnẽ suam ergo ē aq̃ oio
cum uis n̄ sit aq̃ nisi p dispõnẽ figure sue.
Iam ergo manifẽ ē 1 certum q̃ elementis
n̄ sunt figure determinate. Vnũ nẽ
sue sũt significantes q̃ eis n̄ sunt
figure celestis aliorum 1 sil oz ut unius
lo loco deferenti res reliquas n̄ sit
sed iz figura. sz possit ipse forma
ri sic cum dixit illi tm̃ i pl̃e recipi
ente os res. sic oz ut intelligant
elementa tm̃ sicut p̃lon corpm caden
tium sub sensibz quã p̃ p̃le ē ut al
terantur elementa ad inuicem cum sepa
tur ab eis qualitates eorum diuise. Et
dico quõ ē p̃le tm̃ ut fiat ex celestia ca
lo aut os aut aliqd tale ill' ex corpib'
continuis 1 n̄ ē sũba elementorum sic ē ser
mo eorum in figure 1 n̄ ē p̃le ut sit ex
cõpõne figurarum corpus p̃mutabi
le iz ex cõpõne superficierum cum elementa
sunt res p cõpõnẽ. ex eis uo q̃ accidit

excessus f. figure n̄ sit aliquid p
cõpõnem. q̃ si aliquis inquirat
de sermonibz eorum inquisitõe certã
sita in eis sua facit recte credita
q̃ ipsi dixerunt q̃ñõnẽ 1 q̃ ipsi quã ipsi
studuerunt confirmare ipsum ad
didimt negatõnẽ in ē eorum inten
tio oio. Et dico q̃ si essent quas
dixerunt n̄ sunt cõmunicates iz ap
te q̃litatibz ipsorum iz eorum uirtu
tibz iz motibz eorum p̃ q̃nos figura
sunt si etiam ex figuratis ipsum sit ergo
cõtrario. n̄c q̃ p̃pea q̃ ignis ē uelocis
motus calefaciens adurens posue
runt eum quidẽ orbem 1 quidem
eorum figuram q̃ dr̃ piramidem q̃
nã ille figure due figure sũt uelo
cis motus. quã relique figure cum uirtu
q̃ n̄ occupant iz tangunt ex loco
remp̃ntm ualde 1 utreq; quidẽ
tm̃ sunt calefacientes 1 urentes
ualde. cum una earum tota ē trian
gulus 1 altera ē angulus acutus
1 dixerunt q̃ ignis n̄ adurit iz ca
lefacit nisi p angulos.
Nunc ergo nos redeuntes sup
illos q̃ ipsi errauerunt oẽs 1 n̄o
tu q̃ ē q̃ due figure cum uis sunt
uelocioris motus quã reliq̃ figu
re tm̃ n̄ ē uelocitas motus earum sicut
motus ignis. quã motus ignis est
sursum n̄ circularis. motus autẽ figu
rarum harum duarum ē circularis. 1 dico
tm̃ q̃ figura terre ē figura grandinis
p̃ dispõnẽ ex eo eius sue 1 stationis
1 n̄ ē terra q̃dam stans fixa in oĩbz lo
cum sz in loco suo tm̃ 1 ē in cellis
ei ex loco p̃pinquo q̃ n̄ p̃ohibz
eam aliquid 1 simul ignis 1 reliq̃

sunt f huic mod / sicut ignis / peruldũ / 1 reli / qua / elementa

elementa orbes siue piramides tunc ē in
loco p̃pinquo 1 ē in loco suo q̃ñdo
uentio. Et dico tm̃ si ignis nõ
calefacit 1 adurit n̄ p angulos suos
sũt omnia elementa adurentia calefa
cientia 1 alia ex eis sunt ueloci
oris adustionis 1 calefactionis quã
alia cum omnibz eis sũt anguli sic
esto hũn figuram octobasium 1
esto hũn figuram. xii. basiũ 1
orb' figura dum ē in tacens sic ē sermo
de mocenti cum ē angulus exanguis
si sũt ergo elementa sed hoc calefaciẽ
cia 1 adurencia tunc n̄ diuisifica
tur ad inuicẽ nisi p̃ multitudi
nẽ 1 paucitatẽ adustionis 1 cõbus
tionis. h̃ aũ falsum 1 uanum ē. 1d ma
nifestũ ē 1 patens cum sit ē ita ac
cidit ut corpa mẽsuratõnis adu
rant 1 calefaciãt quã ipsa hũt an
gulos tm̃ 1 in eis sunt plures quẽ n̄
diuiduntur. sicut ē sermo eorum in or
bibz 1 piramidibz. si ergo in corpo
ribz mẽsuratõnis sũt plures quã diui
duntur sic dixerunt cum cõparata
sit calefaciũt tunc adurunt 1 cor
pora mathẽica n̄ calefaciunt iz ad
urunt. Nam oz eos causam enũci
are illius. Impossibile possunt os
tendere id oio 1 nos quid n̄ dicunt
in illo sicut ipsi dixerunt. Et dico
tm̃ q̃ cum sit adurens res sicut ig
nis 1 sicut orbis aut piramis ut
necesse sit res q̃ aduritur orbis ut
piramis uentio. Et dico tm̃ q̃
uis ponamus 1 dicamus ut sit sectio
1 sepatio fit tm̃ n̄ ē inevitabile 1 necesse
ut sit ex orbe orbis 1 piramide pi
ramis q̃ ē ex tm̃ oio 1 ē sicut illius

qui uoluit abscindere ex circulo cir
culos 1 ex serra serras. Et dico tm̃
q̃ eis de quibz oz mirari ē ut figure
tur ignis ac figura q̃ in adit 1 sepa
rat 1 ipse quidẽ aggregat plusq̃m sepe
rat aut similiter 1 ipse cum n̄ separat 1
sunt n̄ oẽ q̃ n̄ ē sui generis 1 aggregat
1 unit oẽ q̃ ē sui generis 1 aggregatio et
unitio ē de esentia ignis 1 sepatio quoque
1 consumptio n̄ sunt ei nisi p accidẽs
q̃ ē q̃ cum aggregat 1 unit q̃ sibi hõ
generis 1 sepat 1 sumit 1 sunt p̃pinqua
tum q̃ n̄ ē sui generis. si ergo id ē sed h̃
tunc q̃ eis ut adiungant has du
alites. s. sepatõnem 1 aggregatõnẽ ad ignẽ
aut iungant aggregatõnẽ eiden. Nã
id dignius ē ut sit ignis quã sepatio
1 consumptio 1 ablatio. Et dico tm̃
q̃ cum sit calidum 1 frigidum cõtraria 1
pos̃a n̄ ē p̃le ut ponat ei figura ali
qua. cum si ponatur figura ei ē ex
eis q̃ sunt necessarie. ut ponã ei figura
1 ex eis cõtraria figure calidi sunt. Nul
li autem figurarum ē cõtrarium oio 1 p̃ id
n̄ potuit aliqd eorum igni figuram
oio. Et eis quidẽ ē conueniẽs
ut aut ponẽt omnibz eorum figuras
aut ut n̄ ponerẽt alicui eorum figuram
oio 1 ex eis quid sunt qui studuerunt
ut n̄ loquitur in hĩc po. s. frigiditate
1 dicunt contrariũ eius secundum cõpõnẽ est
q̃ ē q̃ dicunt q̃ frm ē res magne partis
quã coartatur 1 n̄ penetrat 1 poros
1 ut n̄ cedit in eis nisi p̃ subtilitatẽ
suam. si ergo id ē ita tunc partis dubio
calidum ē res parua incedens in poros si
ergo id ē tunc calidum 1 frigidum sũt
diuisa in paruitate partis 1 magnitudi
ne n̄ in figuris. Et dico tm̃ si

magna earum

dum planiciei sunt non equales sed sunt
quedam eorum grossiores et maiores.
Aliud non est ignis non est. Ergo tunc figu
ra causa adustionis et calefactionis sed
ea causa illius scilicet frigiditatis. Iam
ergo ostensum est nunc et certificatum
quod etiam non diversificantur ad invicem
propter figuras propter illud quod nos diximus et
dico etiam quod cum sint diverse corporum
propter quantitates suas et eorum operationes et
ipsorum virtutes nunc nos dicimus quod u
triusque eorum sunt operatores et qualita
tes et virtutes naturales exquisi
te; nam iam nos fecimus illud sermonem
diiudicantem tunc causisque earum ab ope
re suo. Incipit liber iiii.

Volo dicere
nunc rem
levem et gra
vem et exponam
utrumque et o
stendam que sit unaquaque et propter quam causam
sunt etiam eterni istis virtutibus inqui
sito cum debuit convenientes motibus
et sermonibus meis. Dico ergo quod
nos non nominavimus grave aut le
ve nisi rem tamen non est invariabilis quoniam mo
tu naturali. Nos vero non invenimus
in operationibus utriusque nomina po
sita sicut non aliquis voluit utique opera
tionem et dixerunt omnes primi scilicet natu
rales istas duas res quarum sermo in u
triusque est conveniens libro qui est in mo
tu naturali et quia utraque est principi
um motus et fundamentum eius et pri
mum eius. Verumptamen ipsi non discreverunt
utramque et dixerunt in eis sermonem
exquisitum nisi paucis exceptis.

Volo autem nunc dicere sermonem eorum
in utriusque res in inveniendum in u
triusque sunt necessarie in questiones suffi
cientes et discernamus eas deinde di
camus post illud sermonem nostrum et sermo
nem nostrum in utriusque. Dico ergo
quod excessus quorum ut dicam est si dicatur
grave nomine absoluto et subtile no
mine absoluto et si dicatur leve
et grave autem comparantur ad aliquid ali
ud quod est quia nos dicimus quod ex rebus habenti
bus gravitatem sunt que sunt gravio
res aliis sicut sermo noster quod es est gra
vior ligno. Primi autem non dixerunt
grave neque leve neque narraverunt utrum
que, sed ipsi dixerunt et narraverunt rem
ad graviorem. Nos autem exponimus
et discernimus hunc sermonem dicimus ita
quod ex rebus sunt que incedunt ad me
dium incessu sempiterno et excessus que ince
dunt ex medio incessu sempiterno. Dicimus
ergo quod incedentes ad medium ince
dunt deorsum, qui autem dixit quod mundo
non est sursum neque deorsum erravit et non
invenit rectum. Illud autem dixe
runt homines ex primis et estimaverunt
quia non est ex mundo quod sit sursum neque quod
sit deorsum, cum sit totus simul
ad invicem ex omnibus finibus finis. Si
ergo illud est per circuitum excessus quod phila un
tunc homini ut sit in quibusdam dispositi
onibus suis ambulans oppositis loco
in quo ambulavit in primis hic
pedes eius oppositi loco ipsorum in quo
fuit ante illud. Nos autem nominamus
autem orizonta mundi sursum et
dicimus quod in loco suo sursum et est pri
mum in natura deinde redeamus et
dicamus quia cum mundo fuit orizon
et medium aliquod, tunc manifestum est et cla

rum quod ei est sursum et deorsum sicut
confitentur illud multi eorum quamvis
non confiteantur confessione firma
et causa illius est quia ipsi putant quod celum
non contineat totum ex omnibus partibus
suis, sed confitetur de medietate eo
rum[?] quam est sicut nos deinde putant quod ipsum
est rotundum et dixerunt quod superius est
eius sursum et medium eius est deor
sum. Si ergo illud est secundum hoc dicimus
quod leve absolutum est illud quod incedit
sursum ad orizonta et quod grave est
absolutum incedens deorsum ad
medium. Leve autem comparatum ad aliud
et grave comparatum ad aliud quando sunt est
due res equales in magnitudine
et spissitudine, deinde incedit una
earum inferius velocius alia. Dico
ergo quod plures eorum qui inquisierunt
de hiis duabus rebus et non dixerunt quod
non quesierunt nisi de gravi comparato et levi
comparato non dixerunt in quo est comparatio
duarum rerum aliis incedit. Vna u
triusque earum in fertur velocius opere
suo. Propterea ergo discreverunt illud pu
taverunt iterum quod ipsi discreverunt grave
et leve absolute, sed sermo eorum
in illorum non est conveniens. Inter duo

Volo autem bz.
ostendere sermonem eorum illum
et exponere illum. Dico ergo quod excessus
sunt cum discreverunt inter gravium
et levium et dixerunt quod res gravium est
composita ex rebus multis similibus
et levius est res composita ex illis rebus
cum sint pauce, sicut sermo dicentis
quod frustum plumbi est gravius alio
frusto plumbi cum in eo sit plum
bum plus et illud est gravius alio
ere cum in eo est plus sicut dictum est in li
bro qui dicitur thimeus et iste est sermo in rebus
quas rebus similium figurarum, sed quod res
nunquam sunt partes plures partibus sive compa
ratis est gravior semper et similiter dixerunt in
ligno et plumbo quod est quia ipsi estima
verunt quod corpora omnia sunt composita ex
partibus similibus et ex materia una et non puta
verunt quod illud ita esset nisi propter quod certifi
care eis visus sit illud. Iam ergo
discreverunt nunc gravium et levium, sed in
hanc discretionem et non dixerunt leve
absolutum neque grave absolutum. Nos
autem videmus quod ignis est leve sempi
terne levitatis incedens sursum et
videmus terram etiam et res terrenas
graves sempiterne gravitatis ince
dentes deorsum. Verumptamen videtur nobis et vo
lumus ut dicamus illud antequam inci
piamus inquirere de eo quod inquisierunt
quidam homines cum dixerunt quod quedam corpora
incedunt sursum et quedam deorsum
incessu naturali et quedam eorum ince
dunt sursum et deorsum. Et inde
dicamus primus illud magnum et levium et determi
nabo utrumque et vestigia accidentia
excutiusque et propter quam causam est. Vnumquod
que ambobus dico quod causam incessus quo
rundam elementorum sursum et quorundam
eorum deorsum est locus. Nam unumquod
que eorum incedit ad locum convenientem
sibi et illius quod iustificatio est quia excessus que
ras nos distinguere est quod motus elementorum
similes reliquis alterationibus et genera
tionum. Nam cum sint motus in
quorum unus est in magnitudine, secundus
in forma, tertius in loco, tunc videtur nobis
unumquodque horum motuum contrario ad
contrarium permutari et ad illud quod est inter

illa in permutatione motus ad quemcumque motum et similiter omne movens non movet quemcumque motum. Immo sicut alterabile est praeter augmentabile similiter alteratum est praeter augmentatum. Secundum ergo modum quo nos distinguimus rem moventem et motam per motum localem, scilicet quia non omne movens motu locali movet quodcumque mobile. Si ergo istud est secundum hoc et sursum et deorsum sunt existentia et quod movetur ab istis duobus locis res gravitatem habentes et levitatem et movens est res gravis et levis et movetur est res gravis in potentia et levis potentia est per causam dicendum incessus cuiuslibet eorum ad locum suum ipse incessus ad formam suam. Ergo secundum hunc modum convenit inquirere has res ut sciatur sermonem antiquorum dicentium quod simile tendit ad suum simile et non est sicut putant quidam homines quod terra incedit ad terram quoniam hoc est extra quod non sunt necessario quod si aliquis permutaret terram et poneret eam in loco non incederet omnis pars ex partibus terrae ad illam illuc sed incederet omnis pars ex partibus terrae ad illam illuc sed incederet ad locum in quo erat. Cadit similiter illuc necessario omnibus rebus similibus inter quas non est diversitas motae motu uno. Dico quod pars incedit ad locum ad quem tendit totum. Et dico etiam quod locus qui est orizon, scilicet res continens res incedentes sursum et res incedentes deorsum, scilicet ultimum et medium, est procul dubio in aliqua parcium ultimum et medium forma rei continentis. Si ergo istud est secundum hoc procul dubio corpus incedens ad locum suum non incedit nisi ad suum simile. Corpora autem quae sunt inter haec loca sunt ad invicem similia. Dico quod aqua est similis aeri et aer similis igni et similiter est quando accepimus deorsum decedendo deorsum dico quod aer est similis aquae et aqua est similis terrae. Duo autem extrema sunt ignis et terra et non est unum eorum alteri simile sed diversa sicut est ... et forma et similiter unumquodque corporum diversificantur superius ab inferiori sicut est diversitas formae a ... qui autem quaerit quare sit quod ignis incedit sursum et terra incedit deorsum est similis ei qui quaerit quare sanandus movetur et alteratur ad sanitatem et non alteratur ad albedinem. Dicimus ergo nos quod res omnes alterabiles alterantur ad rem convenientem sibi non ad aliam sicut augmentabile. Alteratio enim augmentabilis non alterantur per quantitatem et alterae sunt quae alterantur per locum. Illud autem quod alteratio est alteratio localis quod leve est permutatur sursum et quod grave est permutatur deorsum. Impossibile(?) est quod diximus est principium permutationis ... ex se ipso determinus(?) sicut grave et leve et excepta(?) sunt quibus non est istud determinus(?) sed de foris sunt sanandum et augmentabile et secundum istud fortasse permutantur et alterantur ipsa ex se ipsis cum motu parvo de foris contingit provenire. Unum quod quae eorum ad sanitatem et aliud ad augmentum et additionem. Et res quidem una recipit sanitatem et infirmitatem quod est quod se ipsa movetur sicut sananda permutatur ad sanitatem et se ipsa modo sicut infirmanda modo ad infirmitatem. In gravi autem et levi iam manifestum

principium permutationis plus et manifestius quam sit declaratio eius in reliquis rebus quoniam ipse utrique valde propinquum est substantiae ipsorum. Et si ergo illius quidem est incessus, scilicet incessus utriusque et quod incessus est in rebus stantibus per se et est in generatione ultimum motuum. Si ergo istud est secundum hoc procul dubio iste incessus et iste motus scilicet gravis et levis primus et substantia(?). Dico quod est propinquior ... sive eorum quam reliquae quantitates earum.

Redeamus autem ad istud in quo sumus et dicamus quod aqua cum permutatur et fit aer et permutatur aquositate in levitatem incedit sursum et dicimus quod est levis in illo loco non quia ipsa sit levis sed quia est levis illic. Si ergo sic istud est secundum hoc tunc manifestum est et clarum quod aqua est potentia levis deinde permutatur quousque sit cum gravitate similis et incedit illic sicut cum substantia quantitatis et forme. Et dico ad locum ad quem possibile est ut incedat et ad contrarium de eo et ad quam formam eius. Haec est ergo causa motus terrae et aquae ad loca sua cum non est utriusque aliquid prohibens. Necnon nutriendum aut susceptibilis sanitatis cum non est eis aliquid prohibens incedit in hora ad nutrimentum et sanitatem. Hoc quidem quod movet(?) nisi ex re faciente ipsum in principio et re quae excutit ei prohibente motum eius aut faciente multum aperte coram re contrarium eius et firmat eius quod modo sicut diximus in sermonibus primis et determinavimus quod nullum eorum mobilium est motus localis a quo non moveatur nisi ab alio non a se. Iam ergo determinavimus nunc et ostendimus propter quam causam est incessus omnis incedentis et quae sit intentio incessus uniuscuiusque eorum ad locum suum.

Volo rememorari nunc diversitates ignis et levis et accidentium quae accidunt in utrisque in capitulo. Ergo in principio rememorabo de gravi et levi et diffiniam utrumque diffinitione cognita patente manifesta. Dico ergo grave absolutum quod subsidet sub corporibus omnibus et leve absolutum est natans super omnia corpora et non intelligo per absolutum nisi genus omnium cum non sit ibi ... simul sicut ignis. Non enim videmus quod quaecumque quantitas ex quantitatibus ignis sicut incedit sursum si non fuerit quod prohibeat ipsam et videmus etiam quod quaecumque quantitas ex quantitatibus terrae sunt incedit deorsum et quanto ignis est maior est velocior in incessu suo sursum et haec quidem sunt grave et leve secundum modum aliud scilicet per comparationem quia corpus est leve et grave et modum et per modum. Nos enim videmus sicut quod natat et est gravius igne quod est corpus subsidet sub igne et aqua secundum istud dicitur aer levis absolute et terra gravis absolute quod comparatur. Unumquodque eorum alteri quod est quaecumque pars fuit aeris natat super aquam et quaecumque pars natat super aquam est residens sub aere. Dico ergo quod cum sit reliquis rebus gravitas et levitas tunc procul dubio corpora prima sunt causa gravitatis earum et levitatis ipsarum et non diversificantur nisi quia sunt quaedam eorum graviora aliis et quaedam eorum leviora. Aliis propter multitudinem eius quod est in eis corporibus primis et paucitatem eius. Si ergo idem est secundum hoc quod diximus et quaedam corpora composita sunt graviora et quaedam

corum levia, sunt corpora prima. Tunc necesse est nobis ut determinemus corpora prima. Corpora enim composita sequuntur ea procul dubio sicut nuper diximus.

Et certe siquidem convenientes illis qui dixerunt quod causa levitatis est vacuitas et causa gravitatis est impletio.

Redeamus ergo et dicamus quod accidit corporibus compositis omnibus que sunt in omni loco gravia et levia propter dispositionem diversitatis corporum primorum, sicut nos sumus dicentes quod lignum in quo sunt centum libre est magis grave quam plumbum in quo sunt due libre, et est magis leve et cetera in illo est quod corporibus omnibus est gravitas nisi quod exigue et in omnibus eis est levitas nisi quod est extra. Si ergo ita est secundum hoc, erit gravius procul dubio et omnis res magna est de partibus terre plus est gravis in omnibus locis necessario, et aqua quidem est gravis in omnibus locis necessario, nisi sint terre solum. Aqua enim natat super eam et aer quidem est gravis igne et quidem est magis terra super eas est levis.

Et dico iterum quod corpora omnia in locis suis sunt gravia nisi quod sunt exigue solummodo. Et aer quidem in loco suo est gravis, et significatio eius est inter plenum utrem et vacuum. Ipse enim attrahit plus quam sit actio utris non pleni. Si igitur ita est secundum hoc tunc manifestum est et clarum quod omnis res maior est de aere plus quam sit in ea de terra et aqua, possibile est ut sit in aqua levior quam res alia et ut sit in aere gravior quam res alia, quoniam ipsa non natat super aerem et ipsa natat super aquam. Iam ergo ostendimus et exposuimus propter ea que diximus et hoc est corpus grave absolute et hoc est corpus leve absolute. Et non significo per leve absolute nisi rem incedentem sursum semper si non fuerit ei quod ipsum prohibeat et significo per grave absolute rem incedentem inferius semper si non fuerit ei quod prohibeat. Nos autem non invenimus corpora secundum hunc modum semper et non est sicut putant homines ex omnibus corporibus sit gravitas.

Redeamus ergo et dicamus quod grave absolutum incedit semper ad medium, et ita confessi sunt homines, et quod leve absolutum incedit semper sursum. Nos autem videmus quod corpora terrena sub rebus omnibus sic ostendimus nuper et incedunt usque quo consequuntur medium, et medium est determinatum. Quod si invenitur aliquod corporum natans super omnes res sicut quod videmus in cessu ignis usque super aerem, tunc procul dubio ignis incedit usque sequatur orizonta. Si ergo ita est secundum hoc tunc manifestum est et clarum quod gravitas non est omnino, quoniam si esset gravitas residerent sub re alia et res illa esset incedens ad mundi orizonta natans super omnia corpora habentia motum et quietem. Nos autem non videmus quod corpus aliquid faciat illud nisi ignis solus. Si ergo illud est ita, non est igni gravitas omnino neque terre levitas omnino, cum ipsa non sit residens sub corporibus omnibus et sit quod residens recedens ad medium terre et sit medium determinatum ad quod incedit habentia gravitatem. Et significo quod medium determinatum ad quod incedit res habentes gravitatem et a quo recedit res habentes levitatem est res una. Primum illarum est quod non est possibile ut incedat aliquod corporum ad infinitum. Nam sicut

levitate

est contrarius non est possibile ut sit impossibile est ut sit existens, similiter non est possibile ut existat id. Item incessus autem est permutatio de loco ad locum. Dico ergo iterum quod videmus ignem incedere sursum ad angulos similes et terram incedere deorsum ad angulos similes, et similiter incedit omnis res in qua est gravitas. Si ergo illud est secundum hoc est aliquod corporum incedens ad medium necessario terre. Verumptamen ipsum incedit ad medium mundi aut ad medium terre. Medium enim mundi est propter medium terre sicut diximus in eis que sunt premissa et determinavimus et ostendimus ipsum.

Redeamus ergo et dicamus: si res natans super omnia corpora incedit usque consequatur orizonta loci in quo movetur, et terra similiter medium, aut orizonti est contrarium et res residens semper contraria rei natanti semper. Si igitur ita est secundum hoc tunc necesse est grave et leve primum sint duo tantum. Et hic quidem est locus alius inter hos duos locos contrarius utrisque simul quando comparatur eis utrisque, quoniam est sicut inter orizontem et medium. Quare propter hoc est grave aliud et leve aliud sicut aer et aqua. Dico iterum quod res continens est in parte forme et res contenta est in parte materie, et ille modus cadit super omnes res generatas. Dico autem quod extremitate que est sicut forma et ex eo est quod est sicut materia et est ex quantitate. Locus autem superior est sicut forma et ex eo locus inferior est sicut materia, et in hac materia iterum non invenimus grave et leve propter hoc quod materia sicut est in ferrum potentia est materia levis et est hec materia una, tamen est esse eius sursum et deorsum unum

…latur que est sicut for… / …ex quantitate sicut / materia. et simili / in loco est ex / eo quod est sicut / forma et ex eo / quod est si / cut / ma…

sicut corpus sanum et egrum quoniam licet ipsum sit unum tamen non est intentio eius ad sanitatem et egritudinem una.

Redeamus ergo et dicamus quod corpus quod est sicut forma est leve incedens sursum semper et corpus quod est sicut materia est grave incedens deorsum semper, aliorum vero corpora separatio ad invicem est sicut corporis levis ad corpus absolutum. Quoniam propter hoc sit aeri et aque levitas et gravitas una utriusque, excepto quod subsidet sub corporibus nisi que sunt ex terra solum, et aer natat super omnia corpora nisi que sunt exigue solis.

Redeamus ergo et dicamus quod si corpus unum tantum natat super omnia corpora et corpus unum tantum subsidet sub corporibus omnibus est necessarium ut sint due res alie natantes super aliquod corporum et subsidentes sub alio corporum. Si ergo ita est secundum hoc, tunc necessarium est ut sit numerus elementorum quattuor. Et ego tamen non significo elementum propter numerum. Nam ipsum est unum tantum quod propter hoc sit generatio horum elementorum ad invicem. Et quamvis sit generatio aliorum ex aliis, tamen esse cuiusque est preter generationem ipsarum, et dico quod manifestum sit extrema duo tamen non est inconveniens ut sit quod est inter ea corpus unum et plura, sicut non est inconveniens ut sit in coloribus invenitur. Nam in medio duorum extremorum species colorum multe.

Redeamus ergo ad id nunc in quo fuimus et dicamus quod unumquodque corporum habentium gravitatem et levitatem non est operatio in suo loco et non est ei levitas in loco super quem natat terre sicut est operatio in omnibus corporibus unificatio istorum est quod sicut est. Ista corpora elevarentur incedentes aer ad locum aque tamen cedet

aqua ad locum terre et si ignis elevaretur non incedit aer sursum nisi violenter si elevaretur aqua quando est supra faciem eius et superficies aeris. Unde non incedit aqua ad locum aeris nisi violenter sicut diximus nunc per terra autem non supra id quod non est superficies eius et superficies aque una quia propter infundere quando invase iam aquam eo elevatur et trahitur ad aerem et non elevatur terra nisi accidentaliter quando fit id de ea et stat terra non incedat sursum quando elevatur ad eam aqua. Similiter ignis iterum non incedit deorsum quando movetur ab eo aer cum non est gravitas omnino ei nisi in loco suo. Iam ergo manifestum est iterum quod ex corporibus simplicibus est quod est grave per comparationem quod est quia autem est grave in loco suo aut corporis. Similiter quod est natura propter dispositionem similitudinis materie sue cum materia illius quod propter incedit ad locum suum. Significatio est secundum hoc tunc manifesta et clara quoniam ut sit corpus aliud dum sumatur ab hoc corpore scilicet corporis grave absolutum ut sit duo contraria nam si esset in gravi et levi una scilicet vacuitas et impletio aut extremitates anguli corpora omnia incederent aut sursum aut deorsum et non esset ut aliquid esset leve absolute omnino cum omnia corpora incederent deorsum secundum dispositionem cum ipsa componerentur ex corporibus magnis aut ex corporibus multis aut extremitatibus impletis coniunctis. Hoc autem non videmus sed enim quando videmus ad corporum incedere sursum semper et videmus aliquod incedere deorsum semper. Si ergo natura est cum levitati est corporis aliquid incedens sursum semper et non erit corpus incedens deorsum velocius

quam sit incessus terre quod est quia cum sunt in aere multo trianguli multi et corpora coadunata plusquam ea que sunt in corporibus gravibus. Nos autem non videmus aliquid in corporibus aeris incedere deorsum et similiter iterum est in corpore levi et secundum huiusmodi quod si aliquis dicat quod non est gravis et levis una sed sunt due dimensiones aeris ex hoc sermone diversitas inter aerem et aquam quod est quia ponit vacuitatem et impletionem duas materias gravis et levis et ponit ignem incedere sursum propter dispositionem multitudinis vacuitatis que est in eo et ponit terram incedere deorsum propter dispositionem multitudinis impletionis que est in ea ponit tunc per dimidium in aere ignem multum et in aqua terram multam quare est tunc in alio quantitati aqua de igne plusquam sit in aere et in aere multo de terra plusquam sit in aqua pauca. Si ergo ita est secundum hoc procul dubio incedit aer multum deorsum velocius quam sit incessus aque pauce. Nos autem non videmus hoc esse omnino. Si ergo ita est secundum hoc necesse est ut dicamus sicut ignis incedit sursum propter multitudinem que est in ea de impletione. Sicut aer incedit ad locum suum super aquam propter ea que sunt in ea sunt quedam res quod si aliquis dicat quod vacuitas et impletio sunt aliquorum corporum per dividuo. Aqua multa incedit sursum velocius quam aer paucus et aer multus incedit deorsum velocius quam aqua pauca sicut diximus multotiens. Hoc autem non fuit omnino. Et dico iterum quod figure sunt cause incessus quorum

dam corporum sursum et quorundam eorum deorsum sed sunt causa velocitatis incessus eorum et tarditatis eius.

Volo autem nunc inquirere de illo dicto quod quidam inquirunt quare hoc ferrum late figure et plumbum late figure natat super aquam et non natat super parvum rotundum et oblongum sicut acus et submergitur et profundatur. Et etiam quedam corpora parva natant super aquam sicut furfur natat super aquam et alia corpora terrena sicut corpora parva ex limo natant super aerem.

Dico ergo quod democritus dixit causam illius et errant qui dixerunt quod corpora gravia late figure natant super aquam quoniam vapores egredientes extra quia elevantur ea et non sinunt ea submergi deorsum. Corpora autem gravia submerguntur in aqua quoniam vapores egredientes extra que tangentes ea tanguntur omnia corpora eorum immo non tangunt nisi quod apparet de his et id est parvum quare evadunt ab eis propter paucitatem quoniam tangunt de partibus eorum ergo submerguntur et profundantur. Dixit ergo redeuntes super eum et si id esset ita essent corpora gravia lata digniora ut starent in aere quoniam vapores qui sunt in aere sunt plures eis qui sunt in aqua et democritus quidem sciunt quod hoc est ex eis que ingrediuntur super illud contra vocavit sermonem virtute debili et dixit quod corpora gravia late figure natant super aquam et non natant super aerem quoniam vapores egredientes sub aere non egrediuntur egressione equali ita ut tangant corpora sed expanduntur et exsparguntur propter dispositionem tenuitatis aeris et subtilitatis aeris. Dicimus autem nos corporum continuorum quedam recipiunt sectionem et separationem velociter et alia sunt que recipiunt eas tarde et alia sunt que incidunt et separant velociter et alia sunt que faciunt id tarde. Et dico quidem quod significo per velocitatem incisionis non velocitatem impulsionis et repercussionis et quanto est res velocioris separationis est velocior ad impulsionem suam tantum.

Redeamus ergo et dicamus quod aer est velocioris impulsionis quam aqua quia velocioris impulsionis quam aqua et aqua velocioris impulsionis quam terra et quanto corpus est minus est velocius ad impulsionem suam. Si ergo ita est secundum hoc. Dicimus quod corpora gravia late figure stant super aquam propter dispositionem quia non recipiunt extremitatem et non perveniunt submerguntur velociter et festinant deorsum velociter. Hoc ergo est in aere velocioris impulsionis quam in aqua. Et dico tamen si gravis est virtus aliqua quando datur impulsio et profundatio et extensio quando ista adinvicem dico quod quia sicut virtus corporis gravis impulsionis plusquam virtus corporis continui impellendi impellit ipsum et submergit ipsum et incedit deorsum velociter et sicut corporis gravis virtus impellentis debilior virtute corporis continui impellendi natat super ipsum et non incedit deorsum omnino. Iam igitur declaravimus necessitatem gravis et levis et accidentia que accidunt eis utrisque et dixi in eis sermonem exquisitum sufficientem secundum hanc intentionem compleatur ergo sermo noster in libro nostro super intentionem nostram in eo. Explicit liber de celo et mundo.

Incipit liber de generatione et corruptione

De generatione autem et corruptione et de natura corruptorum et generatorum similiter de omnibus et causas dividendum et rationes eorum determinandum. Amplius autem de augmentatione et alteratione quidem utrumque et eandem existimandum esse naturam alterationis et generationis aut separatam ut et determinata sunt et nominibus. Antiquorum enim quidam hii vocatam simplicem generationem alterationem inquiunt. Alii vero aliud alterationem et generationem. Quicumque quidem unum quoddam dicunt et omnia ex uno generata, hiis quidem utique necesse est generationem alterationem dicere et quod principaliter fit et alterari. Quicumque autem plures materias una ponunt ut puta Empedocles et Anaxagoras et Leucippus, hiis aliud. Sed tamen Anaxagoras propriam vocem ignoravit. Dicit enim fieri et destrui idem existere alterari. Multa autem dicit elementa quemadmodum alii. Empedocles enim corporea quidem quattuor, omnia autem cum moventibus sex numero. Anaxagoras autem infinita et Leucippus et Democritus. Hic quidem enim omeomerea elementa ponit ut puta os et carnem et medullam et alia quorum unumquodque sinonima pars est. Democritus autem et Leucippus ex corporibus indivisibilibus alia componi inquiunt, hec autem infinita et multitudine et figura et mox ea esse, illa autem ab illis differunt ex quibus sunt et positione et ordine horum. Contraria autem videntur dicere qui circa Anaxagoram his qui circa Empedoclem. Hic quidem enim inquit ignem et aquam et aerem et terram elementa esse quattuor et simplicia magis esse quam carnem et os et talia partium. Hii autem hoc quidem simplicia et elementa, terram autem et ignem et aquam et aerem composita; panspermiam horum dicunt esse. Hiis quidem igitur ex uno omnia constituentibus necesse dicere generationem et corruptionem esse alterationem; semper enim manere subiectum et unum. Tale autem alterari dicimus. Hiis autem qui genera multa faciunt differre alterationem a generatione convenienti; congregatis enim et dissolutis generatio fit et corruptio contingit. Ideo dicit hoc modo Empedocles quoniam physis nullius est, nisi solum mixtio et segregatio mixtorum. Quod quidem igitur hic sermo eorum propriis suppositionibus ita loqui manifestum est, quod et hoc modo dicunt. Necesse autem est et hiis alterationem esse quidem dicere aliquid preter generationem, impossibile tamen secundum que ab hiis dicuntur est. Hoc autem quod dicimus recte facile videre. Quemadmodum enim videmus quiescente substantia in ea transmutatione secundum magnitudinem que vocatur augmentatio et diminutio, sic et alterationem. Sed tamen ex quibus dicunt plura principia facientes unum impossibile alterari. Passiones enim secundum quas dicimus hoc contingere differentie elementorum sunt. Dico autem puta calidum frigidum album nigrum siccum humidum molle durum et aliorum unumquodque, ut dicit Empedocles, ignem quidem, id est ignem, album aspectu et calidum, et grecium, id est aquam, nigrum et frigidum. Similiter autem determinant de reliquis.

Quoniam igitur non est possibile ex igne fieri aquam neque ex aqua terram, neque ex albo nigrum erit aliquid neque ex molli durum. Eadem autem ratio et de aliis. Hoc autem erat alteratio. Aut manifestum quoniam unam contrariis semper supponendum materiam sive transmutentur secundum locum sive secundum augmentationem et diminutionem sive secundum alterationem. Amplius autem similiter necesse est hoc esse et alterationem. Sive enim alteratio est et subiectum unum elementum et una omnium habentium in adinvicem transmutationem; et si subiectum unum est alteratio est. Empedocles quidem igitur videtur contraria dicere et ad apparentiam et ad seipsum. Simul quidem enim dicit alterum ex altero fieri elementorum nullum, sed alia omnia ex hiis. Simul autem cum in unum conducit omnem naturam preter litem ex uno fieri rursus unumquodque. Quare ex uno aliquo manifestum est quoniam differentiis quibusdam divisis et passionibus factum est hoc quidem aqua hoc autem ignis, quemadmodum dicit solem quidem album et calidum, terram autem grave et durum. Ablatis igitur hiis differentiis (sunt enim ablative, facte enim sunt) manifestum est quoniam necesse fieri et terram ex aqua et aquam ex terra. Similiter autem et aliorum unumquodque, non tunc solum sed et nunc transmutantia passionibus. Sunt autem ex quibus dicit Empedocles possibiles advenire et separari iterum, et hoc aliter(?) adinvicem pugnantibus lis et amicitia. Ideo et tunc ex uno nata sunt. Non enim utique ignis et terra et aqua entia unum erant omne. Incertum autem utrum principia ea ponendum multa aut unum. Dico autem ignem et terram et sistoicha(?) horum. Secundum quidem enim ut materia supponitur ex quo transmutantia per litem motum fuit, ignis et terra et aer et aqua unum est elementum; secundum id quod autem ex compositione fit convenientibus illis. Illa autem ex dissolutione magis elementa in illa et priora natura. Universaliter itaque de generatione et corruptione simpliciter dicendum est, utrum est aut non est, et quomodo est, et de aliis simplicibus motibus, puta de alteratione et de augmentatione. Plato quidem igitur de generatione scrutatus est et corruptione quomodo existit in rebus, et de generatione non omnium, sed ea que elementorum. Quomodo autem carnes fiant et ossa aut aliorum aliquid contra tum nichil dixit. Amplius autem neque de alteratione neque de augmentatione quomodo existunt in rebus. Universaliter autem preter ea que apparent superficietenus de nullo aliquis constituit preter Democritum. Hic autem videtur de omnibus curam habere. Iam autem et in quomodo differt de augmentatione. Nullus quidem determinavit ut dicimus quoniam quidem qui vel puta dicit quando sibi advenientibus augmentatur. Quomodo autem non adhuc dicit neque de mixtione neque de aliorum nullo ut ita dicam, puta de agere et pati, quomodo hoc quidem patitur hoc quidem facit secundum naturales operationes. Democritus autem et Leucippus facientes figuras alterationem et generationem ex hiis faciunt; segregatione et congregatione generationem et corruptionem, ordine et positione alterationem. Quoniam autem existimabant verum in apparendo, contraria autem et infinita que apparent, figuras infinitas fecerunt, quare propter transmutationes compositi idem contrarium videri alii et alii, et transmutari parvo admixto, et totaliter aliud apparere alterum uno transmutato. Ex eisdem enim tragedia et comedia fit litteris. Quoniam autem videtur ferre

omnibus aliud esse generationem et alterationem. generari quidem enim et corrumpi congregata et disgregata. alterari autem transmutatis passionibus de hiis scientibus considerandum. Dubitationes enim habent hec et multas et rationabiles. Siquidem enim generatio est congregatio et multa impossibilia contingunt. Sunt rursus alie rationes cogentes et non faciles solui quod non contingit aliter se habere et si non est generatio congregatio aut non utique generatio aut alteratio est generatio aut hoc et dissolvere difficile existens temptandum. Principium autem horum omnium utrum sic generantur et alterantur et augmentantur entia et contraria hiis patiuntur primis existentibus magnitudinibus indivisibilibus aut nulla est indivisibilis magnitudo. differt autem hoc multum et rursus si hec corporee sunt utrum ut democritus dixit et leucippus aut ut in timeo planicies. hoc quidem enim ipsum in aliud dissolvit inconveniens usque ad plana dissolvere. ideo magis rationabile corpora esse indivisibilia. Sed et hec multam habent irrationabilitatem. Sed tamen hiis alterationem et generationem contingit facere ut dictum est conversione et contactu et transmutatione per ... et figurarum differentiis quod facit democritus. ideo et hic colorem non inquit esse. conversione enim colorari. Hiis autem qui in planicie dividunt non nichil adhuc enim fit preter solida composita. secundum latitudinem passionem enim non incipiunt generare aliquam. Causa autem eius quod potuerunt minus confessa videre inexperientia est. ideo quicumque magis insudant natura

libus magis possunt supponere talia principia quibus multa possunt complicare. Qui autem ex multis sermonibus idoci et consideratum entes ad pauca respicientes enunciant. Videbit autem quis et ex hiis quantum differunt physice et logice intendentes. Quod enim indivisibiles sunt dimensiones. hii quidem inquiunt quod autem trigonum multa erunt. Democritus autem utique propriis et physicis sermonibus persuadere. Manifestum autem erit quod dicimus procedentibus. habet enim questionem siquis ponat corpus quoddam esse et magnitudinem divisibile omnino et possibile hoc contingere quod divisionem fugiet. Si enim omnino divisibile et hoc possibile et simul erit omnino divisum et si non simul dividatur et si hoc fiat nichil erit impossibile quia ergo et secundum medium similiter et universaliter autem si omnino innatum est divisibile esse et si dividatur nullum erit impossibile non valens. Quamvis in milies milia divisa fuerint nullum impossibile et si nullus utique dividat. Quoniam igitur omnino divisibile tale est corpus dividatur. quid igitur erit reliquum. Divisio non enim possibile erat aliquid esse non divisum erat autem quidem omnino divisibile. Sed si nullum erit corpus neque divisio dico autem erit aut ex punctis aut sine divisione ea erunt ex quibus compositum erit aut nichil omnino et quod quidem et generabitur ex nichilo et erit ex nichilo compositum et omne utique nichil sed tamen apparens. Similiter autem et si erit corpus ex punctis non erit quantum. quando enim tangebant et una erat divisio et simul erant non faciebant magis omne. divisio enim

in duo vel plura non minus nec maius omne priore quare et si omnes componantur nullam faciunt magnitudinem. Sed si qua divisio extra lineam fiat corporis et sic ex divisione corporis quidem exeat idem ipse sermo. illud quomodo divisibile. Si autem non est corpus sed est species aliqua separabilis aut est passio que secessit vel est magnitudo punctum vel contactus hec patientes existunt inconveniens. Et ex non dimensionibus divisionem inesse. Amplius autem ubi erunt aut immobiles aut mota puncta. Tactus autem unus semper duorum quorundam est. quasi ente aliquo preter tactum et divisionem et punctum. Si ergo quis ponat aut quantitatem aut corpus esse omnino divisibile hec contingunt. Amplius si dividens componam lignum aut quid aliud equale et unum fit. quia ergo et sic sectum in infinitum est. Quoniam et si incidendo lignum secundum quodcumque signum omnino quidem divisum est potestate. quid igitur erit preter divisionem. Si enim et aliqua passio. Sed quomodo in hec dissolvuntur et generantur ex hiis vel quomodo aut quomodo separabuntur. Quare quidem si impossibile est ex punctis esse magnitudines necesse corpora indivisibilia et magnitudines. Sed hoc ponentibus non minus contingit impossibile. Scrutata est enim de hiis in aliis. Sed hoc temptandum solvere. ideo rursus iterum a principio dubitandum. Omne quidem igitur corpus sensibile divisibile corpus esse secundum quodcumque signum et indivisibile nichil est inconveniens. hoc quidem potestate hoc autem endelechia existit. Esse autem simul omnino divisibile potestate impossibile videtur utique esse. Si enim possibile et fieret. tamen non dico ut sint simul ambo actu indivisibile et

non divisum. Sed divisum secundum quodcumque signum. Nullum igitur erit reliquum in corporeum divisum et corruptum corpus et generabitur utique rursus aut ex punctis aut omnino ex nichilo et hoc quomodo possibile. Sed quoniam dividitur in separabilia et semper in minores magnitudines et in remota et in segregata manifestum. neque utique secundum partem dividentis erit infinita incisio. neque simul possibile est dividere secundum omne signum non enim possibile omnino sed usque ad quid. necesse est igitur indivisibiles existere magnitudines quoniam invisibiles et aliter sic erit generatio et corruptio. hec quidem segregatione. hec quidem congregatione. cogens igitur sermo esse magnitudines indivisibiles. hic est. Quoniam autem latet paralogizans et qui modo dicimus. Quoniam non est punctus puncto contiguus undique esse divisibile est quidem quale existit in magnitudinibus. est autem aliter non. videtur autem quoniam hoc ponitur et undique et ubique esse punctum. Quare ergo necesse est dividere magnitudinem in puncta. ubique enim esse punctum quare ergo aut ex tactibus aut ex punctis esse omnia. Hoc autem est quod existit ubique quoniam una undique est omnis ut unusquisque plures autem una non sunt contigue enim non sunt. quare ergo non ubique. Si enim secundum medium divisibile et secundum contiguum punctum erit divisibile. Aut non enim est contiguum signum signo aut punctum puncto. hoc autem est divisio vel compositio. quare ergo est congregatio et segregatio sed non in athoma neque ex athomis. multa enim impossibilia neque sic necesse est ut ubique fiat divisio. sicut enim esset contiguus punctus puncto hoc neque esset. Sed in parva et in minima est congregatio et segregatio existimus. Sed non simpliciter et perfecta generatio congregatione et segregatione determinata est ut quidam

inquirit. In continuo vero transmutatio est alteratio. Hoc enim in quo fallimur omnes est. Est enim generatio simpliciter et corruptio non congregatione et segregatione, sed cum transmutatur ex hoc in hoc totum. Hii autem existimant alterationem esse omnem talem transmutationem. Hoc autem differt. In subiecto enim aliud quidem est secundum rationem, hoc autem secundum materiam. Cum igitur quidem in hiis est transmutatio, generatio erit et corruptio; cum autem in passionibus et secundum accidens, alteratio. Segregata autem et congregata facilius corruptibilia fiunt. Si enim in parvissima partes dividatur aqua, citius aer generatur; si autem congregatur, tardius. Magis autem manifestum in sequentibus. Nunc autem tantum determinatum sit, quoniam impossibile est generationem esse congregationem qualem quidam inquiunt.

Determinatis autem hiis primum videndum utrum quid generatur simpliciter et corrumpitur, aut simpliciter nichil, sed semper ex aliquo in aliquid. Dico autem, puta ex laborante sanum et ex sano laborans, et ex parvo magnum aut ex magno parvum et alia omnia hoc modo.

Si enim erit simpliciter generatio, simpliciter utique fiet ex non ente, quare verum erit inesse quibusdam non ens. Quadam enim generatio ex non ente aliquo, puta ex non albo album aut ex non bono bonum.

Simpliciter autem non ens erit ex simpliciter non ente. Simpliciter autem hoc primum significat secundum unamquamque predicationem entis aut universale et omnia continens. Si igitur primum substantie erit generatio, ex non substantia utique. Cui enim non existit substantia neque hoc, manifestum est quod nullum aliorum predicamentorum, puta neque quantum neque quale neque ubi. Separate enim erunt passiones a substantiis. Si autem non ens simpliciter, negatio erit universaliter omnium, quare ex nullo necesse generari generatum. De hiis quidem igitur in aliis dictum est et determinatum sermonibus.

Simpliciter vero autem et nunc dicendum quoniam modo quidem ex non ente simpliciter generatur, modo autem ex existente semper. Potentia enim ens actu autem non ens necesse est prius existere ambo modo dicta.

Cum autem et hec habent determinationem mirabilem, quoniam iterum resumendum quomodo est simpliciter generatio, sive ex potestate ente sive quali aliter, querret enim quis utrum est substantie generatio et huius, sed non quantitatis et qualitatis et ubi. Eodem utique modo et de corruptione. Si enim quid generabitur, manifestum quod potestate erit aliqua substantia, actu autem non, ex qua generatio erit et in quam necesse est transmutari quod corrumpitur. Utrum igitur existit quid aliorum hoc actu? Dico autem, puta aut erit quantum aut quale aut ubi potestate ens et hoc ens simpliciter, hoc autem non ens. Si enim nichil sed omnia potestate et separatum contingit quod sit non ens, sed et amplius quod maxime timuerunt continue primi philosophantes ex nullo generari preexistente.

Si autem esse quidem hoc aliquid et substantiam non existit, aliquorum aliorum quid predictorum erit, quemadmodum prediximus separate erunt passiones a substantiis. De hiis igitur quantum decet tractandum.

Et quid causa est ut generatio semper sit simpliciter et secundum partem. Existente autem causa una quidem unde principium motus esse dicimus, una autem materia, talem causam dicendum. De illa quidem enim dictum est prius in de motu sermonibus, quoniam hoc est quidem inmobile per omne tempus, hoc autem motum semper. Horum de inmobili quidem principio alterius et prioris dividere est philosophie opus. De movente autem omnia propter continue moveri alia, demonstrante posterius dicendum quale dictorum singulorum causa est.

Nunc autem in materie specie positam causam dicamus propter quam corruptio semper et generatio non deficiat natura. Simul enim forsitan fiet hoc manifestum et de nunc quesito, quomodo oportet dicere et de simplici generatione et corruptione. Est autem quod nunc sufficienter et quod est causa quod complicatur generatio semper corrumpitur ad non ens accedente. Non ens autem nichil neque enim quid neque quale neque quantum neque ubi quidem est. Si igitur semper quid ab eo recedit, quare non consumptum est olim et inane omne si finitum erat ex quo fit generatorum unumquodque.

qd no ens

Non enim utique propter infinitum esse ex quo generatur non deficit. Hoc enim impossibile actu quidem enim nichil infinitum, potestate autem in divisione, quare oportet hanc esse solum non deficientem quoniam generatur quid semper minus. Nunc autem hoc non videmus. Quoniam igitur propter hanc corruptionem alterius esse generationem et hanc generationem alterius esse corruptionem, incessabilem necesse transmutationem.

De generatione quidem igitur esse et corruptione similiter circa unumquodque entium, hanc existimandam sufficientem omnibus causam. Sed hoc simpliciter propter quid autem hec quidem simpliciter dicuntur generari et corrumpi, hec autem non simpliciter, iterum considerandum, si idem est generatio quidem huius corruptio autem huius, et corruptio quidem huius generatio autem huius. Habet enim hoc aliquam rationem. Dicimus enim quoniam generatur et corrumpitur nunc simpliciter et non solum hoc. Et hec quidem generatio simpliciter, hec autem corruptio. Hec autem generantur quidem quid, generatur autem simpliciter non. Inquirimus enim discentem generari quidem preceptibile disciplinam, generari autem simpliciter non.

Quemadmodum igitur determinavimus multotiens, quoniam hec quidem hoc aliquid significant hec autem non. Propter hoc contingit quod queritur. Differt enim in que transmutatur transmutatum, puta forte in ignem corruptio est alicuius, puta terre. Terre autem generatio alia generatio, generatio autem non simplex, corruptio autem non simplex, ut ignis, quemadmodum Parmenides dicit duo ens et non ens esse dicens, inquiens ignem et terram. Hec quidem autem talia supponere nichil differt. Modum enim querimus et non subiectum.

gnio quidē simp'

In non ens simpliciter igitur iter corruptio simpliciter. In simpliciter autem ens generatio simplex. Quibus igitur determinatum est, sive igni et terre sive aliis aliquibus, huius ex quo erit: hoc quidem ens, hoc autem non ens. Uno quidem igitur modo differt in hoc simpliciter generari et corrumpi a non simpliciter. Alio autem materia qualiscumque materia quidem utique erit, cuius quidem enim magis differentie hoc aliquid significant magis substantiam, cuius autem privationem non ens, puta si calidum predicamentum aliquid et species, frigiditas autem privatio; differunt enim terra et ignis hiis differentiis.

Videtur autem magis multis sensato et non sensato differre simpliciter et aliam generationem. Cum quidem enim in sensatam materiam transmutatur, generari inquiunt, cum autem in immanifestam, corrumpi. Et in non ens sentire et non sentire determinant, quemadmodum autem ens scibile, ignotum autem non ens. Sensus enim disciplinam habet virtutem.

Quemadmodum igitur illi in sentire vel posse sentire et vivere et esse existimant, ita et res modo quodam persequentes veritatem. Sunt autem et

quid simp gno

dicitur, sensu vero contingit utique secundum
opinionem et secundum veritatem aliter generari
simpliciter et corrumpi. Spiritus enim et aer secundum
quidem sensum minus sunt. Ideo et que corrum-
puntur simpliciter in hoc transmutatione
corrumpi dicuntur, generari autem simpliciter quando
in tangibile et terram transmutantur;
secundum veritatem autem magis hec aliquid et species
hec quam terra esse. Quare hanc quidem simpli-
cem generationem et corruptionem esse alterius
corruptionem autem simpliciter esse generationem
alicuius dictum est causa. Propter materiam enim
differt aut quia substantia est aut non, aut quia
hoc magis hec vero non, aut quia hec quidem
magis sensata est materia ex qua et in
quam hoc vero minus. ¶ Dicuntur hec qui-
dem simpliciter generari, hoc autem fieri quid
solum, non ex ad invicem generatione secundum
quem diximus nunc modum. Nunc quidem
enim tantum determinatum est quare omni generatio-
ne existente corruptione alterius et omni
corruptione existente alterius generatione non
similiter attribuimus generari et corrumpi
ad invicem transmutantibus. Quod autem
post dicitur non hoc querit. ¶ Sed quare
discens nunc quidem non dicitur simpliciter
generari, sed quid generari indiscipli-
natum, nascens autem generari planta
simpliciter generari. Hec autem determinata
sunt in predicamentis. Hec quidem enim hoc
aliquid significant, hec autem quale, hec autem quan-
tum. Quecumque igitur non substantiam significant
non dicuntur simpliciter sed ad aliquid generari.
Sed similiter in omnibus quidem generatio
secundum que in aliquo ordine dicitur, pu-
ta in substantia est simpliciter generatio quidem
si ignis, sed non si terra. In qualitate enim
si disciplinatum, sed non quando indisci-
plinatum. De quibus igitur simpliciter generari

hec non, et universaliter et in substantiis ipsis dic-
tum est, et quia esse continue generatio-
nis causa ut materia subiectum, quia transit
mutationem in contraria, et est alterius generatio in
substantiis alterius corruptio. Sed nec que-
rere oportet quare generatur semper aliquid ex
corruptis. Quemadmodum enim corrum-
pi simpliciter inquiunt quando ad insensi-
bile venit et non ens simpliciter, et genera-
ri ex non ente inquiunt quando ex insen-
sato. ¶ Sive ergo aliquo ente
subiecto sive non, generatur ex non ente, quare
simpliciter generatur et corrumpitur ex non
ente. Decenter igitur non deficit. Generatio
enim entis corruptio non entis, corruptio
autem entis generatio non entis. Sed hoc non ens sim-
pliciter querat aliquis utrum aliquid est
contrariorum, puta terra et grave non ens,
ignis autem et leve ens, aut non. Sed est et
terra ens, non ens autem materia terre et ignis
similiter. Et an alia utriusque materia
aut non generarentur ex ad invicem
neque ex contrariis. Hiis enim existunt
contraria, igni terre aque aeri. Aut est
quidem qualiter eadem est, autem qualiter alia. Quod
quidem enim quandoque ens subicitur idem est, esse autem
non idem. ¶ De hiis quidem igitur in tantum dic-
tum sit. De generatione autem et alteratione di-
camus quid differunt. Dicimus enim
alteras has esse transmutationes ad invi-
cem. ¶ Quoniam igitur est aliquid subiectum et
aliud passio que de subiecto innata est di-
ci, et est transmutatio utriusque horum,
alteratio quidem est quando manente subiecto
sensato ente transmutatur in eius
passionibus aut contrariis aut interme-
diis, puta corpus sanum est et rursum
laborat manens idem quod prius, et metal-
lum rotundum quandoque autem angulos habens,

idem ens. Quando autem totum transmutatur
non manente aliquo sensibili ut subiecto
eodem, sed puta ex semine toto sanguis
aut ex aqua aer aut ex aere toto aqua,
generatio iam hoc tale est, huius autem cor-
ruptio. ¶ Maxime autem generabitur si
transmutetur ex insensibili in sen-
sibile aut tactu aut omnibus sensibus,
puta quando aqua generatur aut corrumpi-
tur in aerem: aer enim valde insen-
satum est. In hiis autem si aliqua manet pas-
sio eadem contrarietatis in generato et cor-
rupto, puta quando ex aere aqua si ambo
dyafana aut frigida, non oportet huius
sed alteram passionem esse in quod transmu-
tatur; si autem non, erit alteratio, verbi gratia: musi-
cus homo corruptus est, homo autem non musi-
cus generatus est, homo autem manet idem.
Si igitur huius passio non esset secundum se
musica et immusica, huius quidem ge-
neratio esset, huius autem corruptio. Ideo
hominis quidem hec est passio, hominis autem mu-
sici et hominis immusici generatio quedam aut
corruptio. Nunc autem passio hec manen-
tis. Ideo alteratio est talia. ¶ Cum quidem
igitur secundum quantitatem est transmutatio contrarie-
tatis, augmentum et diminutio est; quando
secundum locum, latio; quando quidem secundum
passionem et quale, alteratio; quando autem nichil
manet cuius aliud passio aut accidens ut-
hec generatio et corruptio. Est autem ipsa ma-
xime quidem proprie subiectum generationis et cor-
ruptionis susceptibile, modo autem alio
quod in aliis transmutationibus. Quoniam omnia
subiecta sunt susceptibilia contrarietatum.
¶ De generatione quidem igitur
sive est sive non est et quomodo est, et de alteratio-
ne determinatum sit hoc modo. De aug-
mentatione autem relinquitur dicere quo dif-

ferat a generatione et alteratione, et quomodo aug-
mentatur unumquodque eorum que augmentan-
tur et diminuitur quodcumque. Scrutandum
utique primum utrum solum circa quod est
eorum ad invicem differentia, verbi gratia quoniam ex hoc quod
in hoc transmutatio, verbi gratia ex potentia substantia in
actu substantiam generatio est, que autem circa magni-
tudinem augmentatio et diminutio, que
autem circa passionem alteratio; utrorumque autem
ex potentia entium in actum transmutatio
dictorum est, aut et modus differt trans-
mutationis. Videtur enim quod alteratur non ex necessitate
transmutari secundum locum, neque quod generatur,
quod autem augmentatur aut diminuitur.
Alio autem modo ab eo quod fertur. Quod enim fer-
tur totum alterat locum. ¶ Quod augmentatur
autem quemadmodum quod deducitur. Hoc enim manente
particule transmutantur secundum locum, non quemadmodum
que spere. Hee enim in equali loco trans-
mutantur toto manente, que autem eius quod
augetur semper in pluri loco mutantur,
in minorem autem eius quod diminuitur.
¶ Quoniam igitur transmutatio differt non solum cir-
ca quod fiet, sed sic eius quod generatur et al-
teratur et augmentatur manifestum est, circa
quod autem eius transmutatio augmentatio-
nis et diminutionis est circa magnitudinem
autem videtur esse augeri et diminui. Considerandum
speculandum utrum ex in potentia quidem mag-
nitudine et corporeo, actu autem incor-
poreo et sine magnitudine generari corpus
et magnitudo. Et hoc dupliciter contingen-
te dici, qualiter augmentatio generatur, utrum
ex ipsa separata secundum se materia aut ex
existente in aliquo alio corpore, aut im-
possibile utrumque. Separata enim ens aut nul-
lum possidebat locum ut puta aliquis
punctus, aut vacuum erit aut corpus
non sensibile. Horum autem hoc quidem non

q fert

contingit. Hoc autem necesse in aliquo esse; semper enim ubi est quod generatur ex eo quod est potentia et id aut secundum se aut secundum accidens, sed si in aliquo est si quidem separatum ita ut non aliquid sit illius aut secundum se aut secundum accidens, contingunt et multa impossibilia. Dico autem verbi gratia si generabitur aer ex aqua, non erit aqua transmutata sed potentia quod ut in vase aqua, inane enim. Infinitas enim nichil prohibet infinite esse quod potentia et generari actu. Amplius autem neque sic videtur generari actu aer ex aqua ut existens manente. Melius ergo omnibus inseparatam facere materiam ut existentem eandem et unam numero, ratione autem non unam. Sed neque punctos ponendum neque lineas materiam corporis propter easdem causas. Id autem ex quo hec sunt ultima materia erit quam numquam sine passione possibile esse neque sine morphea. Generatur simpliciter alterum ex altero quemadmodum et in aliis determinatum est, et ab aliquo actu ente aut homogeneo aut homodeos, verbi gratia ignis ab igne aut homo ab homine, aut ab actu duro; enim non a duro generatur. Quoniam autem est et substantie materia corporee corporis iam tale corpus, corpus enim commune nullum, eadem materia magnitudinis et passionis est, ratione quidem separata loco autem non separata nisi ut passiones sint separabiles. Manifestum autem ex quesitis quoniam non est augmentatio transmutatio ex potentia magnitudine, actu autem nullam habente magnitudinem. Sine magnitudine enim quod est in omnibus substantie separatum erit esse quod commune. Hoc autem quoniam impossibile est dictum est in aliis prius. Amplius autem talis transmutatio non augmentationis propria sed generationis. Augmentatio enim est existentis magnitudinis additamentum, diminutio autem minoratio. Ideo oportet habere aliquam magnitudinem quod augetur; quare potentia non ex sine magnitudine in motum esse augmentationem, sed cum actu magnitudine. Generatio enim magis corporis vel non augmentatio. Suscipiendum utique magis quemadmodum tangentes questione a principio qualiter aliquo ente augmentari et diminui causas querimus. Videtur utique eius quod augetur quelibet pars aucta esse; similiter autem et in diminutione minorem partem quamlibet factam esse. Amplius autem adveniente aliquo augmentari et recedente diminui. Necesse utique aut incorporeo augmentari aut corpore. Si quidem igitur incorporeo, erit separatum vacuum; impossibile autem magnitudinis materiam esse separabilem quemadmodum dictum est prius. Si autem corporeo, duo in eodem loco corpora erunt, et quod augetur et quod auget, et hoc impossibile. Sed nec sic contingit dicere fieri augmentationem et diminutionem ut quando ex aqua aer; tunc enim maior tumor generatus; non enim augmentatio hoc, sed generatio eius in quod transmutatum est et corruptio contrarii. Augmentatio autem neutrius, sed aut nullius aut si alicuius alicuius quod commune est amborum et eius quod generatur et eius quod corrumpitur, verbi gratia si corpus. Aqua autem aucta non est neque aer, sed hoc quidem deperiit, hoc autem generatum est; corpus autem siquidem auctum est. Sed hoc impossibile. Oportet enim salvare rationem existentis eius quod augetur et diminuitur. Hoc autem tria sunt, quorum unum quidem est quamcumque partem maiorem esse eius quod augetur magnitudinis, verbi gratia si caro carnis,

et adveniente aliquo et tertium ut salvetur quod augetur et minuitur et maneat. Cum enim generatur enim aliquid simpliciter aut corrumpitur, non manet; cum autem alteratur aut augetur aut diminuitur, manet idem quod augetur vel alteratur; sed tunc quidem passio, tunc autem eadem magnitudo non manet. Si utique erit predicta augmentatio, contingeret nullo adveniente neque manente augeri et nullo recedente diminui et non manere quod augetur. Sed oportet hoc salvare; subiecta enim est augmentatio talis. Querret autem aliquis quid est quod augetur, utrum quod apponatur cui apponitur aliquid, verbi gratia si tibia quidem augetur hec maior, quo autem auget cibus autem non est maior. Quare utique ambo non aucta sunt? Maior enim quod apponatur et cui, quemadmodum et quando miscetur vinum aque. Similiter enim plus utrumque. Aut quoniam huius quidem manet substantia, huius non, verbi gratia cibi; et hoc quidem dominatur dicitur in mixtione, verbi gratia quoniam vinum facit enim vini opus, sed non aque universa mixtura. Similiter autem et in alteratione, si manet caro ens et quod est aliquid, cum passio autem existit aliqua eorum que secundum se accidentium sunt que prius non existebat, alteratum est; quo autem alteratum est, quandoque quidem nichil passum est, quandoque autem et illud. Sed alterans est principium motus in eo quod augmentatur et alteratur. In hiis enim movens quoniam et ingrediens generatur utique maius et accipiens id corpus, verbi gratia ingrediens generatur spiritus; sed corruptum est hoc patiens et movetur non in hoc. Quoniam autem quesitum et dubitavimus sufficienter, oportet rationis solutionem reperire invenire salvantes manere id quod augetur et adveniente aliquo augeri, recedente autem diminui. Adhuc autem quodcumque signum sensatum aut maius aut minus generatum est et non vacuum esse corpus neque duo in eodem loco magnitudines neque incorporeo augeri. Suscipienda utique causa determinantes prius unum quidem, quoniam anomiomera cum omiomera augentur; composita enim ex hiis unumquodque. Deinde quidem caro et os et unumquodque talium particularum est duplex, quemadmodum et aliorum unumquodque que in materia speciem habentium; et enim et materia dicitur et species caro autem et os. Quamcumque igitur partem augmentari adveniente aliquo secundum quidem speciem est contingens, secundum autem materiam non est. Oportet enim intelligere quemadmodum si quis mensurabit eadem mensura aquam; semper enim aliud et aliud quod generatur. Sic utique augmentatur materia carnis, sed non cuicumque particule unicuique generatur, sed hoc quidem defluit, hoc autem advenit. Forme autem et speciei cuicumque particule advenit. In anomiomeris autem hoc magis manifestum, verbi gratia manu, quoniam proportionaliter augmentum est; materia enim alia ens manifesta magis a specie hic quam in carne et omiomeris. Ideo et mortuum magis utique videtur esse caro et os quam manus et brachium. Quare est quidem sic quodcumque carnis auctum est, est autem sic non. Secundum speciem quidem enim cuicumque advenit, secundum materiam autem non. Maius quidem totum generatum est adveniente quidem aliquo, quod vocatur cibus et contrarium, transmutatio in eadem speciem, verbi gratia si sicco adveniat humidum, cum autem advenerit transmutatur et generatur siccum. Est quidem enim sic simile simili augmentatur, est autem

augentur

sic dissimile. Quereret autem quis quale
le quid oportet esse quo augetur. Mani
festum utique quoniam potentia est illud, verbi gratia
si caro potentia carnem actu autem aliud
corruptum utique hoc caro generatum
est. Igitur non hoc ipsum secundum se: generatio enim
esset, non augmentatio. Sed quod augetur hu
ic quid igitur patiens ab hoc auctum in
mixtum autem mixtum est quemadmodum si quis
vinum infundat aque, hoc autem tamen potest
vinum facere quod mixtum est. Et quemadmo
dum ignis tangens combustibile ignis
facit, ita utique in eo quod augetur et
ente actu caro autem in eius augibile
advenientis potentia carne facit actu
carnem; igitur ex simul ente. Si enim seorsum,
generatio erit esse. Est quidem enim igne ita
facere in existente adiungere ligna,
sed sic quidem augmentatio. Cum autem ipsa
ligna incenduntur, generatio est. Quantum autem
universale quidem non generatur quemadmodum
neque animal neque homo neque aliquid singu
larium, sed ut hic universale et illud quantum. Caro
autem fiunt aut os aut manus et horum ome
omerea advenientis quidem aliquo
quanto, sed non carnis quanta, fit quod augetur
caro per carnem. Secundum id quod
igitur quod potentia utrumque, verbi gratia quanta caro, au
get quod et enim quantam oportet generari et car
nem; secundum id autem quod solum caro nutrit
et enim sic differunt alimentum et augmentatio
ratione. Ideo nutritur quidem quousque
salvatur et diminuitur; augmentatur
autem non semper. Et nutrimentum augmentationi
idem quidem esse, autem aliud secundum id quod
advenit potentia quanta caro augmen
tativum quidem carnis secundum illud autem
quod solum potentia caro nutrimentum. Hec autem species
est sine materia ut in materiali potentia aliquid cum materia est

si autem aliqua advenit materia ens potentia in
materialis habens et quantum potentia, hec erunt
maiores in materiales. Si autem non amplius fa
cere potest, sed ut aqua vino semper amplius mixta
in fine aquaticum facit et aquam, tunc di
minutionem faciet quanti, species autem ma
net. Quoniam autem primum oportet de materia
et vocatis elementis dicere sive sunt sive
non, et utrum sempiternum unumquodque aut
generatur aliqualiter, et si generantur u
trumque ex invicem generantur omnia eodem
modo aut aliquod primum unum eorum est,
necesse utique prius dicere de quibus indeter
minate dicitur nunc. Omnes enim et elementa ge
nerantes et que ex elementis segregatione
utuntur et congregatione et facere et pati.
Est autem congregatio mixtura, quomodo mix
ta dicamus et non determinatum est manife
ste. Sed neque alterari possibile neque segregari et
congregari nullo faciente nullo pa
tiente. Et enim plura elementa facientes gene
rant in faciendo et patiendo ad invi
cem, et hiis qui ex uno necesse est dicere fac
tionem, et hoc dicit recte Diogenes, quoniam si
non essent ex uno omnia non esset facere
et pati ex ab invicem, verbi gratia calidum
infrigidari et hoc calefieri rursus. Non
enim caliditas transmutatur et frigi
ditas ad invicem, sed manifestum quoniam quod subiec
tum transmutatio. Quare in quibus facere et pa
ti necesse est, horum unam esse subiec
tam materiam. Omnia igitur talia esse dicere non
est verum, sed in quibus ad invicem est. Sed
si de facere et pati et mixtura inten
dendum sit, necesse est et de tactu. Neque enim
facere hec et pati possunt proprie
que non possibile est ad invicem tangere, neque non ta
genta ad invicem aliqualiter contingit mis
ceri. Primum quare de tribus hiis determina

dum quid tactus et quid mixtura
et quid factio. Principium autem acci
piamus hoc; necesse enim quibus est mix
tura entium esse hec ad invicem tangi
bilia, et si aliquid facit hoc, autem pa
titur proprie, et hiis similiter. Ideo
primum dicendum est de tactu. Fere
quidem igitur ut aliorum nominum unumquod
que dicitur multipharie, et hec quidem equivoce,
hec autem altera ab alteris prioribus;
sic habet et de tactu. Sed tamen proprie dic
tum existit in habentibus positionem; positio autem
in quibus est locus, et enim in mathema
ticis dandum est similiter tactum et locum
sive enim et separatum unumquodque eorum si
ve alio modo. Si igitur est, ut determina
tum est prius, tangere ultima habere, prius
simul; hec utique tangunt se adinvi
cem quecumque determinatas magni
tudines et positiones habentia simul habent
ultima. Quoniam autem positio quidem quibus et lo
cus existit, loci autem differentia prima sursum
et deorsum prima et talia opposito
rum omnia ad se invicem tangen
tia gravitatem utique habent aut levi
tatem aut ambo aut alterum. Talia autem
passibilia et activa, quare palam manifestum quoniam
hec tangere innata sunt ad invicem
quorum divise magnitudines simul
ultima sunt, que moventur et movent
ad invicem. Quoniam autem movens non similiter
movet quod movetur, sed hoc quidem necesse motum
et ipsum movere, hoc autem immobile existens,
manifestum quoniam in faciente dicimus similiter;
et enim movens facere aliquid inquiunt
et faciens movere. Sed tamen differunt et oportet
determinare; non enim possibile omne movens
facere, si facere opponimus pacienti. Hoc
autem quibus est motus passio; passio autem

secundum quod alteratur solum, verbi gratia calidum et album;
sed movere amplius facere est. Id igitur manifestum
quoniam est quod sit in mobilia mobilia tan
gent; est autem sicut non sic determinato tange
re universaliter quicquid est positionem habentium et hoc
quidem motivi, hoc autem moti ab in
vicem; aut motivi et moti in qui
bus existit facere et pati. Est quidem igitur ut in plu
ribus tactum quod tangit tangens, et enim
omnia moventia mota ferre que in con
spectu quibus necesse et videtur tactum tan
gere quod tangit. Est autem ut aliquando
immobile movens tangere solum quod mo
vetur, quod tangitur autem non tangere quod tan
git. Sed quia movent ea mota omoge
nea, necesse videtur esse quod tangit tangere, quare
propter si aliquid non movetur immobile movens, illud
quidem tangit quod motum, illud autem nullum: dicimus enim
aliquando contristantem tangere nos, sed non nos
illum. De tactu quidem igitur quod in natu
ralibus determinatum sit hoc modo.
De facere autem et pati deinceps dicendum.
Suscepimus autem a prioribus sub contra
rios ad invicem sermones. Multi qui
dem dicunt quod simile quidem a simili omne
impassibile propter id non magis activum
quam passivum esse alterum ab altero; omnia enim
similiter existunt hiis ex similibus. Dissi
milia et differentia facere et pati ad invicem
nata sunt; et enim quando minor ignis a
pluri corrumpitur, propter contrarietatem hoc
inquiunt pati; contrarium enim esse dicunt
multum pauco. Democritus autem
ultra alios singulariter dixit solus.
Inquit enim idem et simile esse faciens et pa
tiens; non enim contingit altera et dif
ferentia pati ad invicem, sed si altera
existentia faciunt aliquid quod non ad invi
cem, non secundum quod altera sed secundum quod idem

aliquid existit, sed secundum idem contingit
esse. Quae dicuntur igitur haec sunt. Videtur autem
hoc modo dicentibus consonantia in hiis dicere. Causa
autem contradictionis est quoniam oportuit
est totum inspicere, nunc partem aliquam
dicunt ambo. Simile enim et omnino indiffer-
ens non rationabile pati a simili
ullo. Quid enim magis alterum esse activum
quam alterum? Si quo simili pati aliquid possibi-
le, et ipsum seipso; quamvis hiis entibus, neque
utique erit incorruptibile neque immo-
bile, si simile secundum simile activum. Ipsum enim
secundum seipsum movebit omne. Et
omnino contrarium alterum et nullatenus idem
similiter. Non possibile est agere aut pati; neque enim
patietur albedo a linea neque linea ab
albedine praeterquam secundum accidens, puta si
accidat albam vel nigram esse lineam.
Non exeunt enim a natura seipsa a natura
faciunt quaecumque neque contraria neque ex contra-
riis sunt. Sed quoniam non quodcumque innatum
est pati et facere, sed quaecumque aut con-
traria sunt aut contrarietatem habent,
necesse est et faciens et patiens genere qui-
dem simile esse et idem, specie autem dissimile et con-
trarium. Innatum est quidem enim corpus a cor-
pore, saporem autem a sapore, colorem
autem a colore pati. Universaliter autem homoge-
neum ab homogeneo. Huius autem causa
est quoniam contraria in eodem genere omnia;
faciunt autem et patiuntur ad invicem
contraria. Quare necesse aliqualiter quidem esse eadem
et faciens et patiens, aliqualiter autem altera
et dissimilia ad invicem. Quoniam autem et fa-
ciens genere quidem eadem et similia, specie autem
dissimilia, talia autem contraria, manifestum
quoniam activa et passiva ad invicem sunt
contraria et media; et enim universaliter corruptio
et generatio in hiis. Accipiatur generatio simpliciter

et generatio motus. Ideo rationabile iam ignem
calefacere et frigidum infrigidare. Contra-
ria enim haec, ideo et activa et passiva. Et univer-
saliter faciens assimilare sibi ipsi patiens;
contraria enim sunt, et generatio in contra-
rium. Quare necesse patiens in faciens trans-
mutari; sic enim in contrarium generatio
erit. Et secundum rationem autem non eadem dicentes am-
bos. Simul est tangere naturam. Di-
cimus enim pati quandoque subiectum, ut sana-
ri hominem et calefieri et infrigidari, et a-
lia eodem modo; quandoque autem calefieri fri-
gidum, sanari autem laborantem. Ambo.
Ambo autem sunt vera. Eodem modo et de
faciente; quandoque enim hominem inquimus
calefacere, quandoque autem calidum, et enim sic quidem
patitur materia, sic autem contrarium. Ad idem enim
respicientes, hii existimaverunt et facere
et pati ad alterum autem contrarium. Eodem
modo suscipiendum est de facere et pa-
ti quoniam et de movere et moveri et movente.
Dupliciter autem dicitur et movens. In quo enim
principium motus, videtur hoc movere. Prin-
cipium autem prima causarum. Et rursus ultimum
quod movetur ad generationem. Similiter autem et de fa-
ciente. Et enim medicum sanare et medi-
cinam et vinum. Primum igitur movens non
prohibet in motu quidem immobile esse,
in quibusdam etiam necessarium, sed ultimum movere
motum. In actione autem primum impassibi-
le, ultimum autem et ipsum est patiens.
Quaecumque enim non habent eandem
materiam faciunt impassibilia entia,
ut puta medicina; ipsa enim faciens sani-
tatem nichil patitur a sanato. Cibus
autem faciens et ipse patitur; aut enim
calefit aut infrigidatur aut aliud
patitur simul faciens. Est autem medicina ut
principium, ultimum autem cibus et tangens.

autem movet

Quaecumque igitur in materia non habent formam, haec
quidem impassibilia activorum, quaecumque
autem in materia passiva. Materiam autem di-
cimus eandem esse similiter, ut ita dicam, esse con-
trariorum quibuslibet ut genus. Potens
autem calidum esse praesente calefaciente et ap-
propinquante necesse est calefieri. Ideo sicut dictum
est, haec quidem activorum impassibili-
a, haec quidem passibilia. Et quemadmodum
in motione est eodem modo et in fac-
tione. Illud enim primum movens im-
mobile, et in effectivis primitus faciens
impassibile. Est autem effectivum causa ut unde prin-
cipium motus. Cuius autem gratia non activum. Ideo
sanitas non activa nisi secundum metaphoram. Fa-
ciens enim quidem cum existit generatur
aliquid patiens; habitibus autem praesentibus
non adhuc generatur sed iam est. Species
autem et fines habitus quidam sunt. Materi-
a autem secundum quod materia passivum. Ignis igitur
quidem habet in materia calidum. Si autem
aliquid separatum calidum erit, hoc
autem nichil patietur. Hoc quidem igitur forsi-
tan impossibile est esse separatum. Si autem sunt
quaedam talia, in illis utique erit quod dicitur
verum. Quid ergo facere et pati, et quibus ex-
sistit et quare et quomodo, determinatum sit hoc modo.
Quomodo autem contingit hoc accidere dica-
mus rursum.
Hiis quidem igitur videtur pati unumquodque per
quosdam poros ingrediente facie-
nte ultimo et principali, et hoc modo
videre et audire nos inquiunt et per alios
sensus sentire omnes. Amplius videri per aerem
et per aquam et per transparentia, quia poros ha-
bent invisibiles quidem propter parvitatem,
spissos autem et secundum ordinem, et magis
habentes transparencia magis. Hii igitur in quibus-
dam ita determinaverunt, quemadmodum et Empe-

docles, non solum in facientibus et patientibus,
sed et misceri inquiunt quorum pori ad in-
vicem sunt commensurabiles. Via autem maxi-
ma et de omnibus uno sermone deter-
minaverunt Leucippus et Democritus,
principium facientes secundum naturam quae
est. Quibusdam autem antiquorum opinatum fuit
ens ex necessitate unum esse et immobile;
vacuum autem non ens, moveri autem non posse non
ente vacuo separato, neque rursus multa
esse non ente separante. Hoc enim nichil differre
si quis existimet non continuum esse, sed
tangere divisum, et forte multa et quidem
divisibile non esse unum et vacuum. Si enim ubi-
que divisibile, nullum esse unum, quare neque mul-
ta, sed vacuum omne. Si autem hic quidem dividitur, hic autem non, fictitio
huic utique videbitur. Usque quantum enim et propter quid
hoc quidem ita habet esse totius et plenum est,
hoc autem divisum. Amplius autem similiter forte
necessarium non esse motum. Ex hiis utique sermoni-
bus transcendentes sensum et despicien-
tes eum, ut sermoni convenientes, totum esse unum
et immobile esse omne dicunt et infinitum. Quod-
dam finem enim finiri utique ad vacuum.
Hii ergo ita et propter has causas enuntiaverunt
de veritate. Amplius autem in sermone
quidem videntur hoc contingere, in rebus
autem dementiae simile opinari ita. Nul-
lum enim dementium est extra situm ut ignem
unum existimet et glaciem, sed solum bo-
na apparentia propter assuetudinem, hiis qui-
busdam dicere sed propter consuetudinem et propter de-
mentiam nichil videtur differre. Leucippus
enim existimavit habere sermones qui
ad sensum confessa dicentes non destruent
neque generationem neque corruptionem neque motum
neque multitudinem entium. Confitens
eadem in apparentibus, constituentibus
autem unum, ut non entem motum si non

vacuum esse false. Vacuum autem sicut ens et
entis nichil sicut entium quidem multitudinem esse preter ea
paucis enim ens et plenum. Sed omne quod
tale non unum sed infinita multitudi-
ne et invisibilia propter parvitatem tumo-
rum. Hec autem in vacuo ferri, vacuum enim qui-
dam quodammodo esse et constanti-
a quidem generationem facere, dissoluta autem
corruptionem. Facere autem et pati secundum quod exi-
stunt tangentia, secundum enim id non unum esse
et composita et complicata generare. Et secundum
veritatem autem ex uno unum non utique ge-
nerari multitudinem neque ex vere mul-
tis unum sed esse hoc impossibile. Sed ut
empedocles et aliorum aliqui inquiunt
pati per poros, ita et omnem alterationem
et esse pati et hoc modo generari fieri dis-
solutione et corruptione per vacuum. Similiter
autem et augmentationem subintrantibus so-
lidis. Fere autem et empedocli necesse est
dicere ut leucippus dicit, esse enim quedam
solida et indivisibilia, aut sin ubi-
que poros continuos esse. Hoc autem im-
possibile, nichil enim erit alterum solidum extra
poros, sed esse vacuum. Necesse ergo tangentia
quidem esse indivisibilia, media autem
eorum vacua, quos ille dicit poros. Ita
autem et leucippus dicit de facere et pati. Mo-
di ergo secundum quos hec quidem fa-
ciunt hec patiuntur fere hii omnes dicuntur,
et de hiis quidem et quomodo dicunt manifestum est
et ad eorum positiones quibus utuntur fere eod-
em modo videtur contingens, aliis autem mi-
nus. Verbi gratia empedocli quomodo generatio et
corruptio non manifestum. Hiis enim indi-
visibilia prima corporum forma differentia
solum ex quibus primis componuntur
et in que ultima dissolvuntur. Empedocli
alia manifestum quoniam usque ad elementa habet

generationem et corruptionem, ipsorum vero horum
quomodo generantur et corrumpuntur coacer-
vata quantitas neque manifestum neque contin-
git dicere ei non dicenti et ignis esse elemen-
Similiter autem et aliorum omnium ut in
timeo scripsit plato. In tantum enim differt
ut non eodem modo leucippo dicat quoniam
hic quidem solida hic quidem planities
dicit indivisibilia, et hic quidem infi-
nitis terminari figuris in divisum soli-
dorum unumquodque, hic autem terminatis, quoniam
indivisibilia utraque dicunt quidem et ter-
minata figuris. Ex hiis itaque generationes
et segregationes leucippo quidem duo
modi erunt utique et per vacuum et per tactum,
hic enim indivisibile unumquodque, platoni
autem secundum tactum solum, vacuum enim
non esse dicit. Et de indivisibilibus quidem plani-
ciebus diximus in prioribus, de indivisi-
bilibus autem solidis amplius est dicere. Ut
autem parum digredientes dicamus necessarium
impassibile unumquodque dicere indivi-
sibilium, non enim possibile pati nisi
per vacuum, et quod nullius activum passio-
nis, neque enim durum neque frigidum oportet esse
et actionis derelinquatur. Nimis quidem
inconveniens solum dare circula-
ri figure calidum, necesse est enim et
contrarium frigidum alium aliquam ad-
aptare figurarum. Inconveniens
autem si hec duo quidem existunt, dico
autem caliditas et frigiditas, gravitas
autem et levitas et duricies et mollicies
non existunt. Sed tamen gravius secundum exce-
denciam inquit democritus esse u-
numquodque indivisibilium, quare palam ma-
ius et calidius. Talia autem entia non
pati ab invicem impossibile. Verbi gratia a mi-
nus excedente calido leniter

sed si ista si existere

calido. Sed tamen si durum et molle, molle autem
in patiendo aliquid dicitur, subactivum enim
molle. Sed tamen inconveniens ut nichil
existat nisi solum figura. Et si hoc qui-
dem calidum id frigidum neque enim esse unam
naturam eorum similium. Et simplex autem simul-
tamen esse impossibile, indivisibile enim erit in
eodem habebit passiones, quare et ipsum si pati-
atur secundum quod infrigidatur secundum id
et aliquid patietur. Eodem modo et in aliis passio-
nibus. Hoc enim solida et plana dicen-
tibus indivisibilia contingit eodem
modo, neque rarius neque densius possibile esse ge-
nerari, vacuo non ente in indivisibili-
bus. Amplius autem inconveniens et par-
va quidem indivisibilia esse, mag-
na esse autem non. Nunc quidem enim magis ra-
tionabiliter maiora conteruntur
quam parva. Hec quidem enim dissolvuntur
facilius parvis. Magna quidem
procedunt multis. Indivisibile enim
universaliter magis quam magnis existit
parvis. Amplius autem est una natura illo-
rum solidorum omnium aut differunt alterum
ab altero quemadmodum si hoc quidem esset
ignea hoc autem terrea secundum tumorem. Siqui-
dem una natura est omnium, quid est di-
videns aut cur non fiunt tangentia
unum quemadmodum aqua aque cum tangit.
Nichil enim differt posterior a priori aqua.
Si autem natura alia, que hec et manifes-
tum quod natura ponendum principia
potius et causas contingentium magis quam
figuras. Amplius autem differentia natu-
ra et faciet et patientur approxima-
tia ad invicem. Amplius quid est quod mo-
vet siquidem enim aliud passivum.
Si autem ipsum se ipsum unumquodque aut erit di-
visibile est secundum aliud autem movens

sed quod movens

aut secundum idem contraria existunt et ma-
teria non solummodo erit una sed et potentia. Antiqui
quidem per pororum motionem passio-
nes inquiunt contingere. Siquidem et plenis
poris existunt pori, si enim poris pati-
tur tactu aliquid ita oportet corpus et sine
poros habens, sed ipsum continuum ens pa-
cietur eodem modo. Amplius autem quomodo
contingit de videre in specie accidere
ut dicunt. Neque enim secundum tactus conting-
it transire per transparentia neque per poros. Si ple-
nus unusquisque est, quid enim differt
an non poros habere, omne similiter enim erit
plenum. Sed si vacua quidem hec necesse autem
corpora in eis habere, idem continget
rursum. Si autem talia secundum magnitu-
dinem ut non suscipiant corpus aliquod
ridiculum parvum quidem existimare ma-
gnum vacuum esse autem non neque quantumcumque autem
vacuum aliquid existimare dicere nisi
regionem corporis, quare propter manifestum quo-
niam omni corpori tumore simile
erit vacuum. Universaliter autem poros facere su-
perfluum est. Siquidem enim nichil facit secundum
tactum neque per poros faciet transiens.
Si autem in tangendo et poris si enim hiis
quidem patientur hoc autem facient ad
invicem hoc modo innatorum. Quoniam quod
quidem ita dicere poros ut quidam existimant
aut falsum est aut vane est manifes-
tum ex hiis. Divisibilibus autem omnibus cor-
poribus entibus poros facere ridiculum.
Secundum id enim quod divisibilia possunt
separari. Quomodo autem existit generare
entibus et facere et pati dicamus accep-
tum principium dictum multotiens. Si enim est hoc quidem
potestate hoc autem actu tale in na-
tura est, non quidem hoc autem non pati sed
ubique secundum quod est tale magis et minus

secundum quod tale magis et minus. et sic
poros aliquis dicens magis quam minutis
ubi extenduntur passim venae continu-
e. et continuum quidem igitur unumquodque est unum
est eius impassibile. Similiter autem et non contigui
quotiens neque sibi ipsis neque aliis quam facere na-
ta sunt et pati. dico autem ut puta. Non
solum tangens calefacit ignis.
sed et si longe sit. aerem quidem enim ignis.
aer autem corpus calefacit in-
natus et facere et pati. tunc quidem existi-
mare patitur aut non determinantes
quod in principio sit dicendum. si quidem
enim non ubique divisibilis magnitudo
sed est corpus indivisibile aut latitudo non
utique erit ubique passibile sed neque
continuum. si autem et hoc mendacium et omne
corpus divisibile nichil enim differt
dicere dividi quidem tangere autem aut
divisibile esse. si enim segregari per se
tactus ut inquiunt quidam sed si nondum
est divisum possibile est dividi. generatur
enim nullum impossibile. Universaliter autem sic modo ge-
nerari scissis corporibus inconveni-
ens est destruit enim hic modus altera-
tionem. videmus autem idem corpus continu-
um eius quandoque quidem humidum. quandoque coa-
gulatum non divisione nec compositione
hoc paciens neque conversione et tactu
quemadmodum inquid democritus
neque enim transductum neque transpositum secundum
materiam neque transmissum coagu-
latum ex humido generatum est. neque autem
nunc insunt dura et coagulata indi-
visibilia tumoribus. Sed similiter omne
nunc humidum quandoque autem durum et coagu-
latum est. Amplius autem neque augmen-
tationem possibile est et diminutionem non enim
quodcumque erit generatum maius si erit

appositum et non omne transmutans. aut in mix-
to aliquo aut secundum se transmutante.
quod quidem igitur est generare et facere et
pati et generari ab invicem et quomodo con-
tingit et quomodo inquiunt quidam et quod
non contingit autem determinatum sit
hoc modo. Reliquum autem videndum de
mixtione secundum eundem modum metho-
di. hoc enim erat tertium propositorum a
principio. Scrutandum autem quid
est mixtio et quid miscibile et in qui-
bus existit entium et quomodo. amplius autem utrum-
fiunt ex aere in locis in quibus vir-
tus radiorum solis et stellarum eorum lumi-
ne radiantis in aere absconditur a
calore terre et aque non pervenit ad eam cali-
ditas desursum. Non autem fit aer ex omni
aqua sed ex vapore multo remanente
secundum caliditatem suam cum sua humidita-
te quando elevatur ex aqua et terra et sub-
tilis non fit aqua ex omni aere sed fit ex aere
multi vaporis quando aggregatur et mul-
tiplicatur quousque inspissatur et fit aqua.
Et dico tamen quod vincens secundum illud
quod est secundum naturam est aqua et aer sive igne quod
sicut est ignis vincens quod est secundum illud quod est
secundum nos sit victoria horum duorum elemento-
rum comburentem quod est secundum naturam et exsic-
cantem illud. Verumptamen aqua et aer conti-
nue alterantur unumquodque ad alte-
rum quoniam aqua quando fit calida alterat
aerem et quando aggregantur partes aeris et
inspissantur et infrigidantur fiunt
aqua. Iam ergo remanet quod ex
propinquiore loco orbis lune ad aquam
et terram sunt ignis et aer non alia ab
eis utriusque ex reliquis elementis. Verum
ignis qui illic est purus non turbidus
et est contingens orbem lune sicut
dixerunt sapientes antiqui quod ig-
nis quousque illic est purus apud aerem
eius et aerem turbidus et ad ignem ex
suis violentes per hunc sermonem
quod propinquior cuius inferior terre
contingens aerem est communis cum
aere quando aer vincitur secundum ipsum facere
ipsum ascendere ascendens quousque est
turbidus ad ignem eius significant
quod elevatur exigue super
idem quod est subtilibus et purius ad mix-
tum quod sequitur hoc in genere
purus ex parte inferiore ad nos et
sicut est aer qui est secundum hoc proximum quod
est super totum aeris puritas et subtilis
ad hunc aerem contingentem
terram ad quem convertuntur cali-
ditas et alnaegi et aldegi et pul-
vis. Ergo est turbidus ad illum aerem.
Corpus ergo rotundum sempiternum
motus autem movetur cum corpori-
bus qui sunt in eo excitat calidi-
tatem motu suo et inflammat que sunt
sub eo scilicet que sunt propinquiora si-
bi. Dico autem quod corpus quod est sub
corpore nobili circulari sempi-
terno motu est sicut sublimi cum est in vir-
tute sua calidum et siccum et est ig-
nis quod autem est sub eo calidus et humi-
dus in virtute sua et est aer et quod est
sub eo est frigidum et humidum
in virtute sua et est aqua. Verum
aer et aqua vivificanda secundum diversita-
tem redeuntem secundum utraque ex motu
quiete et alis et perveniunt aque quarum
medium et aer continet ipsam et ter-
ram et ignis continet aerem quod
est ergo ex aqua grossum cum exsic-
catur et quod est ex aqua subtile ascen-
dit et aer tangens aquam et terram
augetur in calore et caliditate et
humiditate et secundum mensuram virtutis
sue quod est ei estus et humiditas ex
eo quod non adheret ei ex fumo terre
sicco et vapore aque humido. Ve-
rum est quod secundum hunc aerem continentem
terram susceptibilem humidita-
tis et estus ex vapore terre et aque est
estuosum siccum non humidum. Sicut est
aer continens terram scilicet ille aer an-

nexus igni. Verumptamen aer continens ter-
ram est humectatus ex vapore terre et
aque multo ex virtute eius. Secun-
dum autem quod vincit estum et vaporem humi-
dum est distantia in esse quod est quia estus est
calidus siccus propter inherentiam suam
cum igne continente ipsum. Sic aer
continens terram est calidus humi-
dus propter inherentiam suam cum a-
qua et propter ea quod partes vaporis ra-
rescunt separantur quando est prope sursum
propter estum calidum siccum non
sunt nubes illic et similiter declarat
rem quod aer qui est ibi secundum natu-
ram non vincit super illud quod est illic.
Verumptamen vinces rerum sunt
illud et ignis et estus siccus et aer aggre-
gans determinant ipsum separantur
eius partes. Non ergo per hanc causam
est ex nubibus continuatio cum hoc
loco superiore quando ignis separans par-
tes eius est vincens illic non est sed
illic ei comprehendens quod compre-
hendat ipsum et aggreget ipsum. Quan-
do autem elevatur secundum terram elevati-
one propinqua orbi apud locum cui
propinquat adventus radii conver-
tit extra et ille locus aeris est frigi-
dus per separationem ad ignem aggrega-
tur illic et inspissatur et precipu-
e quando est inter montes supremos al-
tos prefocatur illic et infrigidatur
et redit in naturam propriam et at-
trahit ipsum iterum caliditas ve-
rum non fit totus aqua quia in
ipso est pars motus caliditatis ac-
cidentalis. At vero ille qui ex-
primitur fit aqua humida des-
cendens ad terram et quod est in ipso de par-
te caliditatis ascendit. In altum
cum quidam quod est in ipso de parvis
partibus terrenis alteratis ignitis
remanet ergo in altum cum eis que
sunt illic. Dico ergo quod orbis est e-
lementum quintum et non ex elemen-
tis quatuor que sunt ignis calidus
levis siccus neque aer calidus humi-
dus neque aqua humida frigida
neque terra frigida sicca. Est ergo a-
lius ab eis propter naturam. Locus enim
propinquus orbe est calidus inflam-
matus quoniam omne mobile ex corpo-
ribus quando non movetur motu cir-
culi inflammatur et inflammat
quod appropinquat ei et approximat
ei. Hoc quidem est ex naturalibus
precipue quando corpus mobile ge-
neratum potest super generationem
caliditatis et inflammationis quod
est quando generantur in eodem due cause
quarum una est velocitas motus et
secunda propinquitas ex ipsius ex ipso quod
ab eo recipit caliditatem orbicula-
re eius individua calefiunt et in-
flammantur illud secundum quod moventur
motu circulari et ipsa non inflam-
mantur neque calefiunt quando ipsa non
recipiunt impressiones peregri-
nas accidentes eis et corpus quidem
solis est maius corporibus stellarum
reliquarum et velocius motus propin-
quius nobis. Sol ergo solus habet plus
potentie quam alie ad generandum
caliditatem et excitandum eam vir-
tutem in eo super quod revolvitur et quam
stelle que cum eo habent communitatem

tunc quod advenit nobis ex calore
eius proprie quod advenit nobis ex
calore reliquarum stellarum. Cum
ergo moventur stelle et omnia cor-
pora mobilia movent quod est
in circuitu eorum ex caliditate deinde
separatur illa caliditas et conti-
nuatur nobiscum illud ergo est
declaratio eius quod voluimus.
Rapiamus ergo nunc rememorari
galaxie quoniam est ex partibus orbis
deinde redibimus ad impressiones
superiores et dicemus in eis sermo-
nem exquisitum sicut est consue-
tudo nostra. Dixerunt quidam
quod solum currit in loco orbis et
combussit ipsum et impressit in eo
hoc vestigium quod est galaxia.
Dico ergo in illo quod iste est error quo-
niam si galaxia esset expressio-
ne transitus solis oporteret quod hec
impressio esset in signis in quibus oc-
currunt sol et reliquie stelle mobi-
les. Nos autem non invenimus illud se-
cundum quod dixerunt. Et etiam nec
orbis recipit impressiones in transitu
quoniam ipsum est egrediens a natura e-
lementorum .iiii. et agriculture et ge-
nerature generabilis et corruptibilis ga-
laxia quoque est non impressio in cessus
solis. Imitatores anaxagore et
democriti dixerunt quod galaxia
est lumen stellarum quod est quia
sol quando movetur sub terra absconditur
terra et non sequitur lumen eius
qualdam stellas sed approximat
eis et illuminantur stelle ex lumine
approximato eis et est illud lumen
galaxia.
Dico ergo quod sermo eorum dicen-
tium est error impossibilis quod tamen sit
quod est quia galaxia est in
omni hora in loco uno stellarum
etiam quibus continuatur lumen
solis notarum galaxia dico
non recedens ex loco suo quod si
esset galaxia ex lumine stella-
rum cum quibus non continua-
tur lumen solis recederet illud
ab illis stellis et videretur hoc
vestigium in alio apud diver-
sitatem cursus solis per muta-
tionem eius de loco ad locum
et significatur item secundum errorem
illorum quorundam ex sermo-
ne in stellis quod est cum sol est
maior terra et quedam stelle sunt
maiores sicut terre post solem lu-
men ergo solis continuatur cum
omnibus stellis et omnibus locis gal-
laxie. Cum ergo illud ita sit
quomodo putaverunt quod solis
lumen non continuatur nisi est
hoc loco orbis. Et alii autem
dixerunt quod gallaxia est
ex radicatione luminis ad aerem
sicut speculum et redit lumen pro-
cedens ex ipso ad corpus suscipi-
ens ipsum et ita est sermo illorum
in stellis habentibus comas. Dico
ergo quod iste sermo est error et si
galaxia sic esset ex lumine redeun-
te permutaretur sicut est permu-
tatio luminis redeuntis. Nos autem

videmus gallaxiam iam in nocte et
in die quando possibile est videre eam
in loco uno et in speculum item ex-
tra est non recedens de loco suo. Iam
ergo declaratum est nobis in eo quod
gallaxia non est excessu stellarum
mobilium neque lumen rediens.
Nos autem dicamus
Quod est gallaxie hoc modo quod
est exiguis partis superioris orbis in-
flammatus est et lucidus et in lo-
cis orbis in quibus videtur gala-
xia sunt parve multe stelle
et magne propinque luminose.
Cum ergo procedit lumen earum
ex illo loco inflammato et igni-
to igne id circo videtur in colu-
men oblongum. Et iste stelle
sunt fixe quarum quedam tan-
gunt alias et sunt suscipientes
splendorem ex sole quare continga-
tur lumen quarundam earum
cum quibus propter illud ergo videtur
galaxia in loco uno orbis non re-
cedens ab eo. Esse autem galaxie simi-
lis est esse stellarum habentium com-
as ipse enim sunt similes per
hunc modum in locis suis cum
lumen solis separat lumen earum.
Ostenditur ergo
Lumine de stellis habentibus coma-
(?) equale est esse earum. Dico ergo in
illo quod philosophorum quidam sicut a-
naxagoras et democritus dixerunt quod
stelle habentes comas sunt stel-
le multe et agregate in orbe
et mobiles non fixe cum ergo
agregantur ille stelle et appropin-
quant ad invicem videt aspici-
ens ad eas lumen oblongum con-
tinuum sicut comam. Quidam
vero de illis qui sunt in italia
de pictagoricis dixerunt quod stelle
habentes comas non sunt stelle mul-
te locis nisi una stella ex stellis
mobilibus que apparet in quibusdam
horis sicut coma hominis que est
quando oritur cum sit propria per ea muta-
tur per colores mutationum
quare videtur in quibusdam horis si-
cut illud quod diximus. Dixe-
runt autem hunc sermonem il-
li qui imitantur ypocratem s-
nichius et paulus et discipuli eius
isti enim duo dixerunt quod co-
ma non est ex ea sed quod non move-
tur in diversitatem sui loci videt
eam visus noster quasi sit una coma
lucida quoniam hec stella lucet in hu-
miditate aeris. Deinde redit illud
lumen ad aerem et videtur ob-
longum et illud quidem accidit
ei ex hoc quod sol attrahit ip-
sum hoc autem stella moratur
tempore quando longiore quam sunt
tempora reliquarum stellarum
qua propter videtur per hunc modum
et item omnibus apparet ei coma quando
apparet in aere cum complemen-
to sue revelationis et iterum quod sit ei
coma in parte septentrionis
aut meridiei propter humiditatem que est
in illis duabus partibus aeris cum
ergo sit in orbe in loco qui est pro-

illos duos. tunc coma non apparet ei et similiter etiam quando fit in terra in ultimo orbe ex parte meridiei non apparet nobis propter remotionem suam a visibus nostris. quando autem est ex parte septentrionis tunc coma eius non apparet nobis quando visus noster capiunt eam captione sufficiente propter propinquitatem ex similitate captum nostrorum. Quia ergo iam diximus sermonem illorum in stellis habentibus comas tunc accidit nobis inquisitio de sermonibus eorum et consideratio de eis. Dico ergo quia nos vidimus stellas habentes comas extra orbem stellarum fixarum mobilium et non in singulo termino extra ipsum cum si ipsa ex stellis mobilibus esset in orbe stellarum mobilium stellarum non extra ipsum. Et sic me stellarum essent exacte sicut dixerunt alii oporteret ut videretur absque coma et tamen licet illud tunc videretur in omni stella quod fieret in hoc loco. ergo esse iste come in numeratione stellarum non minima est. Nos autem invenimus stellas habentes comas. quoniam quod si earum come essent propter aerem invenirentur multum vel multe in numero non v. tantum. Sermo autem eorum quoniam non videntur nisi in parte septentrionis est error. et quoniam videntur etiam ex alia parte a septentrione et videntur etiam cum sole in ortu suo estivo suo estivo et insensibiles sunt stelle habentes comas in parte meridiei secundum tempus variatum et insensibiles etiam sunt in parte septentrionis cum solem in ortu hyemali. Hoc ergo notum est. Similiter quod quia stelle habentes comas sunt preter stellas quas dixerunt et videntur in estate et hyeme. Iam ergo declaratus est error sermonis eorum. Dico ergo quod stelle habentes comas sunt propter aerem inflammatum continentem stellas secundum propinquitatem continentem calorem ignis.

Quando autem inflammatur fit ignis quod et continuatur eum lumine eius et fit oblongum. Quia ergo iam manifesta sunt ea que diximus nunc necesse est ut videremus causam propter quam videatur in aere quandoque quasi sicut perpendicularis ignis dilatatus in ipso et quandoque videtur minor illo. Dico ergo sicut dixerunt multi qui precesserunt quod quando sol inflammat terram per motum suum scilicet terram elevantur ex ea colores vaporum. Ascendit autem ex ea vapor siccus quasi fumando non est illic pars humiditatis et vapor calidus humidus etiam quoniam illic est pars humiditatis et vapor frigidus et humidus cum aqua est magis vincens. Vapor autem calidus siccus terrenus resolutus ex ea per vehementiam caloris resolutum scilicet eam ascendit et adducit aerem. Aer est ascendens propter caliditatem et siccitatem suam. In vapor autem calidus humidus ascendit minus illo. quare revolvitur et fit ex eo aer. Vapor humidus et frigidus ascendit recte cumque vapor pervenit ad locum medium coagulatur aggregatur ingrossatur et inspissatur. quoniam est ei quidem prohibens quod comprimit ipsum quare gravatur et cadit aqua pluvie.

Vapor ergo calidus siccus ascendit usque ad ultimum intellectum aeris. quare tamen ascendit ad terminum ignis et inflammatur ibi quando pervenit ad illud quod est illic quod calescit calefactione vehementi propter suam continuationem cum igne et propinquitatem suam ex motu orbis. Si ergo capiti vaporis inflammati ex motu orbis longitudo et latitudo apparet et videtur sicut perpendicularis ignis quando inflammatur sicut ignis lignis inflammatur. et quando vaporis est subtilis minus et non latus vero longus. tamen et sicut perpendiculis in longitudine et latitudine sua videtur in aere sicut candela rotunda sicut stella et propter longitudinem sui loci videtur eius visus rotundum. Et si autem partes illius vaporis inflammati continue ad se invicem prolongantur et est ex eo assub. et fit assub etiam quando expellitur caliditas que est in aere que est sub illo loco ex frigiditate que accidit. quare apparet assub exiens ab eo. Impetum vero assub color est turbidus et procedit exacte sicut manat ignis qui expellitur a coma. quare si aliquis dixerit fortasse esse assub est sicut candela posita scilicet candelam et inflammatur candela inferior ex candela superiori quare fit ignis longus. ergo dicemus quod possibile est ut sit hoc modo et fit assub etiam ex partibus vaporis inflammati et fit assub etiam sicut ignis receptus in aliquo de quo apparet expulsus ab eo et fortasse descendit hic ignis ad terram et pervenit ad eam quod ipse videtur in nocte et die cum celum est serenum.

Assub autem descendens ad terram non est ex vapore inflammato in alto. sed ex vapore inflammato cuius cum caliditas est expulsa a frigore quare fluit ignis qui expellitur ab eo quod ad inferiora quamvis sit de natura ignis ascendere superius. Nam illud quod expellit ipsum inferius est frigus aeris impellens et prohibens ipsum ab ascensu propter contrarietatem suam ad ipsum. Assub ascendens ad altum alius ab descendente inferius. propterea cum assub non fit ex vapore inflammato in alto non ex caliditate expulsa ex frigore. Iam assub descendens deorsum est currens non secundum naturam suam et elevatus est currens secundum naturam suam et non fit inclinatio eius ad quasdam partes nisi propter ea quod attrahuntur vapor ad latera dextra et sinistra. Venit tamen isteres ascendentes sub orbe lune velocis motus quod est propter propinquitatem earum ex nobis. et quandoque videtur cum caliditate per noctem in aere rubedo et colores diversi. Vero est sic colorato aeris et diversitas eius propterea quod eleves inspissantur partes et agre

gantur propter frigus noctis. Cum ergo res splendens dicatur secundum ipsum aliquid habens lucem lucet in eo. Deinde redit lumen istud ad aerem qui est sub eo sicut lumen rediens secundum parietem. Apparent ergo nunc in aere colores diversi secundum modum quo redit ad ipsum de lumine lucente in ipso. Plures autem colores qui accidunt in aere sunt colores purpurei propter ea quod color ignis est ad albedinem tante nebulositatis noctis. Et istud est secundum colores stellarum luminosarum et purpurearum. Et alii colores apparent apud ortum earum et ipsarum occasum in vehementia caloris quando descendit vapor et fumus in talibus et reposit.

Et dico iterum quod quando videtur in aere sicut forma lancee et aluminati et alguati non fit istud nisi propter ea quod lumen quando est in aere et separatur ex pulvere et nigredine ponit in aere [illegible] propter illud in medio eius sicut forma lancee aluminati et alguati currentis sicut fluvio. Et accidit illud in aere nocte ac die. Verum non videtur in die propter lumen solis. Propter hoc autem colores sunt quando videntur in nocte ut in nobis propter tenebrositatem noctis. Et ista sunt omnia in loco alto. Iam ergo narravimus de gallaxia et stellis habentibus comas et pendentibus et igne qui in aere videtur et aliis et quod est sicut stella una sicut candela et aliis.

Dicamus ergo nunc res existentes in loco qui est sub loco quem diximus. Et est locus elevatus super terram aeris et dicitur locus secundus et est locus communis vapori consurgenti ex aqua et terra et quod est ex utrisque. Dico ergo quod causa prima movens hec est motus orbium stellarum scilicet solis et aliarum. Sol vero appropinquat et elongatur ab eis et propter illud sol est causa generationis et corruptionis accidentium in eis. Cum ergo appropinquat sol calor eius invenit terram et ignit eam quare elevatur ex ea vapor humiditatis que est in ea vapor esse calidus sicut quod separatur vapor humiditatis qui est in ea vapor terre calidus siccus quoniam quando elevatur per spissitudinem [illegible]. Spissitudo eius est quod pervenit ad altum quoniam est calidus siccus qui resolvitur subtiliatur quare ascendit et appropinquat igni circa (?) et inflammatur et ei quod est sub eo. Et fit ex eo istud cuius processit narratio.

Et est species alia que fit aeri nisi accidat ei accidens. Unde iste aer fit aqua propterea quod vapor roridus est sub eo qui ascendit in altum. Nam si accidat ei quod comprimat ipsum et frigus indensatur et inspissatur et redit aqua redeundo ad terram pluens.

Vapor autem qui consurgit ad altum ex quo fit istud de cuius rememoratione iam evacuavimus ad nos nominatur estus. Vapor autem roridus proximior est nobis isto qui resolvitur aqua et fiunt ex eo nubes et quandoque videtur nebula in eo et nebula quidem est reliquie nubium resolutarum ex aqua pluente. Et propter istud significat nebula serenitatem. Nam cum sol appropinquat vapori elevatur ascendens et cum elongatur ab eo descendit deorsum.

Cum ergo istud est quod descendit ex eo res parva et tardatur in descensione sua nominatur ros et quando illud quod descendit est multum grossum nominatur pluvia cum sit habens naturam in corpore suo et velociorem sive descensionis et quando est vapor ascendens ex terra et res parva non pervenit ad altum propter parvitatem caliditatis sue et resolvitur in aerem.

Cum ergo elevatur vapor et est sicut quod pervenit ei ex nocte et die vehementia frigoris aggregat ipsum et fit vapor ille ascendens pluvia. Et quando frigus secundum ipsum parvum est exprimit ipsum rorem et pruinam. Et pruina est vapor congelatus antequam in aquam.

Ros autem fit in hyeme in locis. Et istud est ex resolutione vaporis quoniam si occurrit ei frigus congelans ipsum immo facit ipsum pruinam quando frigus est contractum et non occurrit ei frigus exile ex quo comprimat ipsum et calor temperatus resolvens ipsum qui facit ipsum aquam subtilem. Et ideo quod fit propter duas causas quarum una est frigus aeris et calor loci, altera est calor aeris et frigus loci. Et vapor elevatur ex terra in sereno quando autem flat ventus non elevatur.

Et dico tamen quod pruina non fit in supremis montibus aliis quod est propter duas causas quarum una est quia caliditas vehementius fit in eis quam sunt illic. Quare resolvitur vapor ante adventum suum ad ea que sunt illic. Et alia est quod aer inflammatur in superiori parte sui inflammatione vehementi et quod continuatur ex vapore cum illis locis resolvitur propter vehementiam caloris in eis. Et quare non fit ex eis ros.

Et dico quod ros non fit nisi quando flat auster non septentrio excepto loco qui nominatur Contus. In eo enim accidit contrarium illius quoniam ros fit ibi cum flatu septentrionis non cum austro propterea quoniam auster in eo ex septentrione in ipso congregat vaporem. Cum ergo flat auster in eo fit iste vapor ros quoniam separat ipsum. Cum ergo fit in eo septentrio tunc ipse congregat vaporem et fit ex ipso ros quoniam frigus septentrionis contrarium caliditati austri. Cum ergo caliditas austri separat partes tunc frigus septentrionis congregat ipsum.

Dico ergo quod aqua non congelatur nisi in loco in quo sunt nubes. Et dico quod descendunt ex loco nubium tria corpora quorum generatio recentia est per frigus scilicet aqua et nix et grando. Et tria corpora descendentia ex aere sunt duo corpora similia quantum generationis [illegible] quoniam est una et non diversificatur nisi paucitate multitudine tantum et sunt nix et pruina et pluvia et ros quoniam ros est pluvia pauca et pluvia est ros multus propterea et quod pluvia non fit nisi ex vapore multo qui iam frigidus est. Et causa illius sunt tempus et locus et frigiditas.

Convenientia autem remanentia dies est in nive et locus eius est in stricturis partium frigoris. Generatio autem nivis et pruine est ex frigore quoniam nix est ex nubibus et pruina fit ex vapore congelato in aere non in loco nubium. Et sic ergo illius est quod mollicies nivis et durities pruine quoniam mollicies fit nivis ex parte

caliditatis admixte vaporibus qui fiunt nubes prohibentes partes illius vaporis inspissari et vehementer congregari et duritiem primam fit ex frigore loci et ex tempore in quibus non est ex caliditate prius quam prohibeat congregari vapor quando partes frigoris congregant partes vaporis et continuunt ipsas.

Grando autem fit in nubibus longinquis a terra et causa generationis eius est caliditas que est in vapore ascendente a terra. Verum necesse est nobis ut narremus qualitatem generationis eius et quare congelatur aqua in hyeme et grando fit plus illo in vere et hora fructuum et generatione eius est minus illo in hyeme. Dico ergo sermone congregato quod grando non fit in locis multe serenitatis nisi ex caliditate existente in eis plus quam fit existentia eius in temporibus frigiditatis que sunt in locis vehementis frigoris semper in eis. Sequitur ergo ratio quod significando in temporibus caliditatis plus quam fit existentia eius in temporibus frigiditatis, quare tempora calida meliora loca sunt in quibus fit grando quam tempora frigida et non fit in temporibus caliditatis absque temporibus frigiditatis nisi propterea quod calor est contrarius frigori. Quare recipitur quia frigus ad interiora nubis ex multitudine caliditatis aeris in illa hora, quare congelat quod in ea est de aqua et separat eam in grandinem. In temporibus vero frigidis frigus sparsum est in aere toto non in proximitate nubis et non est ibi caliditas que possit esse contraria frigori et contrahatur propter eam adunita. Grando autem rotunda parva descendit ex locis supremis in alto. Rotunditas enim eius et ipsius parvitas sunt propterea quia quando descendit ex longinquo moratur in aere tempore quasi longo et ideo rotundatur et resolvuntur eius acuta cum spatio ex caliditate aeris in illo tempore et ideo immoratur eius mensura ante adventum eius ad terram.

Grandini autem descendenti ex locis propinquis terre accidit diversum isti propterea quod non elongatur exitus eius ex finibus terre quietis et rotundatur propter istud forma eius et resolvuntur acuta eius et ipsa pervenit ad terram magna in mensura sua non rotunda valde in forma sua. Gutte vero magne sunt in diebus in quibus est calor quando calor ascensus in aere quando fugat frigus nubis contrahitur frigus et congregantur partes nubis et comprimuntur comprehensione vehementi. Descendunt ergo sic gutte magne mensure et festinant descensus earum propter velocitatem strictionis frigoris et quia fugat vehementer ipsum calor. Dico ergo quod quando in aere calor velocior est congelatio aque et de iudicio istius est quod quando aqua calefit deinde funditur in locis frigidis est velocior ad frigus suum propterea quod quando fit contrarius frigori calor est magis apparens virtutem suam et vehementius ad operationem suam quam quando non est illic contrarium. Et item piscatores qui volunt permutare arundinem quam venantur in glacie ut sit velocior ad submersionem suam in qua funditur scilicet eam aquam calidam deinde ponunt eam in locum frigidum, quare congelatur scilicet cum glacies statim propter apparitionem virtutis frigiditatis et vehementiam operis eius propter contrarietatem ex calore.

Quia iam diximus quomodo sit pluvia et ros et nix et pruina et grando, tunc loquimur modo de ventis et fluminibus et maribus et narremus ea in fluctuatione naturali sicut mos noster esse precedens quando cupiditas est nostra in inquisitione de omnibus rebus et rememorationem earum quorum nos dicere et alios a nobis et ne dimittam aliquod dicere de illis scilicet non est virtus nisi per deum. Dico ergo quod quidam dixerunt quod ventus et aer sunt eiusdem generationis cum ergo quiescit nominatur aer et quando movetur nominatur ventus. Et alii dixerunt de aqua que in nubibus et posuerunt naturam utrorumque esse unam. Quidam autem sapientes nominaverunt omnes ventos unum quod est quando ipsi posuerunt ventum aerem motum et dixerunt quod diversitas ventorum accidit a diversitate locorum. Sic sermo dicentis quod omnia flumina sunt unum flumen naturaliter et dicentes hunc sermonem dixerunt ipsum absque inquisitione. Melior sermo est per inquisitionem et rectitudinem in quesitionibus. Dico ergo quod sicut sermo istorum in vento sic autem est sermo istorum in fluminibus quod unumquodque est reclinatum principium in fluminibus. Non nominant unumquodque per aliud deinde dixerunt diversum ab illo quod si sermo eorum in fluminibus error est. Causa nostra est nobis inquisitio de esse fluminum quod est et quomodo et quid sit in motu eius fluminis et unde sit principium eorum. Dico ergo quod quidam putaverunt quod aqua fluminis sit sicut venter qui non cessat ex pure evacuasse quod cavat ipsum donec finiatur totum quod est in ipso de eo sicut ventus egrediens exire. Dico ergo quod vapores aquosi quando elevantur deinde congregantur et inspissantur et coagulantur nubes deinde resolvuntur magis et expelluntur pluvie et redeunt ad terram et currunt sicut iam diximus. Et aque congregate sub terra in profundis eius sunt materie fluminum et propter hoc addunt flumina in quibusdam locis in hyeme plus quam in estate et quandoque desiccantur et subtrahuntur aque eorum in estate et quod propter paucitatem materie earum propterea quod materia eorum quandoque finitur ante adventum pluvie et absconduntur aque eorum propter paucitatem. Et dico quod omnes aque laboriose profunde currunt intra terram et est propter hoc incorporatam terre sed aquas quando est plus in eis et iam aer resolvitur in aquam et augmentatur aqua propter hoc et similiter etiam aqua in aere. Dico ergo quod aqua recepta in terram non sunt separate sub terra sicut separatio earum est super terram. Verum quedam earum sunt congregate cum quibusdam sicut quedam per gutte pluvie est congregata quibusdam. Quare fit inde

aqua multa. aqua enim recenter intra com-
primitur paulatim et congregatur
ad invicem et fit ex eis principium cur-
sus aquae in fluminibus. Et significatio
super id est quod illi qui fodiunt terram ut ex-
trahant aquam fodiunt multa loca
deinde congregant ea ad locum unum.
deinde faciunt ipsam currere ad lo-
cum inferiorem illius loci. Deinde fodi-
unt ipsum quod posuerunt ei radicem. et sic
currunt flumina magna ex mon-
tibus et sunt origines propinquae eis. Et
fortasse apparet aqua ex montibus et
locis altis propter causam quam diximus in pedi-
bus autem montium aquae minorantur. loca au-
tem alta montium sunt sicut spongia spis-
sa quae sugit ad se aquam et aggregat ad
se aquam paulatim. Et demonstra-
tio super hoc quod aqua currit in montibus al-
tis magnis est disceptio loquentium de
rotunditate terrae quae est quod ipsi dicunt quod
est mons qui dicitur caldicos et est mons
magnus altus et excelsus valde in tan-
tum in ortu solis in hyeme ascendens
aspiciens aliquis videt mare mag-
num autem fines non videt quae est sub eo et
flumina et maria reliqua non currunt nisi
hoc ex mari. Et currunt ex mon-
te qui dicitur caucasus in magna multi-
tudine aquarum et caucasus quidem est magnus
magnus maior omnibus montibus qui
sunt in ortu solis in estate et significatio super
magnitudinem huius montis est quod
illi qui habitant locum inferiorem terrae vi-
dent solem super hunc montem nocte do-
nec pertransierit tertia pars noctis co-
ram ex parte orientis et ex parte oc-
cidentis. Et si ergo super magnitu-
dinem eius est magnitudo fundamenti

eius et qui habitant sub eo homines et
procedunt et oriuntur sub eo flumina
multa et fundamentum eius continens
ipsum est rotundum ab initio sui
usque ad ultimum sui. Currit vero
est mons magnus qui est in occasu so-
lis apud qualitatem noctis et diei ex quo
duo magna oriuntur flumina. Et
item procedunt de sub montibus ter-
re ethiopie flumina magna quae
nominantur etinis et ereses et ca-
colis quorum effusio est in mare cir-
cumdans magnum. Nilus vero cur-
rit de sub monte qui vocatur argen-
et item currunt de sub monte qui
nominatur seiuistria flumina. Et
currunt de sub terra multa flumina
praeter flumina quae nominavimus de hiis flu-
minibus est sufficientia ad istud quod vo-
lumus de cognitione et communicatio-
ne eius quod processit in sermone no-
stro. Et dico quod origines fontium
sunt in montibus et in locis altis et di-
co quod radices et principium fluminum et
aliorum ex maribus non sunt sicut terra
determinatis aquis propter ea quod aer
resolvitur et fit aqua et vadit autem fac-
ta in profundum terrae et maris. et deinde
siccatio illorum sicut istud fit a partibus ca-
aquarum paulatim et propter earum congrega-
tionem quod sunt flumina currentia.
Principium autem omnium fluminum
et fontium est ex mari quod nominatur
caucasus ex quo manant flumina
multa et est mare currens. aqua autem
quae est ex ipso fluit intra terram in loco
qui nominatur [illegible] et est
finis eius in septentrione. sed illi pro
fundo propter spatium sine profundita-

tis et longitudinem suae concavitatis
non potest aliquis pervenire ad ultimum
illius profundi et egreditur de loco
isto ipsum et hoc profundum quod excres-
centibus passibus fontes multi aquarum in
tribus locis deinde subingrediuntur intra
in loco qui dicitur algabustus et deinde
manant in loco alio. Illud autem quod no-
minatur rodanus naves vadunt
per ipsum. Et dico quod in quibusdam
locis in aliquando est aqua. deinde effundunt
ab eis et fiunt nimia et est quando sicca et
madida. Alia autem quando et causa in illo
est quod causa terrae est sicut corporibus ani-
malium et plantarum et quae habent finem
[illegible] sic iuventutem et senectutem
cum minuuntur et additur. Quando ergo ap-
propinquat ei sol hora longa resol-
vit humiditatem eius et tollitur et de-
siccatur locus aquae et quando sol elongatur
ab ea humectatur locus ille et
roridus fit et congregantur aquae in eo
ex rore et pluviis. Et dico quod sunt
invenientes sicut terram egypti aquosam et sunt
sicut terram totam quae est sicut nilus et efflu-
xa fuit illa aqua paulatim et exsic-
cata sunt loca illa in hiis tempori-
bus unius loci post alium et apparet sic-
citas quoniam plantaverunt arbores et se-
minaverunt in eis semina. Egypti
autem nominabatur prius absque nomine
quod nomen fuit [illegible] narrat
homines [illegible] continuavit
omnes dispositiones eius quando non comprehendit
omnes mutationes quae acciderunt in ea
usque ad tempus nostrum hoc. Et dico quod quan-
tum quia exsiccatur ros terrae tunc ros
est sicut fluvius rectificatur terrae conjunc-
tio quasi sicut fluat eius siccitas cor-

rumpitur eius complexio. Et dico quod
multa loca fiunt in rore ubi sola et
facta sunt prius silva quod est sicut locus
qui nominatur medium. Ipse enim fu-
it irrigans deinde et post illud siccus et sic
accidit aliquid siccitatis in aliquo
loco tunc possibile est ut accidat in omnibus
locis. Et accidit item in mari ex-
siccatio locorum profundorum et profunda-
tur loca quae fuerunt exsiccata et causa in
hoc est sol ex revolutione orbis et mo-
tu et sic accidit in mundo ex motio-
nibus multis magnis hyemis et esta-
tis et pluviarum ex revolutione orbis et
motu solis. Similiter accidunt in hiis
locis mutationes ex ubertate et sterilita-
te in aliis ex diversitate commixtio-
nis et constrictionis eorum et mutatio-
nis eorum ex revolutione orbis et mo-
tu solis. Iste autem mutationes non ac-
cidunt in omnibus horis nec in omnibus lo-
cis sicut subitatio quae fuit secundum tempus quo
diluvium fuit multa graecorum et plu-
vius fuit in locis ethiei et sunt [illegible]
[illegible] et arthisi cer-
ti. et loci quidem in quo fuit submis-
sio [illegible] sunt dispositiones multo[illegible]
eius et habitaverunt sicut littora eius quidam
qui nominati sunt fuci et sunt illi qui
nominabantur [illegible] et quando multipli-
cantur nunc pluvie moratur aqua e-
orum fluvium tempore longo. Quidam
autem dixerunt quod causa propter quam flumina cur-
runt et numquam exsiccantur quoniam alia
unde sunt cavernae quae sunt sub terra cum
ergo in eis sunt aquae dant materiam
fluminibus et currunt et quando minoran-
tur eorum aquae abscinditur materia
fluminum ex hiis et subingrediuntur aquae eorum.

Nos autem dicimus quod causa fluvii est magnitudo elevatorum locorum in quibus est aqua et spissitudo ipsorum et eorum frigus quod est quoniam loca existentia hoc modo sunt susceptiva multitudinis aquarum conservantia eas quare non resolvitur ex eis aliquid. ergo multiplicantur aque illic. loca autem depressa que non sunt sublimia valde brevia atque habentia lapides albos et molles non retinent aquam sed fugit in eis. cum ergo advenerit eis aque caliditas canicularum et siccantur velociter. harum autem mutationum hore diversificantur. Et dico quod locus quem inhabitant Egypti fuit iam submersus aliquando ex fluvio eorum et id vident omnes qui vident terram illam et mare, unde et fuerunt quidam reges volentes fodere hoc mare et si fodissent ipsum magnificaretur navigium eius quoniam naves currerent in toto eo. Et quidem dixerunt quod Alliuez rex et Adrianus noluerunt istud. invenerunt autem mare altius terra quare dimiserunt fodere ipsum ut non corrumperentur reliqua flumina quoniam continuarentur cum hoc mari. Et dico quod non immorantur loca in quibus est aqua secundum dispositionem suam sed loca sicca inveniuntur et cum illa in omni hora permutantur dicit ponere in dispositionem.

Iam ergo complevimus rememorationem eius quod volumus de maribus et quare sit eius natura et fluviis et quare sint flumina in quibusdam locis currentia et in quibusdam abscisa. et quia iam complevimus rememorationem eius quod volumus de maribus et fluviis et quare sint flumina in quibusdam locis currentia et in quibusdam abscisa, nunc dicamus de mari quid est et quare sit natura eius et quare salsamentum est in eo et quid sit initium esse eius. Dixerunt quidam eorum qui speculati sunt in scientia divina et rebus celestibus quod mare manat ex orbe et in ipso est radix eius et eius principium et ubi putaverunt in illo, deinde dixerunt quod finis eius ultimatus est apud statum temporis propter nobilitatem huius loci. Sapientes autem perfecti in sapientia humana et rebus naturalibus dixerunt quod principium esse illius est quod humiditatis continentis terram elevavit sol partem quandam et remanent sunt quedam et istud quod elevavit sol fuit vapor et putaverunt propter illud quod mare continens terram diminuitur ex eo quod factum fuit et facta est terra sicca et dixerunt quod siccabatur totum. Quidam vero sapientes dixerunt quod salsitudo accidit in mari quoniam autem terra quando ignitur a sole resultat humiditas que est in ea et fit mare salsum quoniam sudor est salsus. Et dixerunt alii quod causa salsedinis est terra salsa quoniam permiscetur aque et fit salsa sicut aqua super quam funditur cinis deinde colatur ab ea quare inveniuntur ille aque salse. Dico ergo quod si ergo sic hoc quare est ipsi ut mare fit ex fontibus quoniam manant ex scripsit qui continentur a terra cum terra est quoniam ipsius sunt due species. una species eorum currentes et altera species eorum est stans. aque autem currentes sunt ex fontibus et originibus. Nos quidem in primis nominamus quod principia aquarum manentium non est sic aqua egrediens ex vase. Unum principia earum sunt loca in quibus aggregantur aque. Aque autem stantes sunt duobus modis. Modus autem unus earum est lacune. Modus autem alius eorum est qui currit ex originibus altis et stat in locis inferioribus fabricatis sicut fabricata foramina que sunt illic talia. secundum hunc modum ergo sunt species aquarum stantium in terra et non invenitur modus alius nisi species alia, quod si minor mare fuerit currens per se ipsum tunc ipsum non est excipiens speciebus fontanum et id quidem non est possibile. Dico ergo quod in terra sunt maria multa non ad invicem proxima sicut mare quod nominatur guancamon et euspinum. Et dico quod causa cursus maris currentis est coartatio lateris eius et constrictio eius scilicet aque que est in eo et implicat se ad invicem et dico quod communitas cursus aque est ex parte septentrionis ad meridiem quod est quoniam pars septentrionis est altior parte meridiei. Loquentes autem in naturis dixerunt quod cursus solis per noctem est in parte septentrionis et cooperit illum illic terra propter altitudinem suam. nobis quidem necesse est inquirere de amaritudine aque et salsitudine eius. Dico ergo quod aqua est continens terram et aer continens aquam et ignis continens aerem. Cum ergo ingreditur calor solis id quod continuum terram ex aqua resolvitur id et fit vapor ascendens in aerem et comprimit ipsum illic frigus aeris et accidit illi caliditas aeris existentis in eo et quoniam inspissatur et multiplicatur gravatur et descendit aqua pluvie dulcis suavis propter caliditatem advenientem ei ex complexione aeris. Dixerunt autem quidam quod sol cibatur humiditatibus ascendentibus in locis diversis in terra quare diversificantur tempora secundum modum diversitatis illarum humiditatum diversarum ascendentium ex eis. Istud autem est error sermonis eorum quoniam sol est semper in more secundum dispositionem suam. Si autem cibaretur corrumperetur et mutaretur sicut mutatur ignis alteratus cibatus per augmentationem et deminutionem et debilitatem et fortitudinem. Et dico tamen quod si sol esset cibatus tunc invenirentur in omni die augmentatus cibus et non esset id proprium ei scilicet soli immo communicati stellarum et reliquis earum. id quod autem invenitur diversum est ab illo. sol ergo et stelle non sunt cibate. Quidam autem dixerunt ex aliis quod terra fuit in principio humida et resolvit sol humiditatem ab ea et factus est aer et generatus est ex aere ventus. Hic autem est error eorum quoniam humiditas ipsa ascendens quoniam multiplicatur in aere inspissatur et gravatur quare resolvitur aqua et redit ad terram. Nos vidimus ergo sic totum occultum nobis per partem apparentem nobis necessario. nam quoniam elevatur vapor fit subtilis aer et grossum ipsius aqua et si cibarentur stelle non rediret ad nos aqua grossa. sed aer subtilis qui resolvitur aqua immo hoc modo resolvuntur res ad invicem et fiunt terra ista ad invicem. Dico ergo quod aque dulces elevantur

propter levitatem suam sursum, et aque salse descendunt propter gravitatem suam deorsum. Nobis autem tamen est inquisitio de loco aque proprio, licet est in quisitio nostra propria de locis propriis in reliquis elementis. Dico ergo quod propria maria sunt loca propria aque, et non est sicut putaverunt quidam quod ipsa non sunt propria loca aque, propterea quod ipsi dixerunt quod dulces aque elevantur sursum propter levitatem suam et aque salse descendunt deorsum propter gravitatem suam. Et isti nati sunt in illo propter hoc quod dixerunt quod alia que cibant agit caliditas in cibo eius et attrahit dulce eius ad carnem et auget superiorem et dimittit de cibo eius quod est amarum et salsum in inferiori parte corporis et ventre. Dico ergo quod secundum est ut dicamus quod stomachus et venter non sunt locus cibi et potus quiescens et salsum secundum est ut dicamus quod maria non sunt loca aquarum et earum congregatio que est propter constrictionem earum et profunditatem et longitudinem profundi eorum intrinsecum. Et dico quod tempore in eis ex aquis leve elevatur sursum solum quod est grave remanet infra. Quidam autem dixerunt quod adicio minerarum non appareret cum sit receptaculum aquarum omnium et earum requies. Dico ergo quod si hec accipiatur ex vase aqua et aspergatur ex ea locus latus post quod post partem minuatur illa aqua aliquid post aliud donec finiatur tota et non invenitur ex ea aliquid super nullo loco similiter et aqua in fusis in mari provenit ad loca ampla expanduntur et ea resolvuntur ab eis pars post partem propter multitudinem eius quare

solvuntur ex aquis in locis desiccantur illa loca ampla antequam declaretur additio ex minatoribus ex aquis infusis in eis. Videntur ergo flumina reflexa ad maria et ad sementivice. Inde origo omnium aquarum et earum principium est ex mari quod vocatur occeanus strictum medium longinquum profundi inundantis aque et ex eo est principium omnium aquarum currentium et non currentium et est quies earum quod quod dividitur ad reliqua maria et ad medium usque implentur aque quoniam omnes aque redeunt ad loca sua propria que sunt principium separationis earum. Et cum adducuntur quedam aque que redeunt ad ea loca propria contrario cursu ex quo receperunt. Si ergo separatio eorum constituit inferius redeunt superius tamen deinde reflectuntur ad medium. Mutantur autem aque et earum sapor secundum modum diversitatis locorum ad que pervenerunt. Dico ergo quod mundus factus est et tunc necesse ut sit mare factum.

At non necesse est nobis inquisitio causarum esse principium aquarum ex maribus et non finitur. Dico quod id est propterea quod elevatur id ex vapore ex maribus redeat ad eum et fit materia eius et tamen propterea quod aer resolvitur et fit aqua. Materia autem salsa esse quidam dixerunt quare id est propterea quod sol ex maribus elevat elevat dulce aquarum subtile aquarum quod remanent salse earum. Isti autem erraverunt in sermone eorum propter ea quoniam oportet ut inveniretur aqua eorum dulces cum redeunt ad eas que ex eis ascendunt. Alii autem dixe

runt quod istud est propterea quod in maribus sunt aque salse que sunt minutiones eius et non narraverunt alii causam illius propter quam fit salsitudo. Et dixerunt alii tamen quod sudor terre est salsus, id est quod salsus maris aquam et non narraverunt illius causam propter quam egreditur ex terra dulcis aqua salsa propterea quod dulcedo destructa est ex terra et propterea quod miscetur sudori aliquid salsum sicut quod miscetur ex cinere quod collatae ab eo. Dico ergo quod invenimus superfluitates que proveniunt ad fel et vesicam amaram et salsam et cibus ex eius egreditur hec superfluitas amara et salsa est dulcis et sicut invenimus aqua colata a cinere salsa. Similiter invenimus superfluitas descendes ad aquas salsas. Causa autem propter quam fit salsitudo quod amaritudo maris in maris est quod quidam vapor est duo vapores humidus vapor et vapor siccus. Vapor ergo subtilis aquosus ascendit a maribus per motum solis et remanet grossius calidus cuius exemplum est quod quando cibus est humidus grossius remanet ex eo superfluitas indigesta propter grossitudinem suam. Cum ergo movetur terra propter miscetur ei caliditas et fit salsa. Similiter ergo mare est. Nam si addatur cum ea caliditate aliquid plus mixtura secundum quam est ex terre salsitudinis fit ista superfluitas amara et salsa est aqua maris et illius quod de minerio et quod sudor et urina in quibus agit caliditas invenimus salsa. Cum ergo caliditas additur utrumque secundum illam mixturam invenitur a mari et similiter res adusta fit amara a propter adustionem ipsius sic

cuius et que eis assimilantur ex rebus adustis. Quidam dixerunt quod aqua maris non est aqua salsa terra nisi quod terra adusta est et terra est salsa propter illud. Ergo terra est aqua salsa. Dico ergo quod cum prope est quod putre invenis quod terra adurit. Et dico quod ista assimilatur adusto et non est quod ista adusta sit. Et videtur quidem tamen quod in pluvius est quoddam salsum et adurit quando advenit eis vapor calidus siccus quod est quoniam permiscetur vapor calidus siccus frigido humido ex quo fiunt pluvie et nubes. Fiat ipsum salsum.

Postquam narravimus de mari que sit causa eius salsum et que sit salsedo eius dicamus nunc ventos. Dico ergo quod auster est calidus flans flatu magno vehementi et eius exitus et principium flatus eius est ex locis calidis et siccis. Cum ergo flat ex eis tempore proveniens adheret ei ex caliditate illorum locorum ex quibus est egressus eius post caliditatis propter esse flatus eius ex locis calidis. Cum ergo pervenit ex eo terra permiscetur ei vapor calidus siccus. Quare calescit propter illud. Septentrio autem est frigidus siccus et est flatus eius ex locis aquosis et montibus eminentibus nobis longinquis a nobis et propter id pervenit ad nos purus. Austri autem egressio est egressio pura et locus egressus eius continuus locum qui nominatur linee vel lineum. Et ipse descendit ad nos. Cum ergo sit auster flans ex eo pervenit ad nos grossus et nubilus et commovet pluvias propterea quod res descendunt ex alto ad terram admiscetur va

por grossius et turbidius. et propter ea
adiuuitur aqua in sumptum aliquid
est principium hyemis et per calefac
cionem eius inueiuntur aque maris
tepida propter id quod admiscetur ex
humiditate descendente ad ipsum
ex calido calido. Et dico quod aqua
salsa est grauior aqua dulci quia aqua
salsa est turbida grossa. et aqua
dulcis facile est subtilis. illius autem de
monstratio est quia si accipiatur ce
ra et fiat ex ea uas. deinde stringatur
caput eius et ponatur in aqua salsa
et dimittatur in aqua per horam deinde
extrahatur et apiatur: tunc inue
nitur intra ipsum aqua que penetrauit
iam ex poris eius et inuenitur aqua
dulcis in sapore suo in pondere le
uis et inuenitur aqua salsa continens
ipsum secundum diuersitatem illius. Et
etiam si accipiatur sal terratum et dissol
uatur in aqua dulci donec resolua
tur in ea multum deinde proiciatur in
illa ouum. inuenitur id natans super id
in quo est sal quoniam illa ingrossatur
et fit sicut lutum. quia non submergitur
in ea ouum propter grossitudinem eius
sed tamen submergitur in aqua dulci. Di
xerunt autem quod lacum aliquem in palesti
na uehementis amaritudinis et
salsedinis et quia si capiatur homo uel
bestia et stringatur ligatura eius. De
inde proiciatur in eam inuenitur natans
propter leuitatem eius et grauitatem aque
salse. cum separatur unumquodque eorum ad
suum corpus. et in ea quidem non est piscis
propter grossitudinem aque et si mergitur
in ea pannus sordidus mundifica
tur ex sordibus suis in illa hora
ex uehementia amaritudinis et sal
situdinis que est in ea. Item inuenitur
submissio natus cadentis in aqua dul
ci. magis quam si ipsa submergatur in
aqua salsa quod est propter leuitatem aque dulcis
et grauitatem aque salse. demonstratio autem
est secundum hoc quod salem grossum corporis
terrenum et est in loco qui nominatur
garme manat aqua lata et currit
illa aqua ad flumen propinquum eis sa
lis aqua dulcis et non sunt in ea pis
ces propter id quod ingreditur ipsum de illa
aqua et quoniam accipit aliquis de illo flu
mine aquam et ponit illam in ua
se ut modo sal fit tenue et subtile
sale uini et inuenitur uirtus eius
in salsedine fortior sale grossio
rum quoniam subtilitas illius aque dul
cis facit aperire uirtutem salsitudi
nis intrantis ipsam et quoniam multipli
catur ex hoc sole in cibis dulco
rat ipsum propter bonitatem suam uel est
albi. s. uehementis albedinis et dicunt
in illo loco qui nominatur ami
ritas sunt arundo et canna et spina
et multum cum ergo comburuntur
et ille et accipitur cinis mul
tus utriusque et miscetur ex eo cum aqua
dulci extrahitur illa aqua et in frigi
gidatur et fit sal congelatum.
Et dico quod omnis aqua in fluminibus
et in manationibus salsis est humi
da. et quod estus ignis et iporum in fla
matio non sunt uehementes cum illa
quis sed uirtus terre in quibus currunt
ille aque est uincens super eas et est quod ingros
sat eas et coagulat ipsas et facit e
as sulphureum. Et dico etiam quod flu
mina et manationes multe in ue
niuntur diuersarum qualitatum in sapo
ribus et coloribus et causa in illo est quia ca
liditas que est in illa terra agit in ea
quia terra quam assimulatur rei aduste
ex calore ignis est diuersarum qualitatum si
cut materia diuersitatis adustionis
eius sulphureum et coagulantur sic
cinis et alumen et que sunt in eis simi
lia et id est unum quia in loco qui nomina
materiae eodem modo omnes arborum
planta cum capita sunt pyramidale

Viriditas plantae debet esse res communis-
sima in arboribus. Videmus enim
quod communis est albedo viriditas exte-
rius et hoc est quia materia utuntur pro-
pinquiori. Debet ergo quod sit viriditas
in omnibus plantis quia materiae attrahunt
et rarificant lignum arboris fiunt
calor parva digestione remanet
quia ibi humor apparet quod exeunt ex-
it ergo viriditas et hoc est in foliis.
Scilicet quia maior in eis digestio et ipsa
sunt. Media inter folia et lignum in po-
tentia ponitur. Sed viriditas non morietur
nec est nisi humor in illa est quod de genere
quae terrae fit inter illa ambo. Color vi-
ridis huius ligni quod cortices arborum
quando arescunt denigrantur et sunt al-
ba intrinsecus. Fitque in illis inter duos co-
lores color viridis in apparentia plan-
ta. Figurae autem plantae tres sunt
modi. Quaedam autem sursum procedunt.
Quaedam deorsum quaedam inter haec. Sed quae
tendit sursum quia materia eius apparet
in medulla plantae et attrahit calor
et comprimit ipsum aerem qui est inter rari-
tates ipsius primum datur quia sic pi-
ramidatur ignis in suis materiis et
elevatur. Quae autem deorsum ten-
dit meatus coagulatur. Cumque di-
gesta fuerit materia inspissabitur aqua
in qua est medulla plantae procedit quia
subtile sursum convertitur quia aqua ad
partes illas deorsum movetur quia illam
sua ponderositate. Quae vero fuerit
inter duas partes subtilia habet humor
quia naturae temperantiae vicinatur in
digestione eritque meatus medius
tendit quia materia sursum et deorsum.
Est autem prima digestio sive plan-

ta et sicca que est in medulla que exit acuta
que est in media planta et propterea apparet
materie dividuntur quia nec digeruntur
equali digestione. Tertia enim est diges-
tio in animali nec enim fit tertia digestio
nisi propter diversitatem nature membrorum
et remotionem nutrimenti. Ad invicem
sed plante inane sunt ad invicem et non
multiplicantur in multis locis et ut
plurimum materia plantarum in terris fun-
ditur. Figure vero plantarum erunt in quan-
titate seminum. Flores vero plante et fruc-
tus sunt in aquis et maturi et positus
est motus primus maturatio et digestio
in omnibus animalibus nec recedunt ab hac
omnia animalia. Sed in planta est prima di-
gestio et maturatio secundum nutrimentum.
Quelibet vero arbor ascendit
semper donec compleatur virescat et hoc
est quia cuiuslibet animalis longitudo pro-
pinqua est sue latitudini. In planta
vero remota est quia radix eius igneus et
aqua festinant in ascensu et prolong-
atur planta. Diversitas vero plan-
te in ramis de superflua raritate.
Cumque compositi fuerint humores cale-
fient natura et festinabit in digen-
do formabuntur quia rami apparebunt
et folia ut prediximus. Quarumdam autem ar-
borum folia cadunt et propter fluxibilita-
tem velocis raritatis cumque fuerit
digesta aqua omnis materia pyramidat.
Idcirco ut eorum meatus mittunt am-
plius et post hoc granulabuntur et pyra-
midabuntur et ideo apparuit materia
digestione completa et perfectione
obviabit extremitates in earum
superius nec folia habebunt materiam.
Siccantur ergo et cum anno eius quod dixi

non cadit planta. Cumque vincit planta
frigus colorabit eam tamen occultato
ne calore in medio plante. Ut ap-
paritione frigoris exeuntis in extre-
mitatibus eius et inde glauca sunt
folia nec cadunt ut olive et mir-
tus et similia. Sed cum habuerint arbo-
res vel plante virtutem attrahen-
tem vehementer exit fructificatio
unaquaque sua habuerit vincetur natura
digestione maxima et in qualibet di-
gestione fructum producet et ideo quedam
plante sepe in anno fructificant.

Planta vero que est sine natura
Palma vix fructificat propter divinam hu-
miditatis sue et amplitudinem mea-
tuum suorum et fluxibilitatem suarum ra-
dicum. Cumque in ea fuerit calor festi-
nabit eius digestio et subtiliabitur
propter aquam et non coagulabitur et istud
invenitur in omnibus herbis tritici
et in aliquibus aliis. Venalitas autem
erit in istis vehementer calidum et est
ibi primum fructus de humore et fiet
angusti meatus. Cumque noluerit na-
tura digerere non habebit humorem qui
sufficiat materie. Fiuntque meatus
angusti et retinetur. Ergo digestio con-
tinebit quia eam calor. Videbitur
quia inter albedinem et nigredinem mea-
lore. Quare autem hoc modo fuerit lignum
habebit nigrum et omne quod approximat
fuerit inter albedinem et ebanum utetu-
tur et hoc est ab ebano usque ad ul-
nam et ideo nigrum magis quia prece-
sit compacte et meatus angusti nec
aer intrat in illos quia vero de lignis
albis nigrum est propter angustiam mea-
tuum et superfluum humorem qui obtinuit

meatus ut non egrediatur eam aer
nigrescit. Ergo flos quidem de subtili
materia tamen est quam incipiet diges-
tio et non precedit fructum in plantis
ut plurimum ut ostendimus. Osten-
dimus autem causam quare plante produ-
cant folia prius quam fructus. Quare
vero in planta angustarum partium
fuerit in colore ut lazulinum et quando
non comprimuntur partes in albedinem de-
clinabunt. Cumque temperati fuerint
erunt glauci. Quare autem quedam flo-
res non habent ut plurimum fit propter diversita-
tem suarum partium et suam subtilitatem et as-
peritatem et grossitudinem non ergo habent
flores ut palma et lilia. Plan-
ta vero que grossos habet cortices exten-
ditur propter retentionem humoris et im-
pulsionem caloris et hoc est in pinu et
palma. Sed planta que lac emit-
tit habet lac in medio. Eritque calor
subtilis fortis est quia ibi unctuositas.
Cumque inceperit calor digerere vincetur
unctuositas in illis humorem et co-
agulabit ipsum coagulatione pura
et calefiet totus fiet quia aqua unctuo-
sa similiter lacti elevabitur quia vapor
ab humore qui attrahet lac illud
ad extremitates et retinebit humorem
calorem apparentem et non coagulabitur
lac istud. Quia nisi esset caloris ut co-
aguletur lac et quodlibet lac multe
est coagulationis cum fuerit in arbore
frigus apparentem coagulabitur lac postquam
exierit a loco unde exeunt. Gu-
mi vero calide procedunt distillando
cumque aerem tetigerint coagula-
buntur et quedam manant in loco
temperato et terre similes aqua quedam vero

manant et congelantur similes lapi-
dibus vel conchis sed quod guttatim manat
remanet in forma sua erit ut ar-
bor que dicitur alchilur. Quare vero alteratur ut
lapis erit in apparentia valde fri-
gidum et fiet calor ipsum appare-
re. Cumque manaverit lapidescunt fiet
quia terra calida superfluit. Arborum
autem quedam alterantur. In hieme si-
cut quorumcumque virides quoniam glaucae et
non corrumpuntur folia earum nec fructus
quia arbores frigide quibus hoc accidit
habebunt quia calorem grossum et imbe-
cillis in inferioribus aquam subtilem. Ergo
in processu anni retinebit aqua illum
colorem propter frigiditatem aeris et quia
accessit calor ad frigus impulit
calor humiditatem exeuntis cum ea qui
tinxit colore caloris et apparet. Ideo
calor humiditatem in apparentem arbo-
ris consequitur. Vincuntur frigus et sicci-
tas ad actum et humor retinet ca-
lorem et non apparet alius color. Fruc-
tus vero erit amarus quia calor et humor
non sunt completi in digestione. Fri-
gus enim et siccitas impediunt ut
compleantur. Vertuntur ergo ad
amaritudinem huius signum quod amarum
in igne maxime dulcescit. Arbo-
res autem que nascuntur in aqua acceto-
sa faciunt fructum dulcem quia acceto-
sitas attrahitur cum calore solis quod
fuerit sue amaritatis et hoc frigus et sic-
citas. Apparet ergo aqua intrinsece ar-
res calefit quia venit arboris quam per-
severavit sicut eam sol. Erit quoque sapor
fructus acidus in siccione et quanto
plus digestum fuerit dissolvetur
paulatim acetositas donec con-

sumatur apparebit quod dulcedo est
quod fructus dulcis foliaque sua extre
mitates acida. Cumque perfecta fue
rit maturitas est amarus et hoc
est propter superfluum calorem cum pauco hu
more et consumitur humor facit quod
fructus calorem ascendere et ideo
amarescunt quod nuclei et peragun
dales propter attractionem caloris superius
quod frigiditatis et humiditatis infer
nius quae se ergo sue acetose aquae amarae
humor in medio inspissatur quod me
dium et congelantur extremitates.
Arboresque fiunt in ceteris tempo
ris accelerant maturationem ante di
es iniuales. Quia calor quando fuit proprie
temperantiam fuitque humor apparens
Aerque clarus non egebit fructus mul
to calore in digestione festinat
ergo eius maturatio perveniet quod ante
dies iniuales. Omnibus quidem arbo
ribus cum primum plantate fuerint domina
bitur amaritudo vel ponticitas causa
humoris qui fuit in extremitatibus
illarum et digesserit loca quae sunt in
medio arborum de quibus est materia
fructuum perveniet siccitas et consequen
tur humorem fietque prima digesti
o acida vel amara vel pontica causa
quod cum calore et humore est digestio
continuatur humor et siccitas calorem
erit quod ex eo fructus. In principio
non bene digestus et ideo generatio fructu
um in principio est propter dulcedinem.
Mirabolanorum vero arbores sunt
in principio cum apparuerint
fructus dulces consequenter pontici
et in complexione amari. Causa arbor
eius est rara ramis et in hora diges

tionem cum fiunt in eis amplius se
quitur calor humorem et maturabit
fructum. Est ergo in principio dul
cis; continue attrahit calor sicci
tatem sibi similem et angustabit me
atus vincet quod frigiditas et siccitas
calorem et humorem. Alterabitur ergo
fructus. In ponticitatem vincet quod
sol cum calore putrefactionem siccitatis
siccitatis in semine illo qui est in ap
parenti arborum vincet quod frigus
siccitatem fortis ergo de fructus
erit in ponticitatis. Deinde non
ascendet calor naturaliter sursum
et adiuvabit eum calor solis extrin
secus vincit quod calor et siccitas et est
fructus amarus. **Incipit liber**
de anima.

Bonorum honora
bilium no
titiam opi
nantes
magis autem
alteram al
tera quae est secundum certitudinem aut ex
eo quod meliorum quidem et mirabili
orum propter utraque haec animae historiam
rationabiliter utique in primis pona
mus. Videtur autem et ad veritatem omnem cog
nitio ipsius maxime proficere, maxime
ad naturam. Est enim tamquam principium
animalium. Inquirimus autem considera
re et cognoscere naturamque ipsius et
substantiam, postea quaecumque accidunt cir
ca ipsam. Quorum aliae quidem propriae
passiones animae esse videntur, aliae autem
communes et eo quod illa et animalibus inesse.
Omnino autem et penitus difficillimorum est

accipere aliquam fidem de ipsa cum sit
communis quo et multis aliis. Dico autem
eam quae est circa substantiam et eam quae est quid est.
Fortassis utique alicui videbitur una
quaedam scientia esse de omnibus de quibus volu
mus cognoscere substantiam sicut et quae secundum
accidens propriorum demonstratio et quaeren
dum est si sit secundum scientiam istam. Si autem
non est una quaedam et communis scientia de eo
quod est quid est. Amplius difficilius fit
negociari. Oportet enim accipere cir
ca unumquodque quid sit modus. Si autem
manifestum sit utrum demonstratio quaedam sit
aut divisio an et aliqua alia scientia quam mul
tas dubitationes habet et errores ex quibus
oportet quaerere. Alia enim aliorum principi
a sunt sicut numerorum et planorum. Primum
autem fortassis necessarium dividere in quo ge
nere et quid sit. Dico autem utrum hoc
aliquid et substantia sit an qualitas aut
quoddam aliud divisorum praedicamentorum.
Adhuc autem utrum eorum quae sunt poten
cia an magis endelechia id est perfectio
vel actus quid sit. Differt enim non utrumque
parum. Considerandum autem est et si sit
partibilis an in partibus et utrum sit
similis speciei omnis anima an non. Si autem non
non est similis speciei utrum specie sit differens
an genere sit. Numquid enim quaerentes et
dicentes de anima de humana solum
videntur intendere. Verendum autem est
quoniam non lateat utrum una ratio sit
ipsius an sicut animalis est secundum unumquodque
eorum alia ut equi canis bovis hominis dei
quae. Animal autem universale aut nichil est aut poste
rius. Similiter autem et si aliquid commune aliud
praedicetur. Amplius autem si non multe
sunt anime sed partes utrum oportet primum quaerere
totam animam aut partes difficile autem

determinare et harum quae sunt apte natae
sunt alterae ad invicem esse et utrum partes
oportet quaerere prius an opera ipsarum ut
intelligere aut intellectum et sentire aut
sensitivum. Similiter autem et in aliis. Si autem
alius. Si autem opera prius iterum utique du
bitabit aliquis si sibi opposita prius
hiis sint quaerenda ut sensibile sensitivo
et intelligibile intellectivo. Videtur
autem non solum quod quid est cognoscere utile esse ad cog
noscendum causas accidentium in substantiis sicut
in mathematicis quid rectum et quid ob
liquum et quid linea et quid planum
ad cognoscendum quot rectis trian
guli anguli sunt equales sed et e contrario acci
dentia conferunt magnam partem ad
cognoscendum quod quid est. Cum enim habeamus
tradere secundum fantasiam id est imaginatio
nem de accidentibus aut omnibus aut plu
ribus et de substantia habebimus aliquid spe
cialiter dicere. Omnis enim demonstrationis prin
cipium est quod quid est. Quare secundum qualescumque
diffinitiones non contingit accidentia
cognoscere sed neque coniecturari de ipsis facile
manifestum est quod dialectice dicuntur et va
ne omnes.

Dubitationes autem habent et passio
nes animae utrum sint omnes communes
et habentis aut sint et animae aliqua propria ip
sius. Hoc autem accipere est quidem necessarium
non autem leve. Videtur autem plurimis nichil si
ne corpore pati neque facere ut irasci con
fidere desiderare omnino sentire. Ma
xime autem videtur proprium intelligere. Si autem est
et hoc fantasia quaedam aut non est sine fan
tasia non contingit utique neque
hoc sine corpore esse. Siquidem
igitur est aliquid animae operum aut passio
num proprium contingit utique ipsam se

patiatur. si vero nulla est propria ipsius, non erit separabilis, sed sicut recto in quantum rectum est multa accidunt ut tangere eneam speram secundum punctum, non tamen tanget hoc separatum rectum. Inseparabile enim, siquidem cum quodam corpore est. Videntur autem et omnes anime passiones esse cum corpore, desiderium, mansuetudo, timor, confidentia, adhuc gaudium et amare et odire; simul enim compatitur aliquid corpus. Indicat autem hoc aliquando advenit quidem et manifestis passionibus concidentibus nichil provocari aut timere; aliquando autem a parvis et infirmis moveri, si irascitur corpus et sic se habeat corpus sicut cum irascitur. Adhuc autem magis manifestum est hoc: nullo enim terrore imminente in passionibus fiunt timentes. Si autem sic se habent, manifestum est quod passiones rationes in materia sunt. Quare huiusmodi sunt termini ut irasci est motus huius corporis aut partis aut potentie ab hoc propter hoc. Et propter hoc iam phisici est considerare de anima aut omni aut huiusmodi.

Differenter autem diffiniet phisicus et dialeticus unumquodque horum, ut ira quid est. hic quidem enim appetitum contrarii doloris aut aliquid huiusmodi. ille autem accensum sanguinis circa cor aut caloris. horum quidem alius materiam reddit, alius vero speciem et rationem. hic quidem rationem, hic vero rem necesse hanc esse in materia huiusmodi. Sicut domus ratio quidem huiusmodi erit cooperimentum prohibens corruptiones a ventis et ymbribus et caumatibus. alius autem dicit lapides et lateres et ligna. Alius vero in hiis speciem propter hec quidem. Quis ergo phisicus horum utrum qui est circa materiam, rationem autem ignorant, aut qui est rationem solum? aut magis qui est ex utrisque? Illorum autem aliquis utique? aut non est aliquis circa passiones materie non separabiles sunt sed phisicus. est omnia est quecumque phisici corporis et huius materie opera passiones sunt. Quecumque autem non sunt huius alius est et de quibusdam quibusdam artifex est si contingat ut instructor aut medicus. non autem separabilium non in quantum huius corporis sunt passiones sunt, sed ex remotione mathematicus est; secundum autem quod sunt separabiles primus philosophus. Set redeundum est unde sermo dicebamus autem quod passiones anime non separabiles sunt a phisica materia animalium sine huiusmodi sunt desiderium et timor, et non sicut linea et planum. Intendentes de anima necesse est dubitare simul de quibus oportet dubitare oportet attendentes priorum opinionem comprehendere quicumque aliquid de ipsa contulit, ut bene quidem dicta accipiamus, si aliquid vero non bene hoc caveamus.

Principium autem questionis est apponere que maxime videntur inesse ipsi secundum naturam. Animatum igitur ab inanimato duobus maxime videtur differre motuque et sentire. Accepimus autem a genitoribus fere duo hec de anima. Dicunt enim quidam et maxime et primo animam esse id quod est movens. Estimantesque quod non movens ipsum non contingit movere aliud, unum eorum que moventur animam arbitrantur esse. Unde Democritus quidem ignem quendam aut calorem dicit esse ipsam. Infinitis enim existentibus figuris et athomis, que sunt spere rotunde

dicit ignem et animam, ut in aere que vocantur decisiones, que videntur per portes in radiis; quorum omne seminarium elementa dicit totius nature. Similiter autem et Leucippus. Horum spere rotundas animas propter id quod maxime possunt per omne penetrare huiusmodi figure et movere reliqua, cum moveantur et ipsa, arbitrantes animam esse adhibens animalibus motum et vivendi terminum esse respirationem. Conducente enim et continente corpora et repriment figuras prebentes animalibus motum ex eo quod neque ipse quiescere nullo modo extrinsecus auxilium fieri ingredientibus aliis huiusmodi in respirando; prohibere enim ipsas que insunt animalibus disgregari, cooperantes conducente et densante; vivere autem quousque possunt hoc facere.

Videtur autem et a Pitagoricis dictum eandem habere rationem intelligentiam. Dixerunt enim quidam ipsorum animam esse que sunt in aere decisiones; alii autem has moventes. De hiis autem dictum est propter id quod continue videntur moveri et si sit tranquillitas in maxima. In id autem feruntur et quicumque dicunt animam esse se ipsum moventem. videntur autem hii omnes accipere motum magis proprium esse anime et alia quidem omnia moveri propter animam, ipsam autem a se ipsa propter id quod nichil videre movens quod non et ipsum movetur. Similiter autem Anaxagoras animam dicit esse moventem et si aliquis alius dixit quod omne movit intellectus, non tamen penitus sicut Democritus. Ille quidem enim simpliciter idem animam et intellectum. Verum enim esse quod videtur ut bene fecerit Homerus quod Hector iacet aliquid sapiens. Non autem utitur intellectu tamquam potentia quadam circa veritatem, sed idem dicit animam et intellectum. Anaxagoras autem minus certificat de ipsis. multotiens quidem enim causam bene et recte esse intellectum dicit. alibi esse intellectum, cum anima idem. In omnibus enim ipsum inesse animalibus et parvis et magnis et honorabilibus et inhonorabilibus. non videtur autem secundum prudentiam dictus intellectus omnibus similiter inesse animalibus sed nec hominibus omnibus. Quicumque igitur in id quidem quod movetur consideraverunt animam, hii quod maxime motivum opinati sunt animam. Quicumque autem in cognoscendo et sentiendo que sunt ea, isti dicunt animam esse principia. Alii quidem plura facientes principia hec, alii vero unum hoc, sicut Empedocles ex elementis omnibus. Esse autem et unumquodque animam horum. Dicit quidem enim: cognoscimus terram terra, aqua aquam, ethere etheram, sed igne ignem manifestum, gaudium .i. concordiam, autem contrario dicitum .i. discordiam discordia corrupta. Eodem autem modo Plato in Thimeo animam ex elementis facit. Cognoscere enim simile simili, res autem ex principiis esse. Similiter autem et in hiis que sunt de philosophia dictis determinatum est a Platone. Ipsum quidem animal esse ex ipsa unius idea et prima longitudine latitudine et altitudine, alia autem dicit similiter modo. Adhuc autem et aliter. Intellectum quidem unum, scientiam autem duo. Singulariter enim in unum planum vero numerum opinionem. sensum vero firmi. huius quidem numeri species ipse et principia dicebantur, sunt autem ex elementis. Iudicantur autem res alie quidem intellectu, alie vero scientia, alie autem opinione, alie quoque sensu. Species autem et hii numeri sunt rerum.

Quoniam autem et motivum visa est animam esse et cognoscitivum, sic quidem complexi sunt ex utrisque constituentes animam esse

nium mouentem se ipsum. Differunt autem de principiis que sunt et quot sunt. maxime quidem corporea facientes et incorporea. ab hiis autem miscentes et ab utrisque principia referentes. Differunt autem et de multitudine hii quidem unum, alii autem plura dicunt. Consequenter autem hiis et animam esse tradunt. motiuum enim naturam primorum comprehenderunt non irrationabiliter. Unde visum est quibusdam ignem esse. et hic enim partibus subtilissimus et maxime elementorum incorporeum est et mouetur et mouet alia primo. Democritus autem et dulcius dixit referens propter quid unumquodque horum. hoc enim quod esse idem dicit et intellectum. hoc autem primorum esse et indiuisibilium corporum motiuum autem propter subtilitatem partes figuram autem figurarum dicit mobilissimam que rotunde spere esse dicit. hii autem intellectum esse dicunt quod igne. Anaxagoras autem videtur quidem dicere alterum animam quidem et intellectum sicut diximus prius. Utitur autem utrisque sicut una natura preterquam intellectum ponit principium omnium maxime. solum quidem dicit ipsum entium que sunt simplicem esse et immixtum et purum. assignat autem utraque eidem principio cognoscere et mouere dicens intellectum omne mouere. Videtur autem et Thales ex hiis que reminiscuntur motiuum quoddam animam opinari. Si quidem lapidem dicit animam habere quia ferrum mouet. Diogenes autem sicut et alii quidem aerem hunc opinans omnium subtilissimum esse et principium et propter hoc cognoscere et mouere animam secundum quod primum est. et ex hoc reliqua cognoscere secundum vero quod subtilissimum motiuum est. Et Eraclitus a

principium esse dicit. siquidem animam et vaporem ex quo alia constituit et incorporalissimum autem et fluens semper. quod autem mouetur motu mobili agnosci. In motu autem esse que sunt et ille arbitratus est et multi. Similiter autem hiis et Alcmeon videtur opinari de anima. dicit enim ipsam immortalem esse propter hoc quod comparatur immortalibus. hoc autem inesse ipsi sicut quod semper mouetur. moueri enim diuina omnia continue semper lunam solem astra et celum totum. Grossiorum autem et grossiorem aquam quidem contulerunt sicut Ypponus. Suadere autem videtur ex genitura quia omnium humida est et namque arguit sanguinem dicentes animam quoniam genitura non est sanguis. hanc autem esse primam animam. Alii autem sanguinem quemadmodum Critias ipsum sentire anime maxime proprium opinantes. hoc autem inesse propter naturam sanguinis. omnia enim elementa iudicem acceperunt preter terram. hanc autem nullus retulit nisi si aliquis dixit ex omnibus elementis esse aut omnia. Diffiniunt autem omnes animam tribus ut est dicere motu sensu incorporeo. horum unumquodque reducitur ad principia. Unde et in agnoscendo diffinientes ipsum aut elementum aut ex elementis faciunt. Dicentes similiter aliis preter unum dicunt simile cognosci simili. Quoniam autem omnia elementa anima cognoscit. constituit autem ipsam ex omnibus principiis. Quicumque igitur unam aliquam dicunt causam et elementum unum et animam unum ponunt ut ignem aut aerem. plura vero dicentes principia et animam plura dicunt. Anaxagoras solus impassibilem dicit intellectum que nulli aliorum habere

autem cum sit quod in cognoscat et propter quam causam nec ille dixit nec ex hiis que dicta sunt conspicuum est. quicumque autem contrarietates faciunt in principiis et animam ex contrariis constituunt. Quicumque autem alterum contrariorum calorem et frigus aut aliud. et animam similiter unum aliquid horum ponunt. Unde et nomina consequuntur. Alii calorem dicentes quia propter hoc et viuere putantur. Alii vero frigus propter respirationem et [illegible] vocari animam. Hec quidem de anima tradita sunt et propter quas causas dicant sic hec sunt.

Considerandum primum autem quid de motu est. fortassis enim non solum falsum est substantiam ipsius huiusmodi esse quemadmodum affirmant dicentes animam esse quod se mouens seipsam aut possibile se mouere. sed unum quoddam impossibilium est inesse ipsi motum. Quoniam quidem igitur non necesse sit mouens et ipsum moueri dictum est. Dupliciter enim mouetur omne aut enim secundum alterum aut secundum seipsum. secundum alterum autem dicimus quecumque mouentur ex esse in eo quod mouetur ut naute. non enim similiter mouentur ut nauis. hec quidem enim secundum seipsam mouetur illi autem ex esse in eo quod mouetur. manifestum autem in partibus est. proprius quidem est motus pedum ambulatio hoc autem et hominum est. non inest autem nautis tunc hec. Dupliciter dicto quod mouetur nunc intendamus de anima si per seipsam mouetur et participat motu. Cum autem motus quattuor sint loci mutationis alterationis augmenti et decrementi autem secundum unum horum mouebitur aut plures aut omnes. Si vero non mouetur secundum accidens natura inest motus ipsi. Si autem hoc et

locus. omnes enim dicti motus in loco sunt. Si autem substantia anime mouens seipsam non secundum accidens ipsi moueri inest ut albo aut tricubito. mouentur enim et hec. sed secundum accidens cui enim insunt id mouetur quod est corpus. Unde est locus ipsorum. anime autem erit secundum quod motu natura participat. Amplius autem si natura mouetur et violentia mouebitur et si violentia et natura. eodem autem modo se habet et de quiete. In quod enim mouetur natura et quiescit in hoc natura. in quod autem violentia quiescit in hoc violentia. Quales autem violenti motus anime erunt et quietes. nec fingere volentibus facile est reddere. Amplius autem siquidem sursum mouebitur ignis erit. si vero deorsum terra. horum enim corporum motus sunt. Hic eadem ratio et de mediis. Cum autem videatur mouere corpus rationabile est mouere motibus quibus ipsa mouetur. Si autem hoc est et conuertentibus dicere verum est quod secundum quod corpus mouetur hoc et hec. corpus autem mouetur secundum locum mutationem quare et anima mutabitur secundum corpus aut tota aut secundum partes [illegible] mutata. Si autem hoc contingit et exeuntem ingredi iterum contingeret. ad hoc autem sequeretur mortua animalium corpora [illegible] motus autem secundum accidens et si ab alio moueatur depellitur enim violentia animal. Non oportet autem cui ratio ipso inest moueri in substantia hoc ab alio moueri nisi secundum accidens sicut nec quod est per se bonum aut propter seipsum appetibile hoc quidem dicimus propter aliud esse bonum secundum illud alterum et alterius. animam maxime dicet aliquis a sensibilibus moueri si quidem mouetur. At vero si mouet ipsa seipsam et ipsa mouetur utique. Quare si omnis

motus ex distantia est secundum se ab eo
quomodo convenit et anima distabit a sub-
stantia secundum ipsam nisi secundum accidens se ip-
sam moveat. Sed et motus sive ipsius
Quidam autem et movere ple.
animam dicunt quod corpus in quo est
sicut ipsa movetur, ut Democritus
similiter dicens Philippo comediastri, di-
dascalo. Refertur enim Dedalum fecis-
se mobilem ligneam v. inmittuam ef-
fundentem argentum fusile. Simi-
liter autem et Democritus movens enim in quid-
em indivisibiles speras propter id quod aptena-
te sunt nequaquam manere contrahere
simul et movere corpus omne. Nos autem interro-
gabimus sic et quiescere facit idem.
Quomodo autem difficile est et impossibile dicere.
Omnino autem non sic movere anima corpus, sed
per voluntatem quandam et intelligentiam. Et
eodem modo autem Thimeus phisio
animam movere corpus. In eo enim quod con-
tingit moveri ipsam et corpus movet
propter id quod complexa ad ipsum est. Constitutam
enim ex elementis et depictam secundum ar-
monicos numeros quatenus sensumque cum
naturalem armonie habeat et ut omne
ferat secundum consonantes motus et
aspectum rectum in circulum reflexum
et dividens ex uno in duos circulos
dupliciter coadunatos iterum unum in septem
divisit in septem circulos tamquam essent
celi motus anime motus. Pri-
mum quidem igitur non bene dicitur magnitu-
dinem esse. Hanc enim omnis videlicet
esse vult qualem aliquando vocatur intel-
lectus. Non enim est ut anima sensibilis
neque est ut desiderativa. Horum enim mo-
tus non circulatio est. Intellectus autem
unus continuus est sicut et intelligen-

tia. Intelligentia autem intellectualia;
hoc autem consequenter unum, ut numerus sic unus
est, sed non sicut magnitudo unumquod-
dam est; neque intellectus sic continuus
aut impartibilis aut non sicut magnitu-
do aliqua continuus est. Qualiter enim
intelliget magnitudo cum sit in quali-
bet partium ipsius. Partium autem aut se-
cundum magnitudinem aut secundum punctum
si oportet et hanc partem dicere. Si quidem igitur secundum
punctum, hec autem infinita sunt. Mani-
festum est ergo quod nequaquam transibit.
Si vero secundum magnitudinem multotiens
aut infinities intelliget idem. Videtur autem
et semel contingere. Si autem sufficiens
est quibuslibet partium tangere, quid oportet
circulum moveri, aut omnino magni-
tudinem habere. Si autem necessarium est intelligere
totum circulum tangentem, quis erit
partium tactus. Amplius autem quomodo in-
telliget partibile in partibili aut
in partibile partibili. Necesse autem
intellectum esse circulum hunc. Intel-
lectus enim quidam motus intelligen-
tia est, circuli autem circulatio est. Si igitur
intellectus circulatio est et intelligentia, un-
de circulus erit cuius huiusmodi circulatio est
intelligentia. Autem semper aliquid intelli-
get. Oportet enim si quidem perpetua circulatio.
Practicarum quidem intelligentiarum sunt
termini. Omnes enim alicuius gratia sunt. Spe-
culative autem a rationibus similiter terminan-
tur. Similiter autem omnis dictio est aut diffini-
tio aut demonstratio. Demonstrationes vero et a principio
sunt et habent quodammodo finem sil-
logismum aut conclusionem. Si autem non conclu-
dantur, sed nec reflectuntur iterum in prin-
cipium, assumentes autem semper medium et
ultimum bene procedunt, sed circulo iterum

in principio reflectitur. Diffinitiones autem
omnes finite sunt. Amplius si ipsa circulatio
est iterum oportet multotiens intelligere idem.
Adhuc autem intelligentia assimila-
tur quieti cuidam et stationi
magis quam motui. Eodem autem modo et sillogismus. At vero
neque beatum neque leve, sed violentum
est. Si autem est motus ipsius non est substantia, et
contra naturam movebitur. Laboriosum est
autem et mixtum cum corpore nec possibile
absolvi, et adhuc fugiendum si
quidem melius est intellectui non cum cor-
pore esse quemadmodum et consuetum est
dici et multis videtur. Inmani-
festa autem et circulariter et circulo fer-
ri celum causa est; neque enim est anime substantia cir-
culariter ferri, sed secundum accidens sic movetur,
neque corporis causa est, sed anima magis illi.
At vero neque quia melius dicitur et convenit
propter hoc deum facere animam ferri circula-
riter quod dignius sit ipsi moveri quam
manere, moveri autem sic quam aliter.
Considerationem hic intentio alicuius rationibus ma-
gis propria hanc quidem dimittamus
nunc. Illud autem inconveniens accidit
et huic rationi et pluribus que de anima declarant.
Copulant enim in corpore ponentes animam
nichil determinantes propter quam causam et quo
habente se corpore. Et tamen videtur hoc necessarium esse;
propter enim communitatem hoc quidem agit
aliquid, illud autem patitur, et hoc qui-
dem movetur, illud autem movet. Horum autem
nichil inest ad invicem contingentibus.
Quidam autem solum argumentantur dicere
quale quid anima sit, de susceptibili autem
corpore nichil adhuc determinant,
tamquam contingens sit secundum pitago-
ricas fabulas quamlibet animam quod-
libet corpus ingredi. Videtur autem unum-

quodque propriam habere speciem et formam. Si-
militer igitur aliquid dicunt sicut si quis dicat tectoni-
cam in tibias induere. Oportet enim artem quidem
uti organis, animam autem corpore. Alia autem
quedam opinio traditur de anima credi-
bilis quidem multis et in una minor
quam dicte sunt. Rationes autem tamquam direc-
tas prebens et in communi factis rationibus. Armo-
niam enim quandam ipsam esse dicunt, et
namque armoniam temperamentum et com-
positionem contrariorum esse et corpus com-
poni ex contrariis. Et tamen armonia quedam
ratio est compositorum vel complexio. Quidam
autem et compositio. Anima autem neutrum potest esse horum.
Amplius movere non est armonie; animam
autem putant. Hoc autem maxime ut dicam con-
venit autem de sanitate magis dicere ar-
moniam et omnino de corporeis virtuti-
bus quam de anima. Manifestius autem si quis
reddere temptaverit passiones et opera anime
armonie cuidam; difficile enim est conve-
nire. Amplius autem si dicimus ar-
moniam in duo considerantes maxime
quidem in propria magnitudinum in quibus
habent motum et positionem compositionem ipsius que
maxima autem sic consonant quod nullum proprium
est accipere. Hinc autem et secundum eorum que
miscentur rationem. Neutro quidem igitur mo-
do rationabile est. Compositio autem corporis par-
tium multum investigabilis est. Multe enim
quidem compositiones multorum et multipli-
citer sunt; cuius igitur aut quomodo accipere con-
gruit intellectum compositionem esse, aut
et sensitivum aut et appetitivum. Simi-
liter autem et inconveniens est rationem contemperamen-
ti esse animam. Non enim eandem habet rationem
commixtio elementorum et secundum quam est os.
Accidet igitur multas animas habere et secundum
omne corpus si quidem omnia ex elementis commixta

tis sunt commixtionis aut ipsa armonia et anima est. Investigabit autem utique et hoc ab Empedocle. Unumquodque enim horum ratione quadam dicit esse. Utrum igitur ipsa anima est aut quae magis alterum aliquid fit in membris. Amplius autem utrum concordia cuiuslibet commixtionis anima sit aut quae secundum rationem, et haec utrum ipsa est aut alterum aliquid praeter rationem. Haec quidem igitur sunt huiusmodi opiniones. Si vero alterum est anima quam mixtura, quid igitur aliquando simul cum carnis esse removetur et cum aliis partibus animalis? Adhuc autem si quidem non unaquaeque partium habet animam et si non est ipsa anima compositionis, quid est quod corrumpitur anima deficiente? Quod quidem igitur neque armoniam possibile est esse animam neque circulariter moveri manifestum est ex dictis. Secundum accidens autem moveri sicut diximus et movere se ipsam, ut moveri quidem in quo est, hoc autem est moveri ab anima. Aliter autem non est possibile moveri secundum locum ipsam.

Rationabilius autem dubitabit aliquis de ipsa tamquam mota, in hiis considerans. Dicimus enim animam tristari, gaudere, confidere, timere, amplius autem irasci et sentire. Haec autem omnia motus videntur esse. Unde opinabitur aliquis ipsam moveri. Hoc autem non est necessarium. Si enim et quam maxime dolere aut gaudere aut intelligere motus sunt, et unumquodque horum moveri magis est, moveri autem ab anima est, ut irasci aut timere in eo quod cor quodammodo movetur. Intelligere autem hoc est aut forsitan alterum aliquid. Horum autem accidunt alia quidem secundum locum quorundam quae moventur, alia vero secundum alterationem. Qualia autem et quomodo sunt aliter ratio est. Dicere autem irasci animam simile est et si aliquis dicat animam texere et aedificare. Melius enim est fortassis non dicere animam misereri aut addiscere aut intelligere, sed hominem in anima. Hoc autem non tamquam in illa motu existente, sed aliquando quidem usque ad illam, aliquando quidem ab illa, ut sensus ab hiis, reminiscentia autem ab illa ad motus qui sunt in sensibilibus organis et quietes. Sed intellectus videtur substantia quaedam esse et non corrumpi. Maxime enim corrumperetur ab ea quae est in senio debilitate. Nunc autem sicut in sensibilibus accidit. Si enim accipiat senior oculum huiusmodi, videbit utique sicut et iuvenis. Quare senium non est in sustinendo aliquid animam, sed id in quo est, sicut in infirmitatibus et ebrietatibus. Intelligere igitur et considerare consumuntur alio quodam intus corrupto. Ipsum autem impassibile est. Intelligere autem et odire aut amare non sunt illius passiones, sed huius habentis illud secundum quod illud habet. Quare et hoc corrupto neque reminiscitur neque amat. Non enim illius erant, sed communis quod quidem periit. Intellectus autem fortassis divinum aliquid et impassibile est. Quod quidem igitur non possibile est moveri animam manifestum est ex hiis. Si autem penitus non movetur, manifestum quod neque a se ipsa.

Multum autem exhibit quae dicta sunt irrationabilius est numerum dicere animam esse se ipsum moventem. Insunt enim ipsis impossibilia, primum quidem quae ex eo quod moveri accidentia, propria autem ex eo quod dicunt ipsum esse numerum. Quomodo enim cogitare oportet intelligere unitatem motam et ab aliquo et quomodo impartibilem et indifferentem existentem? Si namque est motiva et mobilis, differre oportet.

Amplius autem quoniam dicunt motam lineam planum facere, punctum autem lineam, et unitatum motus lineae erunt.

Punctum enim et unitas est positionem habens. Numerus autem animae iam ubique est et positionem habet. Amplius autem a numero quidem si auferat aliquis numerum aut unitatem, relinquitur alius numerus. Plantae autem et animalium multa divisa vivunt, et tamen videntur eandem habere animam specie. Videtur autem igitur nihil differre unitates dicere aut corpora parva. Et namque ex Democriti speris si fiant puncta, solum autem maneat quantitas, erit aliquid in ipso hoc quidem movens, illud autem quod movetur, sicut in continuo. Non enim propter hoc quod est magnitudine differre aut parvitate accidit quod dictum est, sed quia quantum. Unde necesse est aliquid esse motivum unitatum. Si autem in animali movens est anima et quae est in numero, quare non movens et mobile, sed movens solum. Contingit autem quomodo in hanc unitatem esse? Oportet enim ipsi inesse quandam differentiam ad alias. Puncti autem solitarii quae utique erit differentia nisi positio? Si quidem igitur sunt aliae in corpore unitates et puncta, in eodem erunt unitates; optinebunt enim locum puncti. Et tamen quid prohibet in eodem esse si duae sunt et infinitas? Quarum enim locus indivisibilis est et ipsa. Si autem in corpore puncta numerus animae sunt, siquidem excipit punctis quae sunt in corpore numerus animae est. Si quidem excipit partes quae sunt in corpore numerus anima, quare non omnia habent animam corpora? Omnia puncta enim in omnibus videntur esse infinita.

Amplius autem quomodo possibile est separari animas et absolvi corporibus, si quidem non dividantur lineae in puncta? Accidit autem sicut diximus hinc quidem dicere corpus subtile esse ipsum ponentibus, hinc autem sicut Democritus moveri dicit ab anima ipsum in parvis motivis. Si quidem enim est anima in omni quod sentitur corpore, necesse est in eodem duo esse corpora, si corpus aliquod anima. Numerum autem dicentibus animam esse in uno puncto multa, aut omne corpus animam habere, si non quaedam innascitur differens fiat et alius quidam quam sunt in corpore punctorum. Accidit quoque corpus moveri a numero, sicut et Democritum diximus ipsum dicere movere. Quid enim est differre speras dicere parvas aut unitates magnas aut omnino unitates ferri; utrobique enim necesse est movere animal in eo quod moventur ipsae. Complectentibus igitur in idem et numerum et motum haec quidem accidunt et multa alia huiusmodi. Non enim solum diffinitionem animae impossibile est esse huiusmodi, sed et accidens. Manifestum autem et si quis argumentatur ex hac ratione necesse est has passiones et opera animae reddere, ut cogitationes, sensus, delectationes, tristitias et quaecumque alia huiusmodi. Sicut enim diximus prius, neque divinare facile est ex ipsis.

Tribus autem traditis secundum quos diffiniunt animam, alii quidem maxime motivum contulerunt in movendo se ipsam, alii autem corpus subtilissimum aut incorporalissimum aliorum. Haec autem quas dubitationes et contrarietates habent pertransivimus fere. Relinquitur autem considerari quomodo dicitur ex elementis ipsam esse. Dicunt enim quidam ut sentiant ea quae sunt et unumquodque cognoscant.

Necesse autem est accidere multa et impossibilia rationem. Ponunt enim cognoscere simile simili, tamquam animam ea ponentes. Non sunt autem haec sola, multa vero et alia. Magis autem fortassis infinita numero quae sunt ex hiis. Ex quibus igitur quid est unumquodque horum, sit cognoscere animam et sentire, sed com-

potentia quidem. cognoscet autem et sentiet:
et quid sit autem lapis aut caro est. aut os?
Similiter autem et aliorum compositorum.
Non enim quolibet modo se habentia
elementa horum unumquodque sunt, sed ratione
quadam et compositione, quemadmodum dicit et Empe-
docles os. Terra vero in capacitatibus in amplis
diffusionibus: duas ex octo partibus
contingit: quatuor vero vulcano
ossa autem alba facta sunt. Nichil enim
proficuum est esse elementa in anima nisi et ratio-
nes inerunt et compositio. cognoscet enim per
unumquodque simile. os autem aut hominem non
nisi et hec inerunt. Hoc autem quod impossibile sit nichil
oportet dicere. Nullus enim dubitabit si inest
anime aut lapis aut homo. Similiter autem et bo-
num et non bonum eodem modo et de aliis.
Amplius autem cum multipliciter dicatur id quod
est. Significat enim aliud quidem hoc aliquid, ali-
ud autem quantitatem aut qualitatem aut aliquod
aliud divisorum predicamentorum. utrum
ex omnibus erit anima, aut non? sed non videtur
communia omnium esse elementa. Utrum igitur
sunt substantiarum ex hiis solum? Quomodo igitur
cognoscet et quodque aliorum? Aut impossibile
est aut dicunt uniuscuiusque generis esse ele-
menta et principia propria, ex quibus animam
constare. erit ergo quantitas et qualitas et
substantia. Sed impossibile est ex elementis esse
substantiam et non quantitatem. dicentibus autem ex
omnibus hec et talia accidunt. Incon-
veniens autem est dicere quod est impassibile [illegible]
[illegible] namque ignem aut aerem
magis irrationabilium est et non dicere animalia
anima insit inconveniens est opinari. autem
videntur animam esse in hiis quoniam totum
partibus similis speciei. necesse est dicere
et animam similis speciei esse in partibus, sed
in opinando aliquid continentis in animalibus
inanimata fiunt. Si autem aer quidem discep-
tus similis speciei, anima autem esse similis. Aliud
sentire autem pars aliquid aut motum
ponitur similis aut intelligere: et cog-
noscere. Considerat autem dubitatores
et difficultates hiis dicit sicut Em-
pedocles quod corporeis elementis anima con-
ponitur et ad hec restatur que-
dam est quemadmodum enim in hiis et animalium
corporibus impleatur fere ut ossa
nervi pili nichil sentire videntur, quamvis hi
multa et sensu conveniret. Amplius autem
unicuique principiorum ignorantia
plurimorum intelligentia est cognoscet quidem
eorum unumquodque: multa autem ignorabit:
omnia enim alia. Accidit autem Empedo-
cli et insipientissimum esse deum. Solus
enim elementorum non cognoscet discordiam:
mortalia autem omnia ex omnibus enim unum-
quodque est. Omnino autem propter quam causam non omnia
habent animam quecumque sunt aut elementa
aut ex elementis uno aut pluribus aut ex
omnibus? necesse enim est unum aliquid cog-
noscere quedam aut omnia. Dubita-
bit autem aliquis et quid est unum faciens
ipsa. Materie enim comparantur elementa ma-
gis. Principalius est illud continens quecumque a-
nima aut esse aliquid est melius et an-
tiquius impossibile est. Inconveniens
autem intellectu. Adhuc rationabilius
enim esse hunc antiquissimum et nobilissimum et
principalium secundum naturam, elementa autem dicunt esse
prima eorum que sunt.

Omnes autem ex eo quod cognoscit et
sentit anima eorum que sunt ex elementis omnis
autem ex eo dicentes ipsam magis mo-
tivum non de omni dicunt anima. Neque enim
sentientia omnia motiva. Videntur enim
quedam esse manentia animalia secundum locum.

Tamen videtur hoc solo motu movere animam ani-
mal: autem quecumque intelligunt et sentiunt
niunt ex elementis faciunt. Videntur autem plan-
te vivere non participantes loci mutatio-
ne neque sensu. Et animalium multa intel-
ligentiam non habere. Si autem aliquis et hoc
consequatur ponatque intellectum partem
aliquam anime. Similiter autem et sensitivum
nec utique sic dicerent de omni anima neque de to-
ta neque de una. Hoc autem sustinuit
quidem et in orphaneis vocatis carminibus
dicit enim animam ex toto ingredi que
fertur a respirantibus ventis, neque pos-
sibile autem plantis hoc accidere neque animalium qui-
busdam, si quidem non omnia respirant. Hoc autem
latuit sic opinantes. Sive oportet animam
ex elementis facere, nichil oportet ex omnibus.
Sufficiens enim est altera coniugatione
se ipsum diiudicare et oppositum. Rec-
to enim et ipsum et obliquum cognoscimus.
Iudex enim utrorumque est regula. Obliquum
enim neque sui ipsius neque recti. Et in
toto autem quidam ipsam mixtam dicunt. Un-
de et Thales opinatus est omnia esse
plena deorum. Hoc autem habet quasdam dubitatio-
nes. Propter quam enim causam in aere aut in
igne existens anima non facit animal? Inmix-
tis autem et hec videtur melior esse in hiis. Dubitabit
enim aliquis propter quam causam in aere ani-
ma existens est in animalibus melior et immor-
talibus. Accidit autem utrumque irratio-
nabile et inconveniens. Namque dicere animal ignem aut
aerem magis irrationabilium est,
et non dicere animalia cum anima insit inconveniens.
Opinari autem videntur animam esse in hiis,
quoniam totum partibus similis speciei. Quare necesse
est ipsis dicere animam similis speciei partibus esse,
si in opinando aliquid continentis in
animalibus inanimata fiunt. Si autem aer quidem
discerptus speciei similis, anima autem
dissimilis partium, hoc quidem aliquid ipsius
est aliud autem non est. Necesse est igitur ipsam aut simili-
partialem esse aut non esse in quolibet parte omnis.
Manifestum igitur ex dictis est quod neque cognoscere
inest anime propter quod ex elementis non ipsam
bene neque vere dicitur.

Quoniam autem cognoscere anime est et sentire et
opinari. Adhuc autem concupiscere
et velle et omnino appetitus. Fit autem
et secundum locum motus in animalibus ab anima:
adhuc autem augmentum et iuventus et de-
crementum. Utrum toti anime horum unumquodque
inest et omni intelligimus et sen-
timus et aliorum unumquodque facimus
et patimur, aut partibus alteris altera et
vivere igitur utrum in aliquo horum sit uno
aut in pluribus aut in omnibus aut et ali-
a aliqua causa. Dicunt enim quidam par-
tibilem ipsam esse, et alio quidem intel-
ligere alio autem concupiscere. Quid igitur in-
quam continet animam si partibilis est apta
nata? Non enim est corpus. Videtur autem e con-
trario magis anima continere corpus. Re-
deunte enim exspirat et marcescit.
Si igitur alterum aliquid unam ipsam facit
illud maxime utique erit anima. Oportebit
autem et illud querere utrum unum autem multipartibi-
le. Si aliquid unum est, propter quid non mox et
animam unum esse? Si vero divisibile, iterum
ratio queret quid est continens, et sic pro-
cedit in infinitum. Dubitabit autem aliquis
et de partibus ipsius, quam potentiam habet
unaquaque in corpore. Si namque tota anima
omne corpus continet, convenit et partium
unamquamque continere aliquid
corporis. Hoc autem videtur impossibile. Qualem enim
partem aut quomodo intellectus continebit, grave
est et fingere. Videntur autem et plante

divise vivere et animalium quedam incisorum tamquam eandem habentia animam specie et non numero. Utraque enim partium sensum habet et movetur secundum locum in quoddam tempus. Si autem non perficiunt, nullum inconveniens est; instrumenta enim non habent quibus salvent naturam. Sed nichilominus in utraque partium omnia insunt partes anime, et similes specie sunt ad invicem et tote ad invicem, quasi quidem non separate sint, sed tota anima tamquam divisibili existente. Videtur autem et quod in plantis principium quoddam esse; hoc enim solo participant et alia et plante, et ipsa quidem separatur a sensibili principio; sensum autem nullum sine hoc habet. Incipit liber II.

dictum ē. Incipit lib' de morte
De eo aūt ꝛ uita.
ꝙ ē alia quidē
longe uite. ali
a uō breuis uite
ꝛ de uite longitu
dine tota ꝛ bre

Deu morir et deui

-uitate uite considerandum. Principium autem intendentibus nobis. Primum exponere de ipsis. Non autem manifestum est utrum una eadem causa sit omnibus animalibus et plantis huius quidem esse longioris uite, illa uero breuioris uite et plantarum quibusdam. Alie enim breuem, alie uero multo tempore habent uitam. Amplius autem utrum eadem sunt que sunt longe uite animalia et que sunt secundum naturam sana. Eorum sana que secundum naturam subsistunt diuisa et que quidem sunt breuis uite autem egrotatiua. Aut que secundum quasdam egritudines immutant egrotatiuam naturam et corpora breuis uite. Secundum autem quasdam nichil prohibet egrotatiues esse longe uite.

De sompno autem et uigilia dictum est prius. Sed et de egritudine et sanitate inquisitum confert phisice. Nunc autem circa causas hoc quidem longe uite, illa uero breuis uite et sicut dictum est prius speculandum similiter et hanc habentia differentias tota quidem ad tota genera et que sunt in una specie alia ad aliam. Dico autem secundum genus quidem differre ut hominem ad equum. Longioris autem uite est hominum genus quam equorum. Secundum autem speciem hominum ad hominem. Sunt autem et inter homines quidem longioris uite, alii uero breuioris uite et secundum alios modos conuenientes. Alii enim in calidum genera longioris uite sunt, alii uero in frigidis breuioris uite sunt. Et eundem autem locum habitantium differunt. Similiter autem hac quadam inuicem est differentia. Oportet autem accipere quid sit corruptibile in hiis que natura subsistunt et quid incorruptibile. Ignis autem et aqua et hiis proxima non habentes eandem potentiam contingit generationis et corruptionis causas esse alio illi. Unde et aliorum unumquodque sit ex hiis que sunt constantia participare horum naturam rationabile est quecumque non compositione ex aliis sunt ut domus et dealuis g. Alia est de hiis sunt enim proprie corruptibiles multis que sunt ut scientia sanitas egritudo. Hec enim corrumpuntur et non corruptis susceptiuis aliis saluantibus, ut ignorantie quidem corruptio reminiscibilitas et doctibilitas, scientie autem et obliuio et deceptio. Secundum autem accidens consequuntur ad physica aliorum corruptiones. Corruptis autem animalibus corrumpuntur doctrina et sanitas que in animalibus est. Unde et de anima rationabiliter dicet aliquis et excipiet. Si autem non natura sed sicut in anima sic anima in corpore est, sicut utique ipsius est altera corruptio preter corruptionem qua corrumpitur corrupto corpore. Quoniam quidem non uidetur huius aliud esse se habere ad corporis coniunctionem. Forte autem aliquis dubitabit rationabiliter. Non ergo est cui est esse incorruptibile est et corruptibile non utique nisi aliquid contrarium est ei. Corrumpunt enim alia quidem que sunt subsunt contrariis secundum accidens ex eo quod est et contraria corrumpi. Auferuntur enim contraria ab alterutris. Secundum autem accidens nichil que sunt in subiectis contrariorum corrumpitur propter id quod de nullo subiecto est predicatur substantiam. Quare sunt est contrarium utrumque et ubicumque non est impossibile utique est corrumpi. Aliquid enim est corrumpens. Sicut a contrario contingit corrumpi solum uel passibilis. Hoc autem non est aut omnino aut hoc quidem sic unum est, si cum non impossibile enim est habentem materiam non esse contrarium. Contingit enim potentia inesse contrarium passibilis materie. Undique enim inesse calidum et rectum contingit sunt passiones non sunt separabiles. Si ergo quecumque sit actiuum et passiuum, hoc quidem faciat illud uero patitur, impossibile non mutari. Amplius et sine esse est superfluum facere. Superfluum autem est contrarium ex contrario enim mutatio est. Superfluum autem ab acceptione prioris. Si autem omne consumitur quod actiuum contrarium est et si hoc corruptibile utique sine autem non. Sed si continetur corrumpitur. Si ergo ex dictis sufficiens est. Si autem subitum non oportet quoniam est actuali quid contrarium et superfluum fit. Unde minor flamma comburitur a multa secundum accidens quoniam alimentum quod est in illa multo tempore consumit simul, hec autem multa flamma uelociter. Unde omnia semper sunt in motu et fiunt et corrumpuntur. Continens autem simul agit aut contrario quidem agit et propter hoc transposita pellis quidem temporis fiunt et minoris temporis natura facultas. Autem neque quam est quibuscumque contraria in sunt in infinitum. Mox enim materia contrarium habet. Quare siquidem quod est alicubi mutabitur. Si uero est quantitas secundum augmentum et detrimentum. Si autem passibile aliquo alterans est.

Est autem neque incorruptibile maxime esse et equus enim breuioris uite est homine neque parua esse animalium enim in filiorum multa sunt. Neque plante omnino animalibus infra annum enim quedam plante erunt et animalia et pedibus gressibilia neque que sunt in mari et ibi enim breuioris uite sunt et ostrea et debilia. Omnino autem longioris uite sunt in plantis neque sanguinem habentia. Apes uero longioris uite sunt quibusdam sanguinem habentibus. Neque autem que sine sanguine sunt debilia quidem enim infra annum sunt sine sanguine autem neque que sunt uiua et cum sanguinem habentibus animalibus magis quam in non habentibus et pede gressibilibus enim longioris sunt uite animalium homo et elephas et maiora sicut frequenter est dicere minoribus longioris uite sunt et aliis enim accidit longe uiuentibus magnitudo sicut et in predictis est. Causam autem de hiis omnibus ab hinc utique considerabit aliquis. Oportet autem accipere quod animal calidum et humidum est natura et uiuere huius est. Iuuentus senium autem siccum et frigidum et mortuus siccum est. Uidetur materia enim corporum animalium hec sunt calidum et humidum frigidum siccum. Necesse est ergo senescentes siccari. Unde oportet non leuiter humidum esse siccabile et propter hoc imputrescibilia oportet esse pinguia. Causa autem est quoniam est aerea. Aer autem ad ignem est ad alia. Ignis autem non fit. Neque tamen oportet paruum esse humidum. Bene siccabile enim est et paruum. Unde et magna alia plante et animalia sicut et dictum est dicere longioris uite quam parua quemadmodum dictum est prius. Rationabilis enim est maiora plus habere humidum. Nec tamen propter hoc longioris uite sunt. Due enim cause sunt quantum et quale. Sed et tota, unde non est multitudine humidi sed et calidi ut neque re-

uum et siccabile sit. Et propter hoc homo longioris vite est et magis animalium quorundam longioris vite sunt que relinquuntur multe humiditatis, si plurima non excessant secundum qualitatem sed quam si relinquuntur secundum quantitatem. Est autem quibusdam calidum pingue quod simul facit et quod est non cito siccari et non cito frigidum fieri quibusdam non alterius habere humorem. ¶ Quod oportet futurum esse non velociter corruptibile non superfluum esse. Interimunt enim huiusmodi autem egritudine aut natura aut est directa aut contraria contraria aut est superfluitatis potentia et corruptiva, hoc quidem nature, illa vero partis. Unde et superflue effusa et multa semina senescunt cito. Semine enim superfluitas est et amplius exsiccat obiectum. Et propter hoc mulus longioris vite est quam ex quibus fit et femine maribus siquidem accidat. Masculi exeuntes passeres masculi brevioris vite sunt feminis. ¶ Amplius autem quecumque fatigativa sunt masculorum et propter laborem magis senescunt. Desiccat enim labor. Senectus autem sicca est. Natura autem sic est in hiis dicere masculina femininis longevioribus. Amplius autem quia est calidior masculus quam femina. ¶ Sed que sunt in calidis locis longioris vite sunt quam que in frigidis locis propter causam eandem propter quam nature et maxime per manifestum est magnitudo secundum naturam frigidorum animalium. Et propter hoc et serpentes et lacerte et que sunt pelle variata magna sunt in calidis locis et in mari rubro ostreorum ut attribuit augmenti. Causa enim calida humiditas est et vite. ¶ In humidis autem locis magis aquosum est humidum quam est in animalibus. Unde leviter densantur. Quare hoc quidem non sunt omnino animalia que sunt pauci sanguinis in locis ad arcton neque gressibilia neque aquosa in mari. ¶ Hec enim sunt minora et brevioris vite. Aufert enim gelu augmentum. Alimentum vero non accipientia et plante et animalia corrumpuntur. Consumunt enim ipsa se ipsa sicut enim multa flamma comburit parvam et corrumpit alimentum consumendo. Sic et primus calor primum digestivus et cuius est digestio consumit naturam in qua est.

¶ Aquatica autem pedibus ambulantibus minus longioris vite sunt, non quia humida simpliciter, sed quia aquosa sunt. Hec autem humidum velociter corrumpitur quia frigidum est et densum et desiccabile et non est sine sanguine propter eandem causam nisi magnitudine precedatur. Neque enim pinguedinem habet neque dulcedinem. ¶ In animali enim pinguedo dulcedo est. Unde apes longioris vite sunt aliis animalibus maioribus. ¶ Sed in plantis quidem que longius vivunt et magis quam in animalibus primum quidem quia minus aquosa sunt quare non cito densantur. Postea habent pinguedines et dulcedines ex quo enim terrea et sicca sunt non leviter tamen exsiccabilem habent humorem.

¶ De eo autem quod est in multo tempore esse arborum oportet naturam accipere causam. Habent enim propriam ad animalia nisi ad insecta. Nove enim semper plante fiunt ex quo multo tempore. Sunt semper enim alie productiones sunt, hec senescunt et similiter radices et non simul sed quando productio et ramus producuntur. Alia autem germinant. Cum autem fiunt radices sic aliis ex eo quod est et fiunt et sic semper proficiunt. ¶ Hoc non corruptum. ¶ Illud autem simile totum propter hoc longius vivunt. Comparantur enim plante decisis sicut dictum est. Decisa enim vivunt et duo et multa fiunt ex uno. Decisa autem usque ad id quod est vivere veniunt multo autem non possunt tempore neque enim habent organa. In post autem ipsa principio quod in uno quoque est. Sed quod in planta est potentia undique enim habet radicem et germen potentia. Unde et ab hac semper proveniunt hec quidem novum illud vero vetus prope. Non autem aliquid differt est in eo quod semper fiunt longioris vite. Explicit liber de morte et vita. Incipit de sompno et vigilia.

De sompno autem et vigilia considerandum est quid sunt et utrum sunt propria anime vel corporis vel communia, et si communia cuius particule anime aut corporis, et propter quam causam insunt animalibus. Et utrum communicant omnia ambobus aut hec quidem alia quidem sompno alia vero alia solum vel alia quidem neutro alia vero utrisque. ¶ Adhuc autem quid est sompnium et propter quam causam dormientes interdum quidem sompniant interdum vero non vel accidat dormientibus semper sompniare sed non meminerunt et si hoc fit propter quam causam sit. ¶ Et utrum contingit futura providere an non contingit et quidem et qualiter sic contingit et utrum futura ab homine comprehendantur solum vel demonum quorundam habentia causam et ut natura fiunt vel ab eventu.

Primum quidem hoc manifestum quod est idem quod vigilia est et sompnus opponuntur enim et videtur vigilie sompnus quedam privatio. Nam extrema semper in naturalibus et in naturalibus et idem susceptibile videntur fieri et eiusdem esse passiones. Dico autem velud sanitas et egritudo, turpitudo pulcritudo, debilitas et fortitudo, visio et cecitas, auditus et surditas. ¶ Amplius et ex hiis manifestum in quo vigilantem cognoscimus et in hoc enim qui sompno imprimitur sentientem enim vigilare putamus et vigilantem esse et eorum que extrinsecus aliquid sentire vel eorum qui in eo aliquem motum. ¶ Si igitur nullo modo vigilare est quam in eo quod est sentire, patet quod in quo sentiunt in hoc et vigilant vigilantia dormiunt et dormientia. ¶ Quoniam autem neque proprium anime sentire neque corporis, cuius enim est potentia eius et actio est. Que autem dicitur sensus ut actio motus quidem per corpus anime est. ¶ Manifestum quod neque anime passio propria neque inanimatum corpus posse sentire. ¶ Quoniam determinatum sit prius in aliis de hiis que anime dicuntur quasi particule et de nutritiva quod separantur ab aliis in habentibus que habent corpus aliorum vero nullo sed hec est existente prout contemplamur in vivente augmenti et diminutionis participant quod in hiis solum non est sompnus neque vigilia velud plantis non enim habent sensibilem particulam. Sed si separabile est neque simpliciter separabile potestate enim et esse separabi-

le. Similiter autem patet quoniam nichil est quod semper vigilet vel semper dormiat sed eisdem animalibus insunt utraque passiones. Si enim sit aliquod habens sensum non contingit neque dormire neque vigilare. Simpliciter utraque enim passio hec est circa sensum primi sensitivi. Non contingit autem neque alterum horum semper inesse eidem animali, veluti aliquod genus animalium dormire semper vel vigilare. Amplius quorumcumque est aliquod opus secundum naturam quando excesserit opus vel aliquod tempus quo possunt facere, necesse est ea languescere, ut oculos videntes, et quiescere hoc non facientes. Similiter autem et manum et aliud omne cuius est opus aliquod. Quare si alicuius opus sentire est, et continue languebit et hoc non faciet. Si ergo vigilare diffinitur solutione sensus, contrariorum quidem necesse hic adesse illud vero non. Vigilare autem ei quod est dormire contrarium, et necessarium omni inesse alterum, necessarium utique fit dormire. Quare si huius sensus passio sompnus, hoc autem impotentia propter excessum vigilandi. Vigilandi quidem excessus quandoque quidem ab egritudine fit, quandoque sine egritudine, quare et impotentia et dissolutio. Similiter necesse est enim omne quod vigilat similiter dormire, impossibile enim semper agere. Similiter autem dormire nichil contingit semper. Sompnus enim quedam passio sensibilis particule est ut vinculum et immobilitas quedam. Quare necesse est omne dormiens habere sensibilem particulam. Sensibile vero est quod possibile est sentire secundum actum. Agere vero quod sine sensu sit proprie et simpliciter impossibile dum dormit. Ideo necessarium est sompnum excitabilem esse. Animalia quidem pene omnia que sompno communicant manifestum est, quare natatilia et volatilia et gressibilia. Et enim genera piscium omnium et que sunt mollia visa sunt dormientia, et alia omnia quecumque habent oculos. Etenim quecumque duros habent oculos et que insecta sunt manifesta dormientia, breviaque etiam sompni sunt huiusmodi omnia. Propterea latere habent quedam multociens utrum participant sompno vel non. Eorum vero que durum habent corpus secundum sensum non dubium manifestum est si dormiunt. Si autem vero in illis dicta fuit ratio ea suadebitur.

Quod quidem ergo communicant animalia omnia sompno manifestum ex hiis est. Eo enim quod est sensum habere diffinitur animal, sensus autem modo quodam aliquo immobilitatem et velud vinculum sompnum dicimus. Solutionem autem remissionem eius vigilationem. Plantarum quidem nullam possibile est communicare neutra harum passionum. Non sine sensu enim nec existit neque sompnus neque vigilia; quibus vero sensus non est, neque tristari neque gaudere. Quibus vero neque concupiscentia. Plantis autem nichil horum inest. Signum autem quoniam et opus suum facit nutritiva particula in dormiendo magis quam vigilando: nutriuntur autem et augentur tunc magis, tamquam nichil agentia ad hoc sensus. Propter quid autem dormiunt et vigilant et propter quod dictum sensum aut quales si propter plures considerandum.

Quoniam vero quedam habent sensus omnes, quedam non habent ut talpa visum, tactum et gustum universaliter habent nisi si quod animalium imperfectum. Dictum autem de hiis in hiis que de anima. Impossibile autem sentire quolibet aliquo sensu sentire. Quod dormiunt animalia manifestum est tamen omnibus inesse necessarium eandem passionem in eo qui vocatur sompnus. Nam si partim quidem primum autem non sic ex hoc quod dormiendo secundum hoc autem impossibile. Cum autem insit secundum unumquemque sensum hoc quidem quasi proprium opus illud vero quoddam commune: proprium quidem velud videre visui, auditui audire, et aliis secundum eundem modum. Est autem quedam potentia communis que sequitur omnes qua et quoniam videt et audit et percipit. Non enim visu particulari videt quoniam videt et neque iudicat quidem et potest discernere quoniam alia dulcia sunt ab albo neque gustu neque visu neque ambobus sed quadam particula sensibilium omnium. Nam est quidem unus sensus et proprium organum sentiendi unum est autem sensui genus cuilibet diversum velud sono et colori. Hoc autem simul aptatum cum ipso tactum existit maxime. Hoc autem separatur ab aliis organis sentiendi. Alia vero abilis dictum est autem de hiis in hiis que de anima speculationibus. Manifestum autem est quoniam huius est passio vigilia sompnusque. Ideo et in omnibus inest animalibus. Nam tactus solus omnibus animalibus inest. Si enim eo quod omnes aliquid patiantur sensus fieret dormire inconveniens est, si in quibus neque convenienes neque necesse neque possibile est aliquo agere simul hos et vacare vel immobiles existere simul; contrarium enim racionabilius accidit eis ut non simul quiescant. Quemadmodum nunc dicimus rationabili sermone et de hiis. Nam cum principale omnium aliorum organorum sentiendi autem tamen intendatur, alia patiantur aliquid compati necessarium est et reliqua omnia; illorum autem cum alio impotentia sit non necesse est hoc impotens fieri. Manifestum autem ex pluribus quoniam non in eo quod sensus vacant eorumque usus sompnus est neque in eo quod est non posse sentire. Nam et in animi defectionibus tale quid accidit. Impotentia enim sensuum anime defectio fiunt autem et amentie quedam tales. Amplius autem et quibus in collo vene apprehenduntur insensati fiunt. Sed dormit quando neque in ipso usus neque in organo sentiendi neque secundum quemlibet casum sed quemadmodum dictum est nunc in primo organo quo sentit alia omnia: cum hoc enim impotens fiunt necesse est et organa sentiendi omnia sensuum inesse defectum. Cum vero illorum aliquod hoc non esse non est necesse. Propter quam autem causam accidit dormire et qualis passio est dicendum.

Cum vero modi plures sint causarum nam quia obrem et unde principium motus et materiam et rationem dicimus causam.

Primum quidem quoniam dicimus naturam propter quid operari, hoc autem bonum aliquid. Quiescere enim ei quod natum est moveri cum non possit semper et continue moveri cum voluptate et necessarium est et utile sompnus. Quoque propter veritatem ipsam coaptatam methaphoram habet in eo quod requiescit quare propter salutem animalium existit. Vigilia enim vero finis namque sentire et sapere omnibus finis quibus inest alterum horum; optima enim hec, optimus autem finis. Quare necessarium est unicuique animalium inesse sompnum. Dico ex suppositione

necesse. Quoniam autem est unicuique suam natu-
ram ex necessitate quedam inesse ei opus et huius
existentibus alia existere. Amplius
quibus motu et actu et in corporibus ad-
venientibus accidit vigilare et dor-
mire animalibus. Propter hoc dicendum aliud
quam animalibus que adhuc non habentibus san-
guinem existimandum causas passionum vel
easdem esse vel similes sanguinem non ha-
bentibus quemadmodum et hominibus. Quare
ex hiis omnibus speculandum. Quoniam
quidem igitur sensus quidem principium sit a
parte eadem animalibus a qua quidem est motus
determinatum est in aliis prius. Ipsa non
est trium determinatorum locorum media
capitis et deorsum ventris sanguinem
quidem habentibus est pars que vocatur cor. Universa
quidem igitur sanguinem habentia cor habent
et principium motus et principalis sensus hinc
est. Motus ergo et spiritus manifestum est
quoniam principium et prorsus in coac-
tione refrigerationis est hinc et respira-
re quidem et humido refrigerari ad sa-
lutem eius qui in hac particula caloris
nature adepta est. Dicetur autem de
ea per modum secundum se. Non habenti-
bus vero sanguinem et insectis et non sus-
cipientibus spiritum in eo quod proportiona-
le est complantatus spiritus dum exsufflat
et collocatus videtur. Palam autem quoniam in hiis
que tota sunt ut vespe et musce et
apes et huiusmodi. Quoniam autem movere quidem
quam et facere aliquid sine robore non
est possibile, vigorem autem facit spiritus
seu retentio respirantibus quidem
que intrinsecus, non respirantibus vero
que complantata sunt. Ideo bombantia
videntur alata cum moveantur at-
tractione spiritus offendentis ad subtu-

tionem totalium. Movetur autem omne
sensu aliquo facto vel proprio vel alie-
no in primo organo sentiendi.
Si vero est sompnus et vigilia pas-
sio particule huius, manifestum quod loco et
in qua particula fit sompnus et vigi-
lia incedere manifestum. Moventur
autem quidam dormientes et faciunt
multa que vigilantium sunt, non autem
absque fantasmate et sensu quo-
dam; sompnium enim simulacrum
quodammodo est. Dicendum autem de hiis post-
modum. Quare autem sompnia me-
morantur expergefacti, vigilancium vero ac-
tus non memorantur, in problematicis
dictum est.

Consequens autem est hiis que dicta sunt
pertransire quibus existentibus
et unde principium passionis fit vi-
gilandi et dormiendi. Manifestum i-
taque quod necesse est animali cum sensum
habeat tunc primum nutrimentum
suscipere et augmentum. Nutri-
mentum quidem in omnibus est extremum
hiis quidem que sanguinem habent san-
guinis natura est, hiis vero que non habent
sanguinem quod consimile est ei. Locus autem
sanguinis vene, harum principium
cor. Palam autem quod dictum est ex exercitatio-
nibus. Cibus igitur extrinsecus ingredi-
atur ad susceptibilia loca. Fit
evaporatio ad venas, ibi vero per-
mutata in sanguinem vertitur et
vadit ad principium. Dictum est autem
de hiis in hiis que de nutrimento sunt.
Nunc vero repetendum est de hiis huius
gratia ut principia motus specu-
lemur et quid patiatur particula
sensibilis dum accidit vigilia

et sompnus. Non enim est sompnus
qualibet impotentia sensibilis, ut dictum est;
etenim amentia et suffocatio aliqua
et anime defectio faciunt huiusmodi impotentiam; non tamen est
sompnus. Verum factum est quibusdam fan-
tasia defectum anime patientibus
fortiter. Hoc igitur habet aliquam dubitatio-
nem. Si enim convenit dormire de-
fectionem anime patientem, contingeret
utique sompnium esse fantasma. Mul-
ta enim sunt que dicunt qui vehementer
animo defecerunt et qui visi sunt mortui
esse; de quibus omnibus eandem rationem esse
opinandum est. Sicut enim ut diximus,
non est sompnus impotentia particule omnis
sensibilis, sed ex vaporatione que circa nutri-
mentum fit hec passio. Necesse enim est quod eva-
poratum est usque impelli, deinde conver-
ti et permutari sicut euripum. Calor vero
uniuscuiusque animalium ad superiora natus est
ferri. Cum autem in superioribus locis fu-
erit, subito revertitur ferturque de-
orsum et revertendo propellit calores; id-
eo maxime fiunt sompni a nutrimento.
Nam repente revertendo propellit
calores et tunc multa humiditas et
corpulentia sursum fertur. Cum igitur
stet gravat et facit dormire. Cum
ergo recipiendo deorsum et rever-
tendo repellit calorem, tunc fit sop-
nus et dormit animal. Signum autem
huius sompnifera. Omnia enim capitis
faciunt gravitudinem potus et cibi:
opium, mandragora, vinum, lolium
et aliqua. Quidam deorsum feruntur et
dormitant et huiusmodi pati et non possunt
levare caput et palpebras. Et post cibari-
a maxime huiusmodi sompnus; multa enim
a cibariis evaporatio. Amplius autem

ex laboribus quibusdam. Nam labor
colliquativum. Colliquativum vero fit quem-
admodum nutrimentum indigestum, nisi
sit frigidum fit. Et egritudines
quedam illud idem faciunt, quecumque a su-
perfluitate humida et calida ut accidit
febricitantibus atque litargicis. Am-
plius autem prima etas; pueri enim dormiunt
vehementer eo quod nutrimentum fertur
sursum omne. Signum autem quod excedat
magnitudo superior inferiora in
prima etate eo quod in hiis fiat augmen-
tum. Propter hanc vero causam et epilentici fi-
unt. Similis enim sompnus epilentie et
modo quodam sompnus epilentia.
Ideo et accidit pluribus principium huius
passionis dormientibus et dormientes
quidem consumentur, vigilantes vero
non. Cum vero fertur spiritus sursum mul-
tus, descendendo rursus venas tume-
facit, quibus coartat poros unde respi-
ratio fit. Ideo pueris non conferunt vina
neque nutricibus; differt enim forsitan
nichil eos bibere vel nutrices. Sed oportet bibere
aquatum et modicum. Ventosum enim
vinum et hoc magis medo. Ita vero
superiora nutrimento plena sunt
pueris quod quinque mensium non vertunt
cervicem, quemadmodum in multum ebri-
is humiditas sursum fertur multa.
Rationale autem hoc est causa quod quiescunt
cunt in matricibus embrio primum.
Et omnino vero sompni amatores qui
occultas venas habent et nani et mag-
na capita habentes; namque eorum ve-
ne anguste ut non facile defluat
descendens humiditas, homunculis
enim magna capita habentibus sursum
impetus multus fit et evaporatio

manifestas vero venas habentes non
sompnolenti sunt propter facilem fluxum
vaporum nisi extrinsecam aliquam passi
onem habeant. Nam melancolici infri
gidatus enim est locus intus quare non fit
multitudo eius evaporationis etiam
propter et edaces cum sint duri quemad
modum enim nichil iocundum afficia
entur eis corpora. Nigra vero colera
cum naturaliter sit frigida et nutri
mentum locum frigidum facit et
alias particulas. Ubicumque existat
potestate eius superfluitas. Et
ter ex hiis que dicta sunt quoniam sompnus
est conveniens caloris intrinseci et na
turalis reciprocatio eiusdem propter predic
tam. Ideo multus motus dormien
tis. Cum vero deficit infrigidatur et propter
infrigidationem concidunt palpe
bre et superiora infrigidantur et ex
teriora et infrigidantur. Interiora
vero et inferiora calida velud que circa
pedes et que intrinsecus. Quamvis ita
dubitet aliquis quare post cibum
fortissimus sompnus sit cum sit sop
nificum vinum et alia caliditates haben
tia. Habet enim rationale sompnum esse quan
dem infrigidationem causas autem dormi
endi calidas. Utrum ergo hoc accidat
quemadmodum venter vacuus cum sit
quidem calidus est repletio vero infri
gidat propter motum sic et qui in capi
te pori et vena infrigidantur sub
lata evaporatione vel quemadmodum
perfusis calido subito tremor fit et ubi
ascendente calore congesta frigi
ditas refrigerat et secundum naturam
calidum facit languescere et recedere.
Amplius multo incidente nutrimen

to quod sublevat calor quemadmodum ig
nis suppositis refrigerent lignis
secundum naturam calidum facit quo
usque digeratur. Fit enim sompnus
quemadmodum dictum est dum corpu
lentum sursum fertur a calore
per venas ad caput cum vero non amplius
possit sed multitudine excedat
quod elevatum est iterum repellitur
et deorsum fertur. Ideo et cadunt
homines subtracto calore qui sursum
ferebatur solum enim animal rectum
et cadendo quidem alteritatem facit per
modum vero fantasiam. Verumtamen hec
quidem dicte solutiones non omnino convenientes
quid sunt ut fiat solus infrigi
datio. Set proprie quidem est locus cerebrum
quemadmodum in aliis dictum est. Omnium
vero que in corpore frigidissimus
vero habentibus vero et quod equum valet quem
admodum vero humidum quod evaporat
sub solis caliditate cum venit
ad supremum locum propter frigiditatem
suam refrigeratur et congestum
deorsum fertur factum rursus aqua
sic et in elevatione calidi ad cere
brum. Superflua quidem evapora
tio in flegma redigitur. Ideo ca
tarri videntur fieri ex capite. Nutritiva
vero et non egrotativa deorsum fer
tur congesta et refrigerat quod ca
lidum est ad infrigidandum vero
et non suscipiendum facile evapo
rationem aufert et tenuitas et an
gustia circa cerebrum venarum. In
frigidationis quidem ergo causa quod
evaporatio transcendat in cali
ditate. Expergiscetur enim cum
digestio facta fuerit et obtinuerit que in parte

ta fuit caliditas in angustia mul
tum ab eo quod circumstabit et decreti quoque
fuit corpulentior sanguis atque
purissimus est autem tenuissimus quidem
sanguis et purissimus qui in capite est
densissimus et turbidissimus qui
in inferioribus partibus. Omnis vero sanguinis
principium sicut dictum est hic et in aliis
cor. Horum quidem in corde utrisque
talamis communis quod medius quo
rum autem utrique habentur ex utraque ve
na extra quidem que vocatur magna
et que adhorti in media vero sit discre
tio. Sed distinguere de hiis aliorum est ser
monum convenientius. Propter
hoc vero quod fit maxime sanguinis
post nutrimenti oblationem indiscre
tus fit sompnus quousque ad serena
tur sanguis hoc quidem purissimum
sursum illud vero turbidissimum
deorsum. Cum autem hoc accidit expergis
cuntur absoluta ex nutrimenti
gravitate. Que quidem igitur dormi
endi causa dictum est quoniam a corpulento
quod sursum fertur per ingenitum
calorem reditio subito ad primum or
ganum sentiendi et quidem est somp
nus quoniam primi organi sentiendi
inceptio ut non possit agere ne
cessitate quidem fuerit. Non enim contin
git animal esse non congruentibus quibus ipsum per
ficiunt propter salutem salvat enim quies.

Post. *Incipit liber*
hec autem de *secundus*
sompnio querendum
et primo cuius eo
rum que sunt anime vi
deri esse utrum intelligibilis par
ticule passio est vel sensibilis. Hiis

enim solis eorum que in nobis sunt cognos
cimus aliquid. Sed autem visus visio
nis est videre auditus audire et id sensus
sentire. Hec autem sunt communia sensu
um veluti figura et magnitudo et
hiis alia autem propria velud color sonus
sapor. Impossibile autem sit omnia conniventia
videre. Similiter autem et in reliquis in manifestum
quoniam non sentimus in sompnis non ergo sen
su sompnium percipimus. Sed neque opi
nione non enim solum dicimus advenientem hominem
vel equum sed album vel pulchrum
quorum opinio sine sensu nichil un
quam dicat neque vera neque falsa. In sompnis autem
animam aliquando quidem hoc accidit
facere. Similiter enim quoniam homo est et quoniam albus
qui est adveniens videntur videre.
Amplius preter sompnium intelligi
mus quid aliquid quemadmodum vigi
lando sentientes quid de eo enim
quod sentimus sepe et intelligimus a
liquid aliud sic et in sompnis preter
fantasmata. Manifestum autem intelligimus.
Videbitur autem alicui hic si quis excitet men
tem et temptet memorare surgens.
Iam ergo quidam viderunt sompnia
talia velud qui videntur secundum memo
rie preceptionem disponere autem ocelis que
preponuntur accidit enim aliquid ali
ud eis preter sompnium ponere ante ocu
los in loco fantasmatum. Quoniam quidem ergo ma
nifestum quod non sompnium est quod in sompno
fantasma et quoniam intelligimus
que opinione opinabantur. Pa
lam autem de universaliter hiis tamen quoniam
eodem modo quo vigilantes in
egritudinibus decipiuntur et hoc
idem et in sompno facit passionem.
Ideo sanis et videntibus tamen pedibus

solum videtur esse, sed sine divisu fantasti-
cum aliud et sensibile vel minus fit.
Non enim decepto fit absque videre et sen-
tire aliquid. Videndo enim et audien-
do fallimur videntis vero quidem
et audientis est neque quando non quod arbitra-
tur. In sompno autem positum est
nichil videre neque audire neque omnino sen-
tire. Ergo non videre quidem autem nichil a-
pati per sensum non verum est, sed contingit
visum pati quid et alios sensus; singulum
autem horum quemadmodum nobis vigilan-
tibus advenit quodam modo sen-
sum, non sic autem ut vigilantibus; et quandoque qui-
dem opinio dicat quoniam falsum quemadmo-
dum vigilantibus, quandoque vero detinetur
et sequitur fantasma. Quoniam ergo non
est opinantis neque intelligentis passio
hec quam vocamus sompniare, mani-
festum. Sed neque sentientis simpliciter; videre
enim utique fit et audire non simpliciter, sed
quatenus quemadmodum considerandum.
Ponatur ergo quod est manifestum, quoniam sen-
sibiliter per se est passio siquidem et somp-
nus. Non est alii quod alicui animalium inest
sompniare, sed eidem. Quoniam vero de fanta-
sia in hiis que de anima sunt dictum est, et est quidem
idem sensibili fantasticum, esse autem fan-
tastice et sensibili diversum; est autem fanta-
sia qui a sensu secundum actum fit mo-
tus, sompnium vero fantasma quoddam
videtur esse, namque in sompno fantasma
sompnium dicimus simpliciter esse, sive quo-
cumque modo fiat; manifestum quoniam sensibilis
quidem est sompniare, hoc autem in eo quod
fantasticum. Quid est sompnium et quomodo
fit ex hiis que contingunt sompnum accidit
maxime speculemur.

Sensibilia enim secundum singulum orga-
num sentiendi nobis afficiunt sensum,
et que fit ab eis passio non solum inest
organis sentiendi dum sensus agit,
sed et dum abeunt. Similiter enim est hoc
passio in organis et in hiis que feruntur.
Est enim agitata in eo quod movit
non ultimus contingentem motum. Nam
quod motum facit movet aerem
proximum quendam. Et rursus hic
motus alium, et hoc quidem mo-
do quousque steterit facit motum in
aere atque in humidis. Similiter autem oportet
opinari hoc et in alteratione. Nam
quod calefactum est ab aliquo calido proxi-
mum calefacit et hoc distribuit usque
ad principium. Quare et in quo est senti-
re, cum est alteratio quedam que secundum
sensus in actu, necesse accidere. Ideo
passio est non solum sentientibus per orga-
na sentiendi, sed et quiescentibus et
in profundo et in superficie tenuis. Pa-
lam autem cum frequenter sentiamus
aliquid transferentibus enim sen-
sum sequitur passio velud de so-
le ad tenebras. Accidit enim nichil
videre propter subsistentem motum in o-
culis ex lumine; et si ad colorem mul-
to tempore aspiciamus vel album vel
citrinum, ibi etiam ad quemcumque visum
permutemus. Et enim si ad solem
aspicientes vel aliquid splendidum
connivemus, observantibus quidem
nobis secundum directionem ut accidit visum
videre primum quidem hunc colorem, deinde
permutatum in puniceum, deinde in pur-
pureum, quousque in nigrum veni-
at colorem et evanescat. Ab hiis
vero que moventur et permutantur
velud a fluminibus, maxime autem ab
hiis que citissime fluunt, videntur enim
quiescentia moveri. Fiunt autem et a mag-
nis obsurdescentes sonibus, fiunt
autem et a validis odoribus non adorantes,
et in similibus; sed quid manifestum ac-
cidit in hunc modum quemadmodum
diximus. Quoniam vero organa sentien-
di cito et modicas differentias sentiunt
signum est quod in speculis accidit, de quo
eodem et si insistendo consideret
quis utique et inde consideretur simul
ex ipso manifestum quoniam quemadmo-
dum in suspicitur sic et facit ali-
quid. In speculis enim valde puris
et aliis menstruis supervenientibus muli-
eres si aspiciant in speculo, fit superfici-
es speculi velud nubes sanguinea,
et siquidem novum sit speculum non fa-
cile est abstergere huiusmodi maculam, si vero ve-
tus sit speculum facile. Causa vero est
sicut diximus quoniam non solum visus
patitur aliquid ab aere, sed et fa-
cit et movet quemadmodum splen-
dida; nam visus splendidorum
et habentium colorem. Oculi ergo verisimi-
liter quando fiunt sicut menstrua effi-
ciuntur, sicut et alia pars quelibet, et e-
nim natura oculi existunt pleni ve-
narum. Ideo cum fiunt menstrua
propter turbationem et fervorem sangui-
neum, nobis quidem que in oculis dif-
ferentia incerta est, inest autem; non eadem
natura sanguis menstruorum aerem
quorum movet excipit et eum qui in
speculis est aera continuum existen-
tem qualem quemdam facit et talem
velud ipse patitur. Hic vero speculi
superficiem. Quemadmodum vero
vestium que maxime munde sunt citissi-
me maculantur; nam quod purum est dili-
genter monstrat quodcumque exceperit,
et purissimum minimos motus. Es vero
quod planum sit et leve maxime tactum maxime
sentit. Oportet enim intelligere tamquam ac-
tionem aeris tactum esse et tamquam exter-
sionem et expolitionem propter munditiam
vero manifesta sit consimiliter fit.
Non exeundi vero celeriter ex no-
vis speculis est causa quod purum sit et planum;
excipit enim quod hoc fundit et omnino, nam eo
quod purum in profundum, eo autem quod pla-
num omnino. In veteribus vero non tamen manet quo-
niam non similiter subit macula superficie vero
tenuis magis. Quoniam quidem ergo et a parvis
differentiis sit motus, quoniam et celeris sen-
sus. Amplius autem quod non solum patitur
sed et econtrario agit organum sentiendi in ca-
lores manifestum ex hiis. At-
testantur autem hiis que dicta sunt et que
circa vina et que circa pigmenta obvene-
runt. Nam quod preparatum est oleum cito
accipit proximorum odores, et vina hec
ipsum patiuntur; non solum que eorum in-
mittuntur vel commiscentur, sed eorum que pro-
pe vasa ponuntur recipiunt odores.
Ad eam vero que ex principio est conside-
rationem ponatur unum quidem quod ex hiis
que dicta sunt patet quoniam et recedente sen-
sibili extrinsecus commanent simul-
acra que sunt sensibilia. Adhuc
autem quoniam facile decipimur circa sen-
sus cum in passionibus existimus,
alius vero in aliis, velut timidus in
timore et qui amat in amore, ita ut
videatur a modica similitudine hic
quidem hostes videre, ille vero dilectum;
et hoc utique quanto passibilior
fuerit tanto a minori similitudine videtur.

eodem uero modo et in ira et in aliis
concupiscentiis facile decipiuntur omnes
et magis quanto utique magis in pas-
sionibus fuerint. Ideo et febricitantibus
interdum animalia uidentur in parietibus a modi-
ca similitudine linearum compositarum.
Et hec quidem aliquando detinent in passio-
nibus sic ut si non uehementer laborent
non lateat quoniam falsum, et si maior sit
passio et moueatur ad ipsum. ¶ Cau-
sa uero ut accidant hec est quia non secundum ean-
dem potentiam iudicat quod principa-
le est et quo fantasmata fiunt. Huius uero
signum quod uidetur sol bipedalis contradi-
cit autem sepe aliquid aliud ad fan-
tasiam et permutatione digitorum unum
duo uidentur, uero non dicimus duo; dignior enim
tactu uisus. Si uero esset tactus solus
iudicaremus unum duo esse. Mentien-
di enim causa quoniam non solus autem sensibile mo-
uetur apparent aliquibus et cum sensus
ipse in se sic eodem modo mouetur
quemadmodum sensibile; dico autem uero
uelud terra uidetur aspicientibus moue-
ri dum mouetur uisus ab alio. ¶ Ex his itaque quidem
dem manifestum quoniam non solum uigilan-
do motus a sensationibus fiunt et qui extrin-
secus et qui in corpore sunt. Sed et quando fit pas-
sio hec que uocatur sompnus et ma-
gis apparent tunc. Sub die enim re-
pelluntur quemadmodum operantur
sensus et intelligentia et extermina-
tur quemadmodum iuxta multum ig-
nem minor et tristicie et oblectationes
parue secus magnas; dum uero quie-
escunt supernatant et parua noctu
uero propter uacationem secundum particulam sen-
suum et impotentiam agendi eo quod
ab exterioribus ad id quod intrinsecus

fiat caloris refluxio et ad princi-
pium sensibilis particule referuntur
et fiunt ydola manifesta sedata
turbatione. ¶ Oportet autem opinari
tamquam modicas uertigines que fiunt
tur in fluminibus sic motum unum-
quemque fieri continue; sepe quidem similiter
sepe uero secundum alias dissolutas
figuras propter repercussionem; et non post
nutrimentum hominibus teneris existen-
tibus uelut pueris non fiunt sompni-
a. Multus est enim motus propterea quod
ex nutrimento est caliditate, quare quem-
admodum in humido si uehemen-
ter moueat quis quandoque quidem nullum
apparet ydolum, quandoque uero apparet qui-
dem distortum, omnino autem itaut appa-
reat alterius modi quam sit. ¶ Quod si
quiescat pura et manifesta ydo-
la sit et in dormiendo fantasmata et
reliqui motus qui proueniunt a
simulacris. Interdum quidem tamen uehe-
mentior sit qui dictus est motus ex-
terminant omnino. Interdum uero contur-
bate apparent uisiones et monstru-
ose et non firma sompnia, uelut me-
lancolicis et febricitantibus et uino-
lentis. Omnes enim hee passiones cum uento-
se sint multum faciunt motum et tur-
bationem. ¶ Sedato autem et discreto san-
guine in habentibus sanguinem con-
seruatur simulacrorum motus ab
uno quoque sensuum ualida facit som-
pnia et apparere aliquid et uide-
re propter quidem quod a uisu diferuntur
uidere, propter uero quod ab auditu audi-
re similiter et ab aliis organis sentien-
di. ¶ Ex eo enim inde quod progreditur
motus ad principium et uigilantes

uidetur uidere et audire atque sentire, et eo
quod uisus interdum moueri uidetur
cum non moueatur, ut diximus, et quod tactus
duos motus annunciet et quod unum
uideatur duo; omnino autem quod ab uno quoque
sensuum est origo nisi alius dignior
contradicat.
Apparet quidem igitur prorsus, uidetur autem
non quod apparet. Sed si quod diiudicat
non detineatur uel non moueatur pro-
prio motu. ¶ Quemadmodum uero di-
ximus quod alii propter aliquam passionem
facile decipiuntur, ita dormiens propter
sompnum et quod moueantur organa sen-
tiendi et alia accidentia circa sensum,
quare modicam habens similitudinem uidetur
illud. Cum enim dormierit descen-
dente plurimo sanguine ad prin-
cipium descendunt et motus qui
in sunt motus hii quidem potestate,
illi uero actu. Sic se habent ut in motu hic
hic uero supernatat ex ipso motus; si
uero hic corrumpatur, hic est et hec ad
inuicem se habent quemadmodum ranuncule
ascendentes in aqua liquefacto sale, et ita
in sunt potestate cedente quod pro-
hibebat agunt, et soluto exiguo re-
liquo sanguine in organis sentien-
di mouentur, habent similitudinem quem-
admodum que in nubibus, que similia dicuntur
hominibus et centauris, cito permuta-
tur. Horum autem unumquodque existit sic-
ut dictum est reliquiis. ¶ Eius quod est in
actu simulacri motu abeunte
uero inest unum dicere quoniam hic ut coriscus,
sed non coriscus. Cum autem sentiebat, non
dicebat coriscum esse propterea et quod diiu-
dicat, sed propter illum coriscum uerum quod enim
sentiendo dicit hunc esse omnino deci-

neatur a sanguine quemadmodum
hoc non mouetur sentiens a moti-
bus qui sunt in organis sentiendi, et uidetur
quod quod simile ipsum esse quod uerum et tantam esse
potentiam sompni quod faciat hoc latere. ¶ Quem-
admodum igitur si quem lateat digitus qui
supponitur oculo non solum apparebit
sed uidetur esse duo quod unum, si uero non lateat ap-
parebit quidem, non uidebitur autem, sic et in sompnis,
si sentiat aliquis quoniam quod dor-
mit et passionem in qua est sensus dormi-
tationis, apparet quod dictant quemad-
modum ipse quoniam uidetur quare coriscus non est
autem coriscus. Sepe enim dormiendo quis
dicit in anima quoniam quod sompnium quod ap-
paret. Si uero lateat quoniam dormit nichil
contradicit ymaginationi. ¶ Quoniam autem
natura dicimus et sunt motus phan-
tastici in organis sentiendi mani-
festum si quis attendens temptet
memorari que patimur dormien-
tes quid expergefacti. Interdum enim que
apparent ydola dormienti inspiciet
expergefactus, uidebit esse motus in orga-
nis sentiendi. Quibusdam enim iunio-
ribus et omnino perspicientibus si sint tene-
bre apparent ydola que plurima mo-
uentur ita ut obuelent frequenter ti-
mentes. Ex quidem uniuersis oportet syllo-
gizare quoniam est sompnium phantasma
quidem esse aliquo quod in sompno. Nam que
modo dicta sunt ydola non sunt somp-
nia, nec si aliquid sensuum solutorum
uidetur. Sed nec sompnium phantasma omne.
Nam primum quidem aliquibus accidit et sen-
tire aliquo modo et sonos et lumen et
saporem et tactum languide quidem ue-
luti de longe. Iam enim indormien-
do inspicientes et euestigio surgentes

cognoverunt et quantitate videbatur lu-
men lucerne dormientes ut arbi-
trantur et experrecti statim cogno-
verunt quod lucerne erant gallorum et ga-
llinarum tantum voce audientes expergefacti
manifeste cognoverunt. Quidam enim et ri-
dent et respondent interrogati. Contingit
enim et vigilare et dormire simul alio
existente et aliud aliquando in mente quorum
nullum sompnium dicendum. Sed neque quecumque
in sompno fiunt vere intelligentie pre-
ter phantasmata. Sed hic defluit sop-
nium phantasma quod est a motu simulacrorum
cum in dormiendo fuerit in eo quod dormit
hoc est sompnium. Iam vero quibusdam ac-
cidit ut nullum sompnium videant
in vita rarum quidem igitur hoc est accidit
vero tamen et hiis quidem omnino perseverant. Ali-
quibus vero ut provectis multum etate
accidit cum primum nullum sompnium vi-
dissent. Causam vero esse non fiat simile aliquid
oportet arbitrari. Quando enim post cibum dormi-
tantibus neque pueris fit sompnium quibus-
cumque enim hoc modo consistit na-
tura ut multa ascendat evapo-
ratio in superiorem locum vel iterum deor-
sum lata facit multitudinem mo-
tus convenienter nullum apparet
fantasma procedente enim etate ni-
chil inconveniens sic apparere per
mutationem aliquam factam vel secundum etatem
vel secundum passionem necesse est accidere
contrarietatem. Incipit liber tertius.

De divinatione vero
que in sompniis fit et
dicitur accidere in sop-
niis neque contempne-
re conveniens est neque omnino suadere. Nam quod
omnes vel plures existimant habere a-
liquam significationem sompnia prestat
fidem tamquam ab experientia dictum.
Et quod de quibusdam sit divinatio
sompniis non incredibile habet enim ali-
quam rationem. Ideo et de aliis sompniis
similiter utique quis arbitretur. Nul-
lam vero causam rationabilem videre secundum
quam utique fiat nichil decredere facit. Nam
deum quidem esse mittentem et cetera non
optimos et prudentissimos sed quibus-
libet mittere est inconveniens. Abla-
ta vero que a deo est causa nulla aliarum con-
veniens videtur esse causa. De hiis enim que secus
herculeas columpnas vel qui moreas
tenere providere aliquam sic mentem videtur pru-
dentiam invenire horum originem.
Necesse igitur sompnia vel causas esse vel sig-
na eorum que fiunt accidentia vel omnia
vel aliqua horum vel unum solum. Dico
autem causam quidem velut lunam defectus solis
et laborem febris. Signum vero defectus
stellam submittere asperitatem vero lingue
ne signum febricitandi accidit autem aliquo
ambulante deficere solem neque enim sig-
num deficiendi hoc est neque causa neque defectus
ambulandi. Ideo accidentium nullum
neque semper fit neque frequenter. Sunt igitur sop-
niorum quidem cause et signa velut eorum
que circa corpus accidunt. Dicunt quidem
et medici gratiose quoniam oportet valde in-
tendere sompniis conveniens autem sic
existimare artificibus quidem con-
siderantibus vero aliquid sic et philoso-
phantibus. Nam qui in die sunt motus
nisi valde fiunt magni et fortes la-
tent apud maiores qui in vigilan-
do sunt motus in dormiendo autem con-
trarium et enim parvi magni videntur esse.
Manifestum autem et in hiis que accidunt in

sompniis frequenter. Arbitrantur
enim fulgura cadere et tonitrua
fieri apud sonos in auribus factos et mel-
le et dulcibus saporibus pro fluxu tenui
flatu defluente et ambulare et per
ignem calefieri vehementer pro calore
esse quasdam partes facto experrectis autem
hoc manifesta sunt hoc modo se ha-
bentia. Quare quoniam parva hominum
principia manifesta quoniam et egritudi-
num et aliarum passionum que in corpori-
bus dicuntur fieri. Manifestum ergo quoniam hoc
necesse est in sompniis esse potentiam
magis quam vigilando. At vero quedam
et quidem in sompniis fantasmata
causas esse propriorum unicuique accidentium non
irrationabile. Quemadmodum enim de-
bentes agere aut in actum existen-
tes aut olim agentes in rectitudine
sompnii in hiis consistimus et agi-
mus causa autem quoniam preparatus existit
motus diurnis in actionibus sic iterum
sic vero et qui in sompno sunt
motus frequenter esse principium di-
urnorum actuum eo quod preparata sunt
rursus eorum et intelligentia in phan-
tasmatibus nocturnis. Sic ergo con-
tingit quedam sompniorum et signa et cau-
sas esse. Plura vero acciden-
tia videntur magis autem concidentia
omnia et quorum non est in ipsis origo
sed de navali bello et de hiis que procul
accidunt sunt. De hiis enim eodem modo
se habere conveniens est velud quando me-
moranti de aliquo contingat hoc
fieri quod enim prohibet accidere et in sop-
niis itaque magis autem conveniens est
multa huiusmodi accidere quemadmo-
dum igitur neque meminisse de aliquo sig-
num neque causam accidendi ipsum sic ibi pro eventu
sompnii. Inde et vero neque signum neque
causam sed in casu sunt. Ideo et multa sompnio-
rum non eveniunt. In casu sunt enim neque semper
neque ut multum fit.

Omnino autem quoniam et aliorum animalium
sompniant quedam non a deo missa
sunt utique sompnia neque facta huius
gratia. Divinitus naturalis quidem natura est
divina. Signum autem infirmi enim
homines providentes sunt et recte sompni-
antes tamquam non deo mittente sed quo-
rumcumque quod loquax natura est et melan-
colica visiones videt eo enim quod cir-
ca plura et multipharia moveantur
nascuntur similia theoremata
fortuiti in hiis existentes sicut quidam
rapiunt contempnentes. Nam quemad-
modum et dicitur si multa iactas
quandoque dissimilem iacies et in hiis hoc acci-
dit. Quoniam vero non eveniunt multa sop-
niorum nichil inconveniens nichil est
eorum que in corporibus sunt signorum
et celestium velud aquarum et ventorum
si enim alius vehementior isto accidit
motus futuri factum est signum non sit hoc
et multa consulta bona que fieri expedie-
bat dissoluta sunt per alias digni-
ores inchoationes. Omnino enim non
esse fit contingens neque enim idem quod futu-
rum est et quod nunc. Verumptamen princi-
pia quidem esse a quibus non perfecta sunt
et signa sunt hec aliquorum que non fi-
unt. De hiis vero sompniis que non
habent tales origines sed dissolutiones vel
temporibus vel locis vel magnitu-
dinibus secundum horum quemadmodum
necessariam quando quis ipsis ymaginatur prin-

tipia qui uident sompnia nisi pertur-
batio fiat ab actu talis utique fit mag-
nus uelut dicit de motu ex parabola et de
fluxionibus quas causas exponit quem-
admodum enim cum quid mouetur
quidem uel aerem hoc aliud mouet
et quiescente illo accidit huius motum
procedere usque ad aliquid illo quiescente mo-
uet non praesente sed intus prohibet mo-
tum aliquem et sensum appropinquare ad
animas sompniantes de quibus ipse ydo-
la fiunt et defluxiones et quamuis
contingit propter minorem magis sensibi-
les esse nocte eo quod que in die feruntur
dissoluuntur magis inmutatiuum tur-
bulentus aer noctis eo quod silentes
sunt noctes. Et in corpore faciunt
sensum propter sompnium et ideo paruos mo-
tus in tristes sensu dormientes ma-
gis quam uigilantes. Huius modi motus
fantasmata faciunt ut quibus pre-
uident futura de huius et ideo accidit pas-
sio hec quibuslibet et non prudentissimis.
In die enim fierent utique et sapien-
tes si deus esset mittens. sic autem conue-
niens est quoslibet prouidere. Mens enim intel-
ligentia horum non est curiosa affecta sed
tamquam deserta et inanis omnium et mo-
ta et omnino secundum hec quod mox agitur.
Et quod uesani prouident causa est quod
proprium motus non infestant sed ex-
cutiuntur. extraneos ergo maxime
sentiunt. Quosdam ergo recte somp-
niantes esse et notos. de notis maxime
prouidere accidit eo quod maxime pro se in-
uicem nati solliciti sunt quemadmo-
dum procul existentes maxime cognoscunt
et sentiunt sic et motus notorum enim
notiores sunt motus. Melan-
cholici autem propter uehementiam quem-
admodum iniunctis intendentes uni con-
iectant et propter permutationem cito quod
iuuenimus est ymaginetur quemadmodum
philegidis poemata et qui furiosi
sunt ad huiusmodi similia indicant
et intelligunt ueluti ueriem uere
et sic connectunt ad consequentiam
antiquus. Amplius autem propter uehementiam
non repellitur eorum motus ab a-
lio motu. Artificiosissimus autem iudex somp-
niorum qui potest similitudines inspi-
cere recta enim sompnia iudica-
re cuiuslibet est. Dico autem similitudines
quoniam similia accidunt phantasmati-
bus que in aquis sunt ydolis sicut
prius diximus. ibi enim si multus fi-
at motus non similia apparent ydo-
la ueris. promptus quidem igitur sic uocatus iu-
dicare erit qui potest cito sentire
et inspicere diuisa et distorta ydolo-
rum quoniam est hominis uel equi aut cuiuscumque
sunt et ibi similiter sompnium motus
impedit rectum sompnium. Quid
quidem igitur sompnus et sompnium
et propter quam causam utrumque contingit.
Amplius autem et de ea que in sompniis
est diuinatione dictum est. Explicit
liber de sompno et uigilia.
Incipit liber de differentia spiritus et anime.

Interrogasti me honoret te deus de
differentia que est inter spiritum et animam et ut
scriberem quid dixerunt in ea an-
tiqui sapientes et ecce scribo
quedam collecta que excerpsi ex
libro platonis qui uocatur ca-
tidon. et eius libro qui uocatur
thimeus et ex libris aristotilis
philosophi et theophrasti ac bendedes
in anima. ex libro autem galieni quem
fecit de concordia quorundam sermonum
gloriosissimi ypocratis atque platonis.
et ex libro eiusdem galieni quem fecit
in opere cirurgie et inutilitate
membrorum et usus sum in eo maxime
abreuiatione quia te noui deuitare
negotiis occupatum et operibus regis
ualde sollicitum. et quia propter angustiam tem-
poris impossibile est tibi multis libris in-
spicere et credo quod hec que scripsi tue suf-
ficiant petitioni. Deo auxiliante
deo maxime cum sis in naturali scientia
peritus. nunc incipiens dicam de spiritu
et postea de anima quia cum uolumus scire dif-
ferentiam que est inter duas res necesse est
primum scire quid sit in una earum.
quia impossibile est scire differentiam aliquam re-
rum nisi sciatur quid est unaqueque ea-
rum. Scientia uniuscuiusque earum potest
sciri differentia et quia uolumus patefa-
cere anime et spiritus differentiam. necesse est ut pri-
mo loco loquamur de anima et spiritu et postea
de differentia que est inter utrumque. Incipiamus
a spiritu leuius sit opus. postea enim di-
cemus de anima.

Spiritus est quoddam corpus subtile quod
in humano corpore oritur
ex corde et fertur in asurienech. i.
in uenis pulsus ad uiuificandum
corpus operatur quoque uitam et anhe-
litum atque pulsum et aliud oritur ex
cerebro in uenis et operatur sensum et
motum et quidam ex philosophis
laudabilibus medicorum et philosophorum et
de hiis qui in corpore incisionem fecerunt in
opere et exercitio cirurgie putauerunt quod in
corde duo sint uentriculi et concaui-
tates una in dextra parte eius et alia
in sinistra et in hiis duobus uentriculis
continetur spiritus et sanguinis sed in dex-
tro plus de sanguine quam de spiritu. In
sinistro plus spiritus quam sanguis et ex uen-
triculo dextro procedunt due uene
quarum una uadit ad pulmonem et propter
eam anhelitus cordis cor enim colligit
atque extenditur et per eius extensio-
nem atque collectionem fit pulsus toti-
us cordis et ideo pulsus indicat esse cordis
id est passiones eius propterea tam equales quam
inequales atque diuersas que fiunt diuersitate
ipedimente causa cordis quod accidit
ei a semet ipso uel a circumdantibus membris
sibi uicinis. cor ergo cum extenditur
attrahit per predictam uenam ex pulmo-
ne partem aeris que ingreditur ad pulmo-
nem per anhelitum ad refrigerandum
calorem naturalem qui in eo est ut sit
hoc nutrimentum uel sustentatio eiusdem
spiritus qui continetur in eis uentriculis.
et cum cor colligitur tunc pulsat per ip-
sam ad pulmonem quicquid gene-
ratur in eo uaporum et fumorum et expel-
lit eo abiguito calore qui est in eo
et pulmo expellit eos a corde et hec ue-
na uocatur pulsus. Alteram uero
uenam uocant arabes alathar et hec
uena in ipso ortu suo a corde diui-
ditur in duas diuisiones quarum una
ascendit petens superiora corporis et
procedunt ex ea rami a priore usque
ad extrema corporis per quos uiuifi-
catur hec pars corporis et alia pars petens
inferiora corporis descendit usque
ad extremitatem pedum et procedunt
ex ea rami per quos uiuificatur pars
inferior corporis humani et ramis
utriusque partis predicte uene qui dispersi

sunt prohibitum corporis vocatur a sillum
electh .i. pulsus et hec causa vite humane
corporisque propinquior est et est propter hoc quod tri
buitur unicuique membro de spiritu qui
est in ventriculo cordis sinistro et indici
um quo probatur quod vita humana
fit per hunc spiritum est illud quod videmus de exi
tu eiusdem spiritus in hora mortis .s. motu
ventris et oris et labiorum et motu pe
ctoris .i. .s. quod fit .q. singultus et
saltus atque anhelitus et motus et mul
gus notat homo in lingua arabica amari
.i. recessio vel exitus anime. et eius exitus
a corpore fit per viam ipsam quo ingreditur
ad ipsum aer qui egreditur a ventricu
lo cordis ad pulmonem per venam quam
supra diximus que transit a corde ad pul
monem ut attrahat aerem ut et ex
trahat vaporem fumi. et ex pulmo
ne per talamum pulmonis .i. per gu
tur transit ad nos et eius exitus ex
ore fit ipse motus oris cum aperitur
.s. os et iam anime non potest claudi. sed ne
cesse est ut tam claudatur propter anhelitio
nem vite post exitum spiritus ab eo. [C]ausa
vero egreditur spiritus a corde et aliis motibus
ita cum mortis et velocitatis sive tar
ditatis post eius exitus. Levitas enim mor
tis sive eius gravitas et raptio eius in
quibusdam hominibus vel occultatio eius in
aliis causa autem substantie mortis et certa
talia aliena sunt ab isto libro quia sunt
maioris inquisitionis et indigent pro
vinis propriis per actionibus et argumentis
probabilibus expressis libris medicorum
artis quorum compositio plana est et ideo nunc
dimisimus eorum commemorationem.
[P]robatum autem per hoc quod dixi quod vita per hunc
spiritum fit qui est in ventriculis cordis et
quod pulsus atque anhelitus sunt consti
tuti ad aptationem eiusdem spiritus ad re
frigerandum cor .s. per aerem qui ingre
ditur ad eum de foris et per expulsi
onem vaporum fumositatis ab eo. [I]am
probatum ergo quod spiritus qui est in ventriculis cor
dis sit causa vite anhelitus atque pulsus
et hoc est quod necesse est sciri de spiritu vitali
cuius emanatio est ex corde.
[S]piritus autem qui procedit a cerebro cum
sit ad cetera membra corporis et voca
tur animalis cuius nutrimentum vel susten
tatio est spiritus qui fit in ventriculis cor
dis quarum divisiones per artes assurien eth
.i. pulsus qui vocatur alahar qui
mittitur a corde in superiores partes
corporis cum pervenerint omnes ad os capi
tis et penetraverint illud os coniunguntur
ad invicem et componuntur et cum texuntur
ad instar texture retis et de ipsis
pulsibus contextis extenditur quedam
pars sub cerebro pervenit in inferiora cere
bri apta ad recipiendum ipsum animalem
tradens ei de spiritu vitali quem
diximus esse in ventriculis cordis. Cere
brum vero dividitur in duas divi
siones quarum una est anterior que est maior
et altera posterior et in illa anteriori sunt
duo ventriculi hinc inde incipientes et exe
untes ad commune spatium quod est in me
dio cerebri. [I]n posteriori vero habetur
unus ventriculus faciens cum ad su
perdictum spatium quod est commune utriusque ven
triculis qui sunt in anteriori parte cere
bri. [P]ulsus vero subtiles qui mit
tuntur a reti quod est sub cerebro ad ante
riora cerebri cum pervenerint ad aliquem
ventriculum qui est in cerebro anteriori per
ducunt ad ipsum spiritum vitalem qui inde

transeunt ad alterum ventriculum effi
citur ibi subtilior et purgatur at
que aptatur ad recipiendum virtutem
anime et hic fit ei .q. digestio. At conver
sio in spiritum subtiliorem atque clariorem.
deinde transit ab ipsis ventriculis de spatio
in spatium in ventriculum cerebri posteri
orem per ipsum meatum in quo vadit
a communi spatio quod est in medio cere
bri ad priorem et in ipso transitu .i. in ipso
introitu per quem vadit spiritus habitus quedam
spatium vel punctatum .i. quedam par
ticula de corpore cerebri vermi similis qui
elevatur et deponitur in ipso itinere.
[C]umque fuerit hec particula elevata ap
peritur foramen quod est inter commune spatium
quo iungitur ventriculis et ventriculum
posterioris cerebri. cum vero deposita
fuerit clauditur. cum ergo apertum fuerit
foramen transit spiritus de anteriori cerebro
ad posterius et hoc non fit nisi cum necesse fu
erit recordari alicuius rei que tradita
est oblivioni temporis. s. quo fit cogitatio
in posterius. si vero foramen apertum non fuerit
nec transierit spiritus ad posterius cerebrum
non recordatur neque est reversio ei eorum de
quibus interrogatur. [I]sta vero apertio
foraminis que fit per elevationem illius
corporis quod assimulatur vermi est diver
sa in hominibus in celeritate et tarditate fit
enim hoc in quibusdam tardius et ideo fiunt
tarde memorie et tardius. et ideo fiunt
tarde memorie et tardi ad respondendum
multum cogitantes. et ideo accidit ei qui
vult recordari alicuius rei ut caput
suum valde tingat inclinando et retor
tatur et in motu oculis sursum aspiciat
ut hec post in figura sit cum auxiliatur
ei ad aperiendum ei foramen predictum et
ut ipsum corpus sublime cursum prestet
elevari intellectus eius et cogitatio
providentia et cognitio fit per spiritum qui est
in ventriculo qui participatur illis du
obus ventriculis qui sunt in anteriori ce
rebro. [C]um ergo homo cogitaverit vel ali
quid providerit necesse est ut meatus .i. iter
et foramen quod est inter commune spatium quod iun
gitur illis duobus ventriculis qui sunt
in anteriori parte capitis et ventriculum
qui est in posteriori eius clausus sit ut
spiritus videlicet qui est in communi eius spatio
possit facere motus ut confortetur et
sic ei sit augmentum fortitudinis ad co
gitandum et intelligendum .i. ut sit forti
or in cogitatione intelligentia pru
dentia et cognitione. et ideo accidit ei qui
cogitat cingere caput ad terram et multum
aspicere eam. et movet .q. scribet ali
quam scripturam vel describet in ea aliquas
figuras ut sit hoc .q. auxilium ad depo
nendum illud corpus quod diximus esse simile
vermiculo sub foramine illius decursus
per quem transit spiritus ad posteriora capitis.
[S]piritus autem qui est in eo spatio .i. in ven
triculo medio est in hominibus diversus.
in quibusdam enim subtilis et clarus
et hic erit rationabilis cogitationis deposi
tor et bene cognationis in quibusdam
erit itaque hic amens et irrationabi
lis levis atque stultus.
[E]x ventriculo autem cerebri anterio
ris procedunt .vii. paria nervorum
ex quibus unum par .i. duo nervi ab
anterioribus venientes ventriculis vel
guntur oculis et sunt per eos visus et isti
inter ceteros nervos sunt concavi quia
necesse est visum ut spiritus qui mittitur
ad eum esset multus collectivus suffi

tiens et clarus et nulli alii corpori per
mixtus et aliud par neruorum iungi
tur cooptorio oculorum id est palpebris.
Et tercium iungitur lingue et per hoc
fit sensus gustus. Quartum iungitur
palato. Quintum iungitur timpano au
ris et per hoc sensus auditus. Sextum
descendit ad extrema prestans ei sen
sum et reuertitur ex eo quoddam par ad uul
uam mouens eam ut colligitur sur
sum. Septimum iungitur lingue
per quod mouetur et sic operantur. Hii uero
nerui per spiritum uiuum qui transit in eis ex
cerebro ad membra. Et uidetur
huius rei experimentum quando accidit aliquid accidens
ut destruatur meatus spiritus qui est
in aliquo horum neruorum et prohibet
ille spiritus ne pertingat ad membra et anni
hilatur opus illius membri ut aqua
que colligitur in oculo quando cum separat
neruos spiritus qui est in uisu et aspectum o
paratur ad cecitatem et uelud commix
tiones id est mali humores et uapo
res qui claudunt et separant inter
spiritum et tympanum auris et instrumentum o
doratus et instrumentum gustus siue in
strumentum tactus operantur surditatem
aut destructionem gustus aut tactus
aut odoratus. Cumque aperti fuerint illi
meatus aut per medicamentum aut per
directionem nature reluctantis contra
infirmitatem redit membrum ad opus
suum et efficitur sanum atque ualens.
Procedit quoque ex parte cerebri pos
teriori nucha que est pars cerebri et
descendit per os colli in nomine alpha
tar. qui sunt modi spine dorsi. gra
tur ex eo multa paria neruorum inter
unumquemque alphetar. scilicet unum par tantum

sicut ad alcadal que est quedam carto
mixta neruis per quas fit motus mem
brorum ceterorum quia per hos fit motus ma
nuum et pedum et totius corporis cauit
retunditum est quod si aliquando aliquis
ex hiis neruis passus fuerit aliquod
impedimentum per incisionem uel per puncturam
aut clausi fuerint decursus qui
in eo quia tunc mutatur motus illius
membri cui mutabatur aut debilita
tur aut destruitur et hoc est sit secundum
quantitatem impedimenti quod passus fuerit ner
uus idem. Videmus namque ma
nus sanas contractas sanas et inte
gras et cum alicuius impedimenti non
appareret in eis et tamen nichil in eis sen
tit. et cum hee infirmitates curate fue
rint per aliquod medicamen quod posita
super decursus cerebri. et si sunt me
dicamina que purgant decursus mem
brorum et aperiunt ipsas clausuras re
stituitur ad eadem membra spiritus sensus
et motus. si ipsa infirmitas non ita
[illegible] in illuram curationis. et
ipsa membra non fuerint adeo debilita
ta ut non possint sustinere pondus
curationis. Et forte sic accidit spiri
tui qui est in omnibus uentriculis et in qui
busdam ex hiis aliquod impedimentum
ex mala repletione malorum uaporum
et per hoc destruitur tactus ipsius
membri. Verbi gratia cum ipse spiritus tactum qui
est in anterioribus uentriculis aliquod im
pedimentum aut corruptionem passus
fuerit fit ex hoc destructio sensuum
quemadmodum accidit ei qui ingredi
tur balneum et ibi moram facit
obscurantur oculi eius et nichil uidet
aut quemadmodum accidit ei in quo

excitatur colera rubea et eius ua
por ascendet ad caput eius inunctusque
fuerit ille uapor spiritum qui est in eius
cerebro anteriori sensus obscuratur in
sensus eius et non uidet aliquid et sic ac
cidit aliud penes auditum ceteros
sensus. Verbi gratia si accidit aliquod impe
dimentum in parte cerebri media et cetere
partes eiusdem cerebri fuerint incolumes
destruitur cogitatio et cognitio tamen et
remanent sensus atque motus equales
ut illud quod accidit in melancolia
infirmitate que est commixtio uel tur
batio rationis et destructio cogitationis.
Et si fuerit impedimentum in parte
cerebri posteriori destruitur memo
ria tamen et erunt cetera actus hominis equales
id est recti. Et si fuerit impedimentum
in hiis duobus uentriculis aut in tri
bus occupantibus totum cerebrum erit
impedimentum in cogitatione et sen
su et in motu ut illud quod accidit
cadentis et similibus hiis. Probatur ergo
per hoc quod diximus euidentius quod ille spiritus
qui est in anterioribus uentriculis ope
ratur sensus uisus auditus gustus olfactus tactus et
cum hiis operatur [illegible] quam greci
uocant fantasiam et quod spiritus qui est
in uentriculo medio operatur co
gitationem atque prudentiam et quod spiritus
qui est in posteriori uentriculo op
eratur memoriam et motum. Con
stat ergo ex hiis omnibus quod in humano
corpore sunt duo spiritus unus qui uo
catur uitalis cuius nutrimentum uel sus
tentatio est aer et eius emanatio est
ex corde et inde mittitur per pulsum
ad reliquum corpus et operatur uitam
pulsum atque anelitum et alter

qui est ab anima dicitur animalis qui operatur in
ipso cerebro cuius nutrimentum est spiritus ui
talis et eius emanatio est ex cerebro et opera
tur in ipso cerebro cognitionem et me
moriam atque prouidentiam et ex eo mit
titur per neruos ad cetera membra ut ope
rentur sensum atque motum.

Narrare aliquid de anima certissime
regione est ualde difficile et hoc ret
tatur diuersitas siue discordia precipu
orum philosophorum platonis scilicet et aristotelis et gedoli
nec non et ... et eorum similium quibus eos ue
nerunt. Sed nos commemorauimus utrasque
diffinitiones quibus diffiniebant eam
plato et aristoteles et in expositione utriusque par
tis earum utemur argumentis probabili
bus et sequitur hec narratio uirtutum
anime que sufficiens est ut in hoc loco et
plene erit nobis ex eo patefacere inten
tionem nostram scilicet differentiam que est inter animam
et spiritum declarare. Dicamus ergo
quod plato philosophus diffiniuit animam sic. Anima
est substantia incorporea mouens quidem
corpus. Aristoteles uero in diffinitione de anima
sic ait. anima est perfectio corporis agen
tis instrumentis potentialiter. Nunc autem
exponamus has duas diffinitiones
et incipiamus a prima que est platonis. Os
tendamus quod anima sit substantia et dicamus
quod quicquid recipit opposita cum
sit manens unum numero et mutabilis
est in sua essentia est substantia. Sed anima recipit
uirtutes et uicia cum sit una numero
ut anima platonis que est immutabilis in
sua essentia recipit uirtutes et uicia
cum sint opposita. Anima ergo que recipit opposita
cum sit una numero et immutabilis in sua
essentia et ita est substantia. Item dicamus
quicquid morti subiacet substantia est. sed

anima movet corpus, et corpus substantia est. Anima igitur substantia est. ¶ Et quia manifestum est argumentis patentibus quod sit substantia, nunc ostendamus quod anima sit incorporea. Et dicamus quod universi corporis qualitates esse perceptibiles, et anime qualitates non percipiuntur a corporeo sensu, et incorporeum qualitates autem anime sunt virtutes et vitia, que sunt insensibilia. Anima igitur est incorporea. ¶ Item omne quod est corpus subiacet omnibus sensibus aut quibusdam ex ipsis. Et anima non subiacet omnibus nec quibusdam ex ipsis. Anima igitur non est corpus. ¶ Item omne quod est corpus aut animatum aut inanimatum, et si anima est corpus, aut est animatum aut inanimatum. Et impossibile est ut anima sit inanimatum corpus, quem convenientem est ut sit anima inanimatum. Et si dixerimus quod sit anima animata, trahabitur nobis sermo de anima anime utrum sit corpus vel non, et ascendit hujusmodi ad infinitum. Non est ergo anima corpus. ¶ Item si anima est corpus subtile, aut erit aer, spiritus subtilis protium corporis dispersus, aut erit ignis. Et si fuerit ita, necesse est quod ille spiritus vel ignis habeat propriam virtutem vel propriam speciem que non sit ei anime propria species vel propria virtus, nisi habeat propriam aliquam virtutem quam non habet ignis vel aer. Omnis ignis vel aer erit anima. Quod si fuerit ei propria species, erit ipsa species anima. ¶ Item si fuerit anima corpus, necesse est ut sit simplex vel compositum. Quod si fuerit simplex corpus, erit procul dubio ignis vel aer aut aqua vel terra. Et si fuerit anima unum ex hiis quattuor esset absolute, id est absque aliqua fortitudine vel alia specie propria que separatur ab eo quod participatur ei in genere suo. Omne quod erit in genere suo erit

anima, sicut quia probatur quod si anima fuerit ignis, erit omnis ignis anima; si fuerit aer, omnis aer erit anima, et similiter de ceteris elementis. Et si fuerit ita, omne corpus quod continet elementum erit animatum, verbi gratia, si fuerit aere, pulmo vel pulsus atque uter inflatus erunt omnia ista animata, et omne corpus elementatum erit animatum. Et si fuerit aqua anima, erit vas plenum aqua animatum, et hic ubi sunt turpi et magarania. Et si fuerit anima corpus compositum, erit tunc corpus animatum simul corpus.

¶ Et quia iam patet quod anima sit substantia incorporea, nunc exponamus quibus modis movet corpus. Dicamus ergo quod omne corpus quod movetur aut movetur per motum sui moventis, quemadmodum movetur plaustrum per motum boum, vel movet cum id quod movet cum non movetur, quia quod movet aliquid aut movetur et non, aut movet et non movetur. Et hoc fit quattuor modis: quod est aut per desiderium a quo movetur, quemadmodum movet amator eum quem amat, aut per odium vel fugam sive timorem, quemadmodum movetur inimicus ab inimico suo vel econtra; aut per actum naturalem, quemadmodum movetur lapis pondere cum ponderosus per se ipsum sit immobile; vel quod id quod movet est occasio principalis vel causa illius quod movet, quemadmodum magisterium est causa motionis magistri cum magisterium non moveatur motu magistri. Sic anima movet corpus et ipsa non movetur per motum eius. Anima igitur est causa motionis animalium per voluntatem et opus atque motionem, et ipsa non movetur aliquo motu movens corpus cum ipsa sit incorporea. ¶ Videamus ergo ex hiis quattuor modis quos diximus quo modo motionis anima moveat corpus. Dicamus ergo quod anima movet corpus secundo modo motionis ex secunda specie motionis. Hoc est movet corpus cum ipsa sit immobilis. Movet enim eo quod ab ipsa sit occasio principalis sive causa motionis eius, quia ipsum corpus operatur per eam et quod eligit movetur et operatur. Et quemadmodum magisterium est causa motionis magistri et illud magisterium non movetur per motum magistri, ita anima movet corpus et non movetur per motum eius. Anima ergo est causa motus animalium per desiderium et voluntatem et per opus atque motionem, et tamen non movetur aliquo modo ex modis motionis corporis quod sit incorporea. ¶ Et quia iam exposuimus diffinitionem philosophorum qui diffinierunt animam et parte fecimus omnium partium eius interpretationem, nunc tractemus de diffinitionibus. Aristoteles philosophus exponens diffinivit eam animam sicut dicitur, quod esset perfectio corporis agrestis et in venientis possibiliter. In libro autem de anima quem fecit talis est diffinitio: anima est perfectio corporis naturalis instrumentalis viventis possibiliter.

Revertamus igitur ad hoc quod posuit dicit quod ex rebus que possibiles dicuntur, que de rebus quedam sunt possibiles et quedam perfectione, cumque pervenerit res ad effectum perfectionem designat. Perfectio enim est eius receptio sive speciei, ex hac enim parte dicitur anima perfectio quod animal est animatum post erat animal et cum animatum fuit post effectivo, tunc forte dicitur perfectum, et eius perfectio est receptio sive speciei ut sit animatum sensibile ac mobile voluntarie. ¶ Constat ergo ex hoc quod diximus quod anima sit perfectio animalis sine dubio cum sit perfectio animalis eiusdem, quia perfectio rei est receptio sive speciei. Et quia iam probatur quod anima sit species et hanc speciem vocamus perfectionem, necesse est nobis numerare modos perfectionis et eligere cuius ex hiis referatur ad animam. ¶ Dicamus ergo quod perfectio duobus modis dicitur. Est enim perfectio prima et est secunda. Prima namque in homine perfectio est scientia artis magisterium. Secunda est perfectio in homine studere ex hiis que novit ex illis magisteriis, verbi gratia. Media dicitur prima perfectio scientiam meditantem. Cum vero cepit operari, tunc sic dicitur secunda perfectio. Anima igitur est perfectio prima, quia si dormit caret sensu tempore dormitionis, est tamen illi anima sensibilis. ¶ Et omnis species atque perfectio species et perfectio alicuius rei. Anima ergo est species atque perfectio corporis. Modi autem corporum sunt duo. Quedam sunt corpora in quibus est species naturalis, ut animalia et arbores, ignis quorum et aqua, et quicquid habet motum naturalem in se ipso. Et sunt quedam quibus advenitur species per magisterium, ut hostium et scamnum. Anima ergo est species naturalis corporis, quia corpus non ex actibus magisterii differt, quia species naturalis a specie magisterii, quod species naturalis est substantia et species magisterii est accidens. Anima igitur est substantia que est species corporis naturalis. ¶ Modi vero corporis naturalis sunt duo, quia sunt quedam simplicia et quedam composita. Simplicia ut ignis, aer, terra, aqua; composita ut animalia et arbores. Anima autem non est species simplicis corporis naturalis, sed compositi, quia quicquid habet animam est animatum et quicquid vivit est convertibile et necesse est ei cibus quo possit recuperare

quod dissolutum est ab illo et quia apalietur eius negotionem dansei incrementum. ¶ Cibus quorum indiget diversis instrumentis ex quibus quedam sunt necessaria ei ut deferant eum ad corpus tenenda eumque curare vel penetrare faciunt ut guttur et vene in animalibus cortex quorum et rami in arboribus. ¶ Et quedam sunt necessaria refectioni corporis ut abiciant ab eo quedam superflua ut sunt in animalibus pori in arboribus exitus. ¶ Multiplicantur quorum instrumenta in animalibus propter magnitudinem eorum perfectionis et multitudinem eorum operum quia si est animalis erunt ibi membra vite ut est cor cerebrum et quicquid ingignitur eis ut si est sensibile erunt ei nervi et sensus. si vero fuerit mobile voluntarie erunt nervi ei et ala ad al- r- cato nervosa et si ita est decenter et habundantius est quod anima est prima perfectio corporis naturalis et hec diffinitio est universalis in mundanis et sufficientius omni anime que sunt in corpore corruptibili et dissolubili vel. ¶ Per vim autem corrumpere primam particulam et in loco eius ponere in ventris potestate non multum discedat ab illa quia interpretatio utrarumque diffinitionum est una. Dixit enim in vicem potentialiter voluit per hoc intelligi quod corpus erat in sui essentia antequam esset anima per hoc recipisse animam viventis. perfectione perfecte fuit sibi vivere. ¶ Sed voluit intelligi per hoc quod dixit viventis potentialiter quod esset instrumentum ei cum perfecte esset uti accidentibus vite. Id ergo significat instrumentalis quod viventis primo et hec est diffinitio Aristotelis quia diffinivit animam cum expositione sua quam exposuimus eam et patefecimus universaliter que parte eius. ¶ Et quia iam exposuimus utrasque diffinitiones Platonis et Aristotelis et patefecimus interpretationes universalesque partes earum nunc loquimur de virtutibus anime. ¶ Et dicimus quod principales sunt anime que sunt ei in fortitudine quia genera sunt tria. Prima scilicet vegetativa secunda sensibilis tertia rationalis que utitur ratione et cognitione et cogitatione. Et hee virtutes vocantur ad placitum anime. dicitur enim anima vegetativa et sensibilis bestialis et mobilis que movetur scilicet voluntarie et anima rationalis que utitur ratione et cognitione et cogitatione. anima autem vegetabilis que anima in aliis libris vocatur sementalis est in nobis communis cum arboribus et herbis et animalibus et anima sensibilis que alibi vocatur vitalis nobis et animalibus est communis. anima vero rationalis propria mentis hominis. opus autem vegetabilis anime est nutrire et reficere. et hoc facit per quatuor virtutes que vocantur naturales que sunt attractiva retentiva digestiva expulsiva. et hee operationes inveniuntur in omni vegetabili. id est in arboribus et herbis et animalibus et hominibus quinque operationes anime sensibilis que dicuntur vitales sunt sex visus auditus odoratus gustus et tactus. quintum quoque eius corporis sensus et fantasia et motus totius mutationis de loco in locum voluntarie et hec omnia inveniuntur in omni animato scilicet in animalibus et hominibus. operatio anime rationalis sunt cogitatio providentia et estimatio et dubitatio atque

memoria et hec opera proprie sunt hominis anima non ceterorum animalium. ¶ Et quia auxiliante deo iam exposuimus quid sit spiritus et anima nunc loquimur de differentia que est inter eos. Dicamus quod quod differentia prima inter eos est quod spiritus est corpus anima vero incorporea et spiritus comprehenditur a corpore. Anima vero non potest a corpore comprehendi et spiritus cum separatur a corpore perit. opera vero anime pereunt a corpore. sed ipsa non perit in se ipsa. anima quoque movet corpus et prestat ei sensum atque vitam mediante spiritu et spiritus operatur hec absque illo mediatore. anima est motor corporis et prestat ei vitam quia prima causa est huius rei operatur in eo. spiritus vero operatur hec et est secunda causa. spiritus vero est causa vite corporis et eius sensus atque motus ceterorumque eius actionum causa proprio. anima vero huius causa longior est quare est magis causa. ¶ Cum enim humanum corpus esset corpus compositum ex quatuor partibus diversissimis que sunt vasa dura et tenacia ut nervi quorum hac vene et cetera huius similia ex partibus humidis que sunt humores scilicet sanguis flegma et utreque colere et ex spiritu qui est in ventriculis cordis et in cerebro et in pulsibus quorum et in venis omnis spiritus qui fuit vilibus partibus subtilior et purior et fortior ceteris partibus corporis et aptior ad recipiendum actus anime et secundum quantitatem subtilitatis ac claritatis eius recipiet de actibus anime et propter hoc dixerunt philosophi quod virtutes anime sequuntur complexiones corporis cum ergo complexio corporis fuerit in perfectione equalitatis erit spiritus qui est in corpore suo in perfectione equalitatis et erunt actus anime in eo in perfectione equalitatis. ¶ Cuius vero complexio membrorum in quibus sunt spiritus in propria temperatione fuerit minus perfecta imperfectus erit et spiritus in eo quod ei debetur ex subtilitate et imperfectiores erunt actus anime. hac de causa fiunt virtutes anime imperfectiores in pueris et in mulieribus debiliores et similiter in gentibus in quarum complexione vincit calor vel frigus propter propinquitatem ad solem vel eorum longitudinem ab eo ut sunt ethiopes et eorum consimiles et propter hoc simpliciter fiunt actus anime in spiritu diversi quia fiunt per spiritum qui est in corde vita anhelitus et pulsus tantummodo eo quod hic est grossior ceteris spiritibus scilicet aeri propinquior et minus subtilis preterea per spiritum qui est in ventriculis anterioribus cerebri fiunt sensus et fantasia propter quod ad quos fiunt de augmentatione subtilitatis super ipsum qui est in corde. deinde per spiritum qui est in ventriculis sequentibus fit cognitio et providentia propter hoc quod acceperunt de subtilitate super alium spiritum et propter hoc necesse est ei habundancia subtilitatis dum vult recordari alicuius rei antique que iam precessit et aliquo tempore iam elongatum est. et hec sufficiant. Explicit liber de differentia spiritus et anime.

Incipit liber Aristotelis de methaphisica translatus a boecio de greco in latinum.

Omnes homines natura scire desiderant. Signum autem est sensuum.

980 a 20

dilectantur. Preter enim utilitatem propter se ipsos diliguntur, et maxime aliorum qui est per oculos. Non enim solum ut agamus sed et si nichil agere conuenientes hoc ipsum uidere pre omnibus aliis ut dicam eligimus. Causa autem est quia hic maxime sensuum nos scire facit et multas differentias demonstrat. Animalia itaque natura habentia sensum fiunt, sed ex sensu quibusdam quidem horum memoria fit, non est quibusdam autem non fit. Et propter hoc [980b20] quedam alia prudentia sunt. Alia uero non memorare possibilibus disciplinabiliora. Prudentia uero non sunt sine disciplina quecumque non sonos audire possibilia sunt, ut apes et si aliquod aliud animalium huius generis est. Addiscunt autem quecumque cum memoria et hunc habent sensum. Alia quidem igitur ymaginationibus et memoriis uiuunt, experientiam autem parum participant; sed hominum genus arte et rationibus. Fit autem ex memoria hominibus experimentum; eiusdem namque rei multe memorie unius experientie [981a1] potentiam faciunt. Et fere uidetur autem arti scientie simile experimentum esse. Hominibus autem scientia et ars per experimentum accidit. Experientia enim artem fecit, Polus ait recte dicens, sed inexperientia casum. Fit autem ars cum ex multis experimento intellectis una fit uniuersalis de similibus acceptio. Acceptionem quidem enim habere quia Ploni et Socrati contulit hanc egritudinem infirmantibus hoc iam contulit. Et uniuscuiusque sic multis experimentum est. Quod autem omnibus huiusmodi secundum unam speciem determinatis hanc egritudinem laborantibus contulit, ut flegmaticis aut

colericis aut estu febricitantibus, hic artis est. Ad actum quidem igitur experientia nichil ab arte differre uidetur, sed expertos magis proficere uidemus sine experientia rationem habentibus. Causa autem est quia experientia singularium est cognitio, ars uero uniuersalium. Actus uero et generationes omnes circa singularia sunt. Non enim medicans hominem sanat nisi per accidens, sed Platonem aut Socratem aut aliorum aliquem sic dictorum cui hominem accidit esse. Si igitur sine experimento uel aliquis rationem habeat et uniuersale quidem cognoscat, et in hoc autem singulare ignorat, multotiens peccabit in curatione; singulare namque curabile est. Sed tamen scire et … magis arte quam experimento arbitramur et esse artifices expertis sapientiores [981a25] arbitramur, tamquam sit magis scire sapientiam omnia sequentem. Hoc autem est quia hii quidem causam sciunt, alii uero non. Experti enim ipsum quia sciunt, sed propter quid nesciunt. Hii propter quid et causam sunt cognoscunt. Unde et circa [981b1] architectores quidem esse quibus et nobiliores et magis manu artificibus scire denotamus et sapientiores, quia factorum causas sciunt; illi quasi sicut quedam inanimatorum faciunt ut ignis exurit. Sed quod faciunt incognita faciunt. In animatis quidem igitur natura quadam horum unumquodque faciunt, sed manu artifices per consuetudinem, tamquam non secundum id quod est practicos esse sapientiores sunt, sed secundum quod rationem habent et causas cognoscunt. Et omnino scientis signum est posse docere aut docere. Et ob hoc autem artem

magis experimento scientiam esse existimamus. Possunt enim hii, hii autem docere non possunt. Amplius autem sensuum nullum esse sapientiam ponimus. Et tamen maxime sunt singulorum cognitiones magis proprie sunt, sed propter quid de nullo dicunt, ut propter quid ignis calidus, sed quia solum calidus est. Primum quidem igitur conueniens est quamlibet artem inuenientes ultra communes sensus admirari, non solum propter quia aliquid inuentorum utilitatem, sed sicut sapientem et ab aliis distinguentem. Pluribus autem repertis artibus et aliis quidem ad necessaria, aliis autem ad introductionem existentibus, semper hii sapientiores esse illis arbitrandum est, propter id quia illorum scientie ad utilitatem non sunt. Horum uero ad disciplinam reperte sunt. Unde hiis omnibus hii repertis hee non ad uoluptatem nec ad scientiarum utilitatem reperte sunt in hiis locis studuerunt. Unde circa Egyptum mathematice artes substiterunt primum, namque ibi igitur sacerdotium studere concessum est. Dictum est quidem igitur in ethicis in quo differt ars et scientia et cetera horum similium generum, propter quod autem causam iam nunc facimus sermonem. Hic est quia denominatam sapientiam esse primas causas et principiorum primum opinantur omnes. Quare sicut prius dictum est expertus quidem quibuslibet sensum habentibus uidetur esse sapientior, artifex autem expertis, manu autem artifice architector, speculatiue autem magis actiuis. Quod quidem igitur sapientia est primas causas et principia sit manifestum [982a3] 2 est. Quoniam autem hanc scientiam querimus, hoc utique considerandum est circa quales causas et circa qualia principia scientia sapientia sit.

Si igitur aliquis accipiat opiniones quas habemus de sapiente, fortassis utique ex hiis manifestum fiet magis. Arbitramur autem primum scire maxime omnia sapientem sicut conuenit, non secundum unumquodque habentem scientiam eorum; post ea difficilia cognoscere posse et non leuia, omnium hominum cognoscere sapientem; adhuc certiorem et doctissimum causarum sapientiorem esse circa omnem scientiam; et scientiarum illam que sui ipsius causa est et sciendi gratia eligibilis sit magis esse sapientiam quam que ad euentum causa est; et hanc antiquiorem famulante magis esse sapientiam. Non oportet enim ordinari sapientem sed ordinare, nec hunc ab alio suaderi sed ab hoc minus sapientem. Opiniones quidem igitur hee et tot habemus de sapientia et sapientibus. Horum autem scire omnia quidem maxime habenti uniuersalem scientiam necessarium est. Hic enim scit quodammodo omnia subiecta. Fere autem et difficillima hominibus cognoscere maxime uniuersalia sunt; a sensibilibus enim longissime sunt. Certissime autem scientiarum sunt maxime primorum subiectorum. Namque ex paucioribus certiores sunt hiis que ex appositione dicuntur, ut arismetica geometria. At uero doctrina que est causarum speculatiua magis est et doctibilior; causarum magis speculatiua est. Hii docent qui causas de uno quoque dicunt. Scire autem et intelligere propter hec causas maxime inest scientiis [982a31] maxime. Scire enim propter se ipsum desiderans maxime scientiam desiderabit. Hec autem maxime scibilis. Maxime autem scibilia principia et cause prime sunt. Propter ea enim et ex hiis alia cognoscuntur, sed non hec propter subiecta. Antiquissima autem scientiarum et magis principalis famulante cognoscens cuius causa agendum est

unumquodque. hoc autem est causa quia bonum hoc
omnino potissimum in natura omnium
me est. Ex omnibus igitur dictis in hanc sci-
entiam cadit quesitum nomen. Oportet enim
hanc primorum principiorum et causarum spe-
culativam esse. bonum enim et quod cuius
982b11 gratia causa est. Quod autem sit non activa ma-
nifestum ex primis philosophantibus est. propter id enim
quod est mirari homines et nunc et primum
ceperunt philosophari. Ex principio quidem
dubitabilium parum prodificientibus causam mira-
tes, postea secundum parvum procedentes et
de maioribus dubitantes, ut est de lu-
ne passionibus et hiis que sunt circa solem
et astra et de omnium generatione. Dubitans
autem et admirans opinatur ignorare.
unde et ō i. amator fabularum et philosophus
quodam modo est. fabula enim composi-
ta ex miris est. Quare siquidem propter id quod
est fugere ignorantiam philosophati sunt, pa-
lam est propter id quod est scire et intelligere pro-
secuti sunt et non causa alicuius usus. Tes-
tatur enim hoc ipsum accidens. Fere enim
omnibus existentibus necessariis ad voluntta-
tem et ad eruditionem hec prudentia in-
982b24 vestigari incepta est. Manifestum
igitur quia propter nullam ipsam querimus utili-
tatem aliam. Sed sicut dicimus quia homo liber
est cum sui ipsius causa sit et non alterius, sic
et hec scientia liberalis est sola, cum hec sui ip-
sius gratia est. Unde et iuste non humana ex-
istimatur, cum sit ipsius possessio. multi-
pliciter enim humana natura ancil-
la est. quare secundum Symonidem solus deus habet
sensum. virum autem non querere que est secun-
dum se ipsam scientiam indignum est. Si vero
aliquid dicunt poete et aptum natum
est invidere divinum, in hoc accidere ma-
xime merito est et infortunatos esse et super-

fluos omnes esse. Sed neque divinum invidum
esse contingit, sed secundum fabulam mul-
ta mentiuntur cantantes, nec hac alia
congruit existimare honorabi-
liorem. Divinissima enim et honora-
bilissima est. Hec autem dupliciter est solum. Quam
enim maxime deus habet, de ea habet scientiam, et si ali-
qua aliarum divinorum sit. Sola autem hec u-
trisque contingit. Deus autem et causarum
omnibus principium videtur esse quoddam et
hanc talem aut solus aut maxime
deus habebit. Alia utique nec non servitores ne-
cessariores igitur hac omnes, potior autem nec
una est. Oportet tamen constituere quodammodo
ordinem ipsius in contrarium nobis
que sunt a principio questionum. Inci-
piunt enim sicut diximus ab eo quod est
admirari omnes si sic se habent sicut
sunt miraculorum per se contingentia
nondum considerantibus causam, aut circa solis
conversiones aut diametri incommensura-
tionem. Mirabile enim videtur omni-
bus si aliquid numero non mensure-
tur. Oportet autem in contrarium et in melius
secundum proverbium perficere, sicut et in hiis cum
addiscimus. Nichil enim ita mirabitur
sicut vir geometricus si fiat diame-
tros commensurabilis. Quod ergo sit natura
dicte scientie dictum est et de eius intentione
quam oportet contingere questionem totam scientiam
discentem.

983a Quoniam autem manifestum est quia que sunt
a principio causarum oportet accipere scientiam,
tunc enim opinamur scire unumquodque quando
causam primam opinamur cognoscere.
Cause autem quadrupliciter dicuntur, quarum quidem
unam dicimus causam substantiam et quid erat
esse. Reducitur enim quod est propter quid
ad rationem ultimam. causa autem et prin-

cipium quod est propter quid primum. Aliam
autem materiam et subiectum. Tertiam unde
principium motus. Quartam autem huic op-
positam causam cuius causa est et bonum. Finis enim
generationis omnis et motus hic est. Quam vero (?)
Considerantes igitur sufficienter de hiis
983b1 in hiis que sunt de natura, tamen fere-
mus autem priores nobis in considera-
tionem eorum que sunt venientes et de
veritate philosophantes. Manifestum est quia et illi
quedam principia dicunt esse et causas. Acce-
dentibus igitur ad opus scientie que nunc est, erit
aliquid aut alterum aliquod cause ge-
nus inveniemus aut nunc dictis ma-
gis credemus. Plures igitur primum
philosophantium in materia sola specie omnium
principium opinati sunt. Ex quo namque
sunt omnia entia et ex quo primo fiunt
et in quod ultimum corrumpuntur, substantia autem
permanente in passionibus autem mutata,
hoc elementum et hoc entium principium esse
dicunt eorum que sunt. Et propter hoc nec fieri quid
nichil opinati sunt et tamquam hac natura
semper sit servata, sicut nec Socratem dicimus
fieri simpliciter cum bonus aut musicus
fit, nec perditum cum has habitudines
abiciat, propter id quod semper sit subiectum perma-
nens Socrates, nec aliorum nullum. quandam
enim naturam oportet esse aut unam aut
plures una ex quibus hac salvata alia
fiunt. Hanc igitur principii multitudinem
autem speciem non omnes idem dicunt. Sed
Tales quidem huius philosophie princeps aquam
esse dicit. Unde terram super aquam professus
est. hunc fortassis respectum accipiens
ex eo quod omne alimentum humidum esse
videtur et ipsum calorem ex hoc fieri et
animal esse. Ex quo vero omnia fiunt hoc est prin-
cipium. Et ideo hanc opinionem accepit

et propter id quod omnium semina humidam habent
naturam, aqua autem ratio (?) principium humidis est.
Sunt autem quidam qui multum
vetustissimos multum ante nunc ge-
nitos et primo theologizantes sic de
natura concipere opinati sunt. Oc-
eanum enim et Thetim generationis patres fece-
runt et aquam apud eos fugam (?) vocatam de-
orum iurandum fecerunt. Senissimum
enim et honorabilissimum est. Siquidem 984a1
hanc quidam principalem et veterem
de natura sententiam esse. Sed fortassis in-
manifestum est. Tales hoc modo de
primo professus esse dicitur causa. Yppona quidem nec
aliquid propter infirmam ipsius sententiam
ponere dignatur. Anaximenes
autem et Diogenes aerem prius aqua
et maxime simplicium eorum corporum
principium ponunt. Yppasus autem Meta-
pontinus et Eraclitus Ephesinus
ignem. Empedocles autem quattuor, utique terram dicta
terciam apponens. Hec enim semper ma-
nere et non fieri sed aut multitudine aut
paucitate congregata autem et disgregata
in unum et ex uno esse. Anaxagoras autem Cla-
zomenius etate prior operibus vero pos-
terior infinita dicit esse principia.
Fere namque similes partes omnes ut aquam
autem ignem sic fieri aut perdi congregatio-
ne aut disgregatione solummodo di-
cit. Aliter autem nec fieri nec perdi sed remane-
re perpetua existentes. Igitur solam causam in [illegible]
specie causam esse aliquis intelligat. Sic
autem procedentibus ipsa res hiis viam fecit
et querere coegit. Si enim est namque quam-
dem omnis corruptio et generatio ex quodam
uno aut pluribus est, quare hoc accidit et que
sit causa? Non enim subiectum ipsum facit
transmutare se ipsum. Dico autem ut neque lignum neque
es utrumque transmutare causa est. nec facit lignum lectum
nec es perdolum facit. Sed quidam muta-

tionis causa altera. hoc autem querere est
alteram causam querere sicut nos dicimus unde
gnoscentem quid res quam non esse. Ipso-
rum autem horum alterum altero magis et
maxime qui quid est sed non quia quantum
aut quale aut quid facere aut pa-
ti aptum natum sit. Adhuc
autem et in aliis scire unumquodque quo-
rum sunt demonstrationes tunc opina-
mur cum cognoscamus quid est ut quid
est tetragonizare quoniam medii est inven-
tio. similiter autem et in aliis. circa autem
generationes et actus et circa omnem mu-
tationem est scire quando cognoscamus
cum sciamus principium motus hoc
est alterum et oppositum fini. Alterius utique
scientie videbitur esse causarum harum unamquamque
considerare. At vero et demonstra-
tivis principiis utrum unius
scientie aut plurium dubitabile est.
Dico autem demonstrativas opiniones
communes ex quibus demonstrant. ut
quoniam omne necesse est affirmare vel
negare. et impossibile simul esse et non esse
et quecumque alie tales propositiones. hii sunt
utrum una harum scientia sit et substantie aut
altera. et si non una quam congruit appel-
lare quesitam nunc. Unius enim
non est rationabile esse. quid enim magis
geometrie quam cuiuslibet de hiis est pro-
prium audire. Si quidem igitur equaliter
cuiuslibet inest omnibus autem non contin- 997a1
git. sicut nec aliorum cuiquam causa cog-
noscendi sic nec cognoscentis substantias
proprium cognoscere est de ipsis. simul autem
et quomodo est ipsorum scientia. Quod enim u-
numquodque sit horum contingit esse et nunc
cognoscimus. Hiis igitur enim sicut cog-
nitis ipsis et alie utuntur artes. Si vero
demonstrativa de ipsis est oportebit
aliquod genus esse subiectum et alias quidem
passiones. alias vero dignitates ipso-
rum esse. de omnibus enim demonstratio-
nem impossibile est esse. necesse est ex aliquibus de aliquo esse
et circa quoddam et quorundam esse demonstra-
tionem. quare accidit per unum quoddam aliquod
genus esse omnium demonstratorum. Omnes
enim demonstrative utuntur dignitati-
bus. At vero si altera substantie et de hiis que
magis propria et prior apta nata est
ipsarum. Universales enim et maxime omni-
um principia dignitates sunt. Et
si non philosophi est alterius considera-
re esse ipsas verum et falsum. Et omnino substantiarum utrum
una omnium aut plures sunt scientie. Si quidem
igitur non una sit cuius substantie pone-
mus scientiam hanc esse. Unam autem

omnium esse non esse rationabile. et namque
demonstratio sit una esse de omnibus
per se accidentibus quare necesse non contin-
git. Si quidem omnis demonstrativa
circa unum genus considerat per se acci-
dentia ex communibus opinionibus. Sed ergo
circa genus quod sunt per se eiusdem est conside-
rare ex eisdem opinionibus. unius
est. Secundum ea ex quibus contingit esse al-
terius circa et alia sive hec conside-
rent sive ex hiis una sit. Amplius
autem utrum de substantia consideratio una
sit an et accidentia ipsius. Dico autem
sic si sit unum substantia quedam est et linee et
plana utrum eiusdem hec cognoscere
scientie et accidentia circa unumquodque genus
de quibus demonstrat mathematica aut
alterius sit. Siquidem enim eius-
dem demonstrativa quidem utique
erit et substantie hec videtur autem ipsius quidem
est demonstratio esse. sed hoc quod aliquid
est et non esse demonstratio videtur. Si autem
alterius est que erit considerans circa sub-
stantiam accidentia. Hoc enim reddere dif-
997b1 ficile penitus. Amplius utrum sen-
sibiles substantias solum esse dicemus
aut et preter has et alias. et utrum sin-
gularia aut plura genera esse con-
tingit substantiarum ut dicentes species
quoque et media circa que mathematicas scien-
tias esse scientias. Quemadmodum igitur
dicimus species causas et substantias esse secundum se
dictum est in primis rationibus de ipsis
multipliciter enim habentibus difficulta-
tem nichilominus inconveniens affir-
mare quidem enim quasdam naturas
preter eas que sunt in celo has autem eas-
dem esse sensibilibus esse quoniam illa qui-
dem perpetua hec autem corruptibilia
ipsum hominem enim dicunt equum et sa-
nitatem. sed nichil aliud simile facien-
tes quam deos quidem esse affirmantes
et species esse humanas. Nec enim nichil
aliud quam perpetuos homines facie-
bant nec species quam sensibilia perpetua.
Amplius autem si aliquis preter species et sen-
sibilia media ponit multas opi-
niones habebit. Manifestum enim quod
similiter preter lineas sensibiles linee erunt
et aliorum unumquodque generum. quare siqui-
dem astrologia harum una sit erit
et celum preter sensibile celum et sol
et luna que sunt secundum celum et quomodo
huius credere oportet. non enim immobile esse
rationabile est. moveri autem et penitus im-
possibile est. Similiter autem et de quibus trac-
tat armonica que est mathematicas
et hec namque preter sensibilia esse est
impossibile. Similiter autem inter species
et sensibilia media sunt manifes-
tum quoniam et alia et ab ipsis corruptibi-
libus media erunt. Dubitabit
autem aliquis et circa qualia rerum has scientias
querere oportet. Si namque in hoc physica
terre mensuratione geometria solum
differt quod hoc quidem horum est que senti-
mus. illa vero non sensibilium mani-
festum quoniam et preter medicinam
erit quedam scientia et preter aliorum u-
numquodque medium quod ipsius medi-
cine tamen et hoc quomodo erit possibile. Et
namque sit sanativa erunt preter sen-
sibilia et ipsum sanum. Simul autem et hec
nec verum est quod terre mensurativa sit ma-
gnitudinum corruptibilium. corrumperetur enim corruptis.
At vero nec sensibilium magnitudi-
num est nec circa celum hec astrologia est.
nec enim sensibiles linee huius sunt quales 998a1

dicit geometer. nullum enim rectum sic est
sensibilium ut rotundum. tangit
namque ipsum circulus non secundum punc-
tum sed sicut pitigoras dicit geometer.
arguens ut motus celi similes sunt
de quibus astrologia rationes facit ut
signa eandem astra habent naturam.
Sunt quidem quidam qui has medias inter
species et sensibilia sed in hiis simplicia
accidentia omnia aliquid plura id
nisi est. hiis sufficiens considerare
sit ut enim nichil sic se habet solus
rationabile. Sed in manifestum est quod species
insensibilium esse. hoc enim utraque
eiusdem rationis sunt. Amplius autem
duo firma in eodem esse loco necesse
est et non esse immobilia que sunt mobilibus
sensibilibus. omnino autem si aliquis ponat
hec esse insensibilia hiis inconveniens
accidere necesse est erit namque preter
hoc celum aliud celum preter hoc
3 et non seorsum sed in eodem loco quod qui-
998a20 dem impossibilius est et de hiis que in
ta dubitabilia est quo ponentem prin-
cipium in natura evenire oportet et de prin-
cipiis utrum genera elementa oportet opinari
aut ex quibus primis cum insunt u-
numquodque quod est ut sunt vocis elementa
et principia videntur esse ea ex quibus
primis voces componuntur sed non quod
communis vox est et non diagrammatum
ei elementa dicimus quorum demonstrationes
aliorum demonstrationibus insunt
omnium aut plurium. Amplius autem cor-
porum plura et unum esse dicentes ex qui-
bus constituta sunt principia esse
affirmant. Ut empedocles ignem et aquam
et post hec elementa dicit esse ex quibus
sunt res que sunt cum insunt. sed

non sicut rerum genera dicit esse. Ad-
huc autem si quis materiam arcificialem 998b1
ut lectum ex quibus partibus est et quo
compositus naturam ipsius cognos-
cet. Ex hiis quibus rationibus non utique
erunt genera rerum principium sed secundum quod
unumquodque quidem per diffinitionem cogno-
scimus diffinitionum autem principia genera
esse necesse est et genera diffinitorum esse
principia et sic eorum que sunt accipe-
re scientiam specierum est secundum quas res di-
cuntur esse specierum principia ge-
nera sunt. Videntur autem quidam dicen-
tium rerum elementa esse unum et ens aut
magnum et parvum habere sicut generibus uti.
At vero utrumque dicere impossibile est
principia enim una ratio substantie non una est.
alia enim erit per genera diffinitio et dicens
ex quibus est cum insunt. Adhuc autem
et si genera maxime principia sunt utrum
oportet nominare genera principia. Vel u-
trum prima generum aut ultima
de individuis predicativa princi-
pia et de nominare oportet et hoc namque
ambiguitatem habet. Si quidem enim prin-
cipia magis que universalia sunt quare ge-
nerum supra hec esse que dicuntur de omni-
bus tot quot erunt principia eorum quod
actus quidem priora genera. Sicut ens et
unum erunt principia et erunt. hec
enim de omnibus rebus maxime dicuntur non
autem verum unum esse genus neque un-
um ens possibile est necesse est differentias generis
unam esse unamquamque. Impossibile est
autem predicari aut species de genere propriis dif-
ferentiis aut genus sine ipsius
speciebus. Quare si hec quidem unum est ge-
nus aut ens neque ulla differentia neque unum
neque ens erit. At vero si non genera ne-

principia erunt. sive principia
sunt genera. Amplius autem et media si-
mul accepta cum differentiis
erunt genera usque ad individua.
nunc autem alia quidem alia vero non.
Adhuc autem magis differentie prin-
cipia quam genera. Si autem sunt princi-
pia infinita ut est dicere principia
999a1 fient aliter quidem et si aliquis principium
primum genus ponat principium
magis speciale magis unum est. Unum enim
indivisibile est. Indivisibile autem omne
aut secundum quantitatem aut secundum spe-
ciem genera autem divisibilia in species sunt
magis utique unum est quod ultima pars.
Non enim genus homo est aliorum hominum
Amplius in quibus prius et posterius
est non possibile est in hiis aliquid esse preter
hec ut si primus numerorum dualitate
non erit numerus preter species numerorum. similiter
autem ut figure preter species figurarum.
si non horum est nec aliorum erunt ge-
nera preter species. horum enim videntur esse
na esse. Individuis autem non est hoc qui-
dem prius aliud vero posterius. Amplius
ubi hec quidem melius est illud vero peius
semper melius prius est. quare non erit horum
genus. Ex hiis quidem magis videntur in indi-
viduis predicantia quam genera princi-
pia esse. Item autem quomodo rursum oportet hec
accipere principium non leve dicere. prin-
cipium enim oportet et causam esse preter res quarum
est principium et posse esse separatum
ab hiis. Hic autem ad esse tale singulare
impossibile quare non aliquis opinabitur ni-
si quod universaliter predicatur et de omnibus. At vero
si propter hoc magis universale magis ponen-
dum est principium erunt principia pri-
999a24 ma utique esse genera. Est autem post hec

tinua dubitatio habens et omnium difficillima
et necesse considerare de qua ratio consistit. Si
vero enim non sit aliquid preter sensibilia
singularia autem infinita sunt nec in-
finitorum quomodo contingit scientiam acci-
pere secundum enim quod unum aliquid et
in quantum universale est aliquid omnia cog-
noscimus. At vero si hoc necessarium est oportet a-
liquid esse extra singularia necesse utique
est genera esse extra singularia hoc autem
quod impossibile sit materia abivimus. Amplius
sed quod maxime est aliquid preter compositum
est predicatur aliquid de materia ut sic est species a
preter omnia oportet considerare aliquid pre-
ter quod aliquid esse. preter autem quidam vero 999b1
est autem preter nichil. Si quidem igitur nichil est pre-
ter singularia nullum utique erit in-
telligibile sed omnia sensibilia et scientia
nullius nisi aliquis dicat sensum esse
scientiam. Item nec perpetuum nullum immo-
bile. sensibilia enim omnia corrumpuntur
et in motu sunt. At vero si perpetuum
nullum est nec generationem esse possibile est necesse
enim est aliquid esse quod fit et ex quo fit et horum
ultimum ingenitum siquidem statur et non
ex non ente possibile esse fieri. Amplius autem cum sit ge-
neratio et motus necesse est et finem esse. Non enim
infinitus est ut unus motus sed omnis
est finis et non potest impossibile fieri. factum est necesse est
esse cum primum factum est. Amplius si quidem
materia est propter id quod ingenita est. multo
amplius rationabile magis est esse substantiam
quod aliquando illa fit esse. si namque nec hec erit
nec illa nichil erit. si autem hoc impossibile
est necesse est aliquid esse preter compositum
formam et speciem. si vero hoc aliquis ite-
rum ponat dubitatio est in quibus po-
nat. hoc in quibus non. Quod quidem enim
in omnibus esse impossibile. Manifestum est non

enim utique ponentur aliquam domum
preter aliquas domos. ¶ Adhuc autem neque
substantia una omnium erit ut hominum.
Sed inconveniens est. Non enim unum omnia
sunt quecumque substantia una est, sed multa et dif
ferentia. Sed et hoc irrationabile est. Simul
autem et quomodo fit materia unumquodque horum
et est compositum utraque hec. ¶ Amplius
autem et de principiis hoc opponet utique
aliquis. Siquidem enim specie sunt unum,
nichil erit numero unum, nec erit ipsum unum
et ens. Et scire utique quomodo est, si non aliquid erit
unum in omnibus. ¶ At vero si numero unum
est et unumquodque principiorum et non est sicut
in sensibilibus horum aliquid, ut huius sillabe que
specie sunt eadem principia et hec namque
sunt numero altera. Si non ita sit, sed eorum que
sunt numero unum, non erit preter elementa il
lum alterum numero. Quidem enim unum aut
unumquodque dicere differt nichil. Sic enim
dicimus unumquodque numero unum. Universale autem
1000a1 quod est in hiis. Sicut si vocis numero essent
elementa determinata, necesse utique esset tot
omnes esse litteras quot quidem elementa, nec
existentibus et pluribus ipsis nec plurali
bus. Nec hoc autem minor dubitatio re
linquitur et in hiis autem nunc et prius,
utrum eadem corruptibilium et in
corruptibilium principia sunt aut
altera. Siquidem sunt eadem, quomodo
alia quidem corruptibilia, alia in
corruptibilia, et propter quam causam esse?
Qui quidem igitur circa Hesiodum et omnes quicumque the
ologi erant, solum curaverunt suadere
ad ipsos, de nobis autem non sollicitaverunt.
Deos autem facientes deos princi
pia et ex diis facta, non libantia nec
tar et ambrosiam mortalia fieri di
cunt. Manifestum quod hec nomina
nota dicentes ipsis, et de ipsa probatione
causarum ipsarum super nos dixerunt. Siqui
dem enim gratia voluptatis eorum
contingunt, nichil cause esse ipsis
sunt nectar et ambrosia; si vero ipsis cause,
quomodo essent perpetui indigentes ali
mento? Sed fabulose sophisticantes non dig
num est cum studio intendere. Sed de
ipsis per demonstrationem dicentibus
oportet addiscere interrogantes quare for
te ex eisdem alia quidem perpetua
secundum naturam sunt, alia vero corrum
puntur eorum que sunt. Causam autem nec
causam dicunt nec rationabile sic se habere,
manifestum est quia nec eadem principi
a nec cause ipsorum erunt. Et namque quem
cumque apposuit dicere aliquis utique consequenter sibi
maxime, Empedocles est, et hic idem passus est.
Ponit enim principium quoddam cau
sam discordiam; videbitur itaque
nichil minus et hoc generare omnia
preter unum. Omnia namque ex hoc
sunt nisi deus. Dicit igitur ex quibus sunt
omnia quecumque erant et quecumque
in antea arboresque germinaverunt et
viri femineque, et autem bestie et vo
latilia et in aqua pasti pisces et
dii longevi. Et sine autem hiis ma
nifestum. Si enim non in rebus non esset unum, 1000b1
utique essent omnia sicut dicit. Cum
enim convenerunt, tunc ultimum fit discor
dia. ¶ Unde accidit huic scientissi
mum deum minus prudentem esse aliis.
Non enim cognoscit elementa omnia. Dis
cordiam enim non habet. Cognitio autem similis
simili est. Terram quidem enim terra cog
noscimus, aqua aquam, concordiam
concordia, discordiam discordia
mala. Unde est igitur et hoc manifestum

quod accidit ipsi discordiam nichil magis
quam corruptionis esse causam. ¶ Similiter
autem nec amicitiam quam ad unum esse condu
cens enim in unum corrumpit alia. Et
simul autem ipsius mutationis nullam
causam dicit, sed autem quam sic aptum na
tum est. ¶ Sed cum magna in mem
bris apta fuit in humores quia pro
cessit ex necessitate, nec unam osten
dit. Sed tamen dicit credo. Non enim hec que
dem corruptibilia, illa vero incorruptibilia
facit eorum que sunt, sed omnia corrup
tibilia preter elementa. Sed nunc dicta dubitatio est quare
hoc quidem sunt corruptibilia, illa
autem non, si ex eisdem utraque sunt.
¶ Quod quidem igitur non eadem sunt prin
cipia tot dicta sunt. Si vero altera que
dam sunt principia, una quidem
opposita est, utrum incorruptibilia ipsa erunt
aut corruptibilia. Siquidem enim cor
ruptibilia, manifestum quia necesse est
et hec ex aliquibus esse. Omnia enim
corrumpuntur in hec ex quibus sunt.
Contingit ergo principiis alia et principi
a esse priora. Hoc autem impossibile
est et si stat et infinitum. Amplius autem quomodo
erunt corruptibilia si principia
destruentur? Si vero incorruptibili
a, quare quidem ex hiis incorrupti
bilibus corruptibilia erunt, ex alteris
autem incorruptibilia? Hoc autem ir
rationabile est, sed autem impossibile est
aut multa ratione indiget. Nec co
natus est ullus alius, alia sed eadem
1001a1 omnium dicunt principia esse. Sed primum
obiectum deglutiunt tamquam hoc quo
dam parvum opinantes. Omnium consi
derare difficillimum et ad cognoscen
dum verum necessarium, utrum forte ens et unum
sunt substantie eorum que sunt, et utique ipsorum
non alterum aliquid sunt hoc quidem
unum, illud vero ens; aut oportet querere quid
fortasse sit ens et unum tamquam substantia
alia. Hii quidem enim illomodo, alii
autem sic opinantur. Plato quidem enim et
pitagorici non alterum aliquid ens nec unum,
sed hoc ipsorum naturam esse quod sit substantia
id unum esse et aliquid esse. ¶ Qui autem de
natura ut Empedocles tamquam in notius re
ducens dicit quod unum ens sit. Videtur enim
dicere hoc concordiam esse. Causa igitur est
hoc esse omnibus. Alii autem ignem quidem,
alii aerem dicunt esse unum hoc et ens ex quo
que sunt esse et facta esse. Similiter autem dicunt et
plura elementa ponentes. Necesse enim et hiis
tot dicere unum et ens quot utique principia
esse dicunt. Accidit autem siquis non ponet
alterum substantiam et ens unum, nec aliorum
esse nullum. Hec enim sunt omnium universalia.
Non est aliquid unum nec ipsum ens est aliorum
aliquid esse preter ea que dicuntur singularia. Quare
amplius autem si non fit unum substantia, manifes
tum utique quia nec esset numerus tamquam separa
ta natura quedam ab hiis que sunt.
Numerus quidem enim unitates, unitas autem
quod vere unum aliquid est. Si autem est aliquid
et unum et ens, necesse est ipsorum substantiam
esse et unum et ens. Non enim alterum aliquid pre
dicatur, sed hoc eadem. ¶ At vero si est
aliquid ens et unum, multa dubitatio est quomodo
erit preter hoc aliquid alterum. Dico autem
quomodo erunt plura uno, que sunt alterum
enim ab ente non est. Quare secundum Parmeni
dem accidet necesse est omnia unum esse que
que sunt et hoc esse ens. Utrobique dis 1001b1
cordia est. Sive enim non sit unum substantia
sive sit substantia, impossibile est numerum
substantiam esse. Siquidem igitur non sic dictum est

prius propter quid. Si uero sit eadem dubi
tatio est de ente ex aliquo enim preter unum
erit unum ipsum aliquid necesse est enim nichil
esse omnia enim que sunt aut unum aut
multa sunt quorum unum est unumquod
que. Amplius autem indiuisibile est ipsum
unum quare secundum quidem zenonis digni
tatem nichil utique erit quod quidem enim
eorum nec remotum nec additum facit ad
maius. nec dicit hoc esse eorum que sunt
tamquam uidelicet sit magnitudo en
tis et si magnitudo corporea. hoc
enim penitus ens. alia quidem si appo
sita faciunt maius sic uero nullum
ut planum et linea. punctum uero nul
lo modo. Sed quoniam sic considerat honorose
et non contingit esse indiuisibile. quare
quid sit ad illum quemadmodum iste
responsionem maius quidem enim non faciet
plus autem appositum hic sed quale ex uno
hic autem ex pluribus erit magnitudo
simile enim est lineam esse ex punctis af
firmare. At uero si aliquis sic
opinetur et quod sic fiet sicut di
cunt quidam ex uno ipso et aliud
non ex uno quodam rationem nichilominus
querendum est propter quid et quomodo aliquando
quidem unum. At uero magnitudo erit
quod sit. siquidem enim non inequalitas ipsa
natura esset. nec quod ex uno ex hoc nec quod
ex aliquo alio et hec faciunt magni
5 1001 b 26 tudines manifestum est. hiis autem
simul habita oppositio est utrum numeri et
corpora et plana et puncta substantie que
dam sunt. aut non. si enim non sunt
refugit aliquid ens et que substantie eorum
sunt passiones quidem enim et motus
et quod aliquid sunt et dispositiones et rationes
nullius uidentur substantiam significare

ipsorum dicuntur enim omnia de subiecto quodam
et nullum hoc aliquid. que autem maxime
uidentur significare substantiam aqua
et terra et ignis sunt ex quibus composi
ta corpora constant. horum autem ca 1002 a 1
lores et frigora et huiusmodi passiones sunt
non substantia. corpus autem hoc patiens solum
permanet sicut ens aliquid et substantia que
dam. At uero corpus minus superficie
est et hac linea ista unitate et punc
to. hiis enim determinatum est corpus et
hoc quidem sine corpore conuenit
esse corpus autem sine hiis impossibile est esse.
unde quidam multi priores et substantiam et
ens opinati sunt esse corpus alia autem
huius passiones. quare et principia cor
porum eorum que sunt opinati sunt esse prin
cipia. posteriores autem et horum sapien
tiores. horum esse arbitrati sunt numeros.
Sicut igitur diximus si non entia hec
omnia sunt. nec una esse substantia nec ens
nullum esset. non enim accidentia dig
num est hec uocare entia. At uero si
hoc idem certificatur quod magis sunt
substantia longitudines corporibus et punc
ta. hec enim non uidemus qualium sint
corporum in sensibilibus esse impossibile est
esse. non enim substantia nec una. amplius appa
rent. hec omnia diuisiones esse
corporis. hoc quidem in latum. hoc quidem
in profunditate. hoc autem in longum. Ad
huc autem similiter in solido quelibet figura
quare si neque in lapide sunt nec
medium sic in cubo sic est tamquam
determinatum non genus nec superficies
sicut quelibet sit et hoc esset determi
nans medium. eadem est autem ratio et de punc
to et linea et unitate quare si maxime
quidem substantia est corpus. hiis autem mag

sunt hec. Nam sint autem hec substantie
quedam distinguunt. Namque ens et que
sit substantia eorum que sunt. Ad hec enim
dicta et que esse generationem et corruptio
nem accidunt irrationabilia. uidetur enim
substantia cum non sit prius nunc esse. At prius
cum uero sit postmodum post fieri et corrumpi
et pati puncta enim uel superficies et line
as non contingit nec fieri nec corrumpi
1002 b 1 nec aliquando esse aliquando non esse. cum enim tan
guntur et diuiduntur corpora simul
quidem in tangendo unum est. aliquando uero
duo diuisorum fiunt. quare nec composi
torum est. sed corruptum diuisorum que sunt que
prius non sunt. non enim indiuisibile punc
tum diuiditur in duo et si fiunt et
corrumpuntur ex aliquo fiunt. Si
militer autem se habet et de nunc quod est in tempore
non enim hoc fieri uel corrumpi. sed tamen al
terum uel semper esse et non substantiam aliquam cum sit.
Similiter autem manifestum est quoniam se habet et line
as et puncta et plana. eadem enim
ratio est omnia enim similiter sunt autem termini aut
6 1002 b 12 diuisiones omnia autem dubitabit ali
quis propter quid oportet querere quedam alia pre
ter sensibilia et media ut que poni
mus species et namque propter hoc quoniam ma
thematica ab hiis non alio modo diffe
runt. Sed quod multa quedam similia sunt.
species non differunt. quare non erunt prin
cipia numero determinata sicut nec
hic litterarum numero quidem omnium non sunt
principia determinata. specie autem ut
si opinetur aliquis huius sillabe aut huius
uocis. horum autem erunt et numero deter
minata. similiter autem est et in mediis in
finita namque semper et ubique specie similia
sunt. quare nisi sunt preter sensibilia et
mathematica alia qualia dicunt species non

erit una numero et specie substantia nec prin
cipia eorum que sunt numero qualesquedam
substantie sed specie. Sed igitur est hoc necessarium et species
necessarium est propter hoc esse et namque si male
colligunt dicentes species sic hoc quod uolunt
et necesse hoc dicere ipsis quod specierum substantia
quedam unaqueque sit et nulla secundum acci
dens. At uero si ponemus species et una
numero principia sed non specie diximus que
accidere necesse impossibilia proximo autem
hiis dubitare utrum potentia elementa
sunt aut quodam alio modo. si qui
dem enim aliter quouis prius erit prin 1003 a 1
cipiis aliquid prior enim potentia il
lo actu erit. possibile autem non necesse sit omne
se habere. si uero potentia sunt elementa nichil
fieri eorum que sunt. possibile est autem esse quod non
dum est. siquidem non sunt nichil fit impos
sibilium has ergo dubitationes ne
cesse est opponere de principiis et utrum
uniuersalia autem erunt sic dicimus singularia si
quidem enim uniuersalia non erunt substantie. nullum enim
communium hoc aliquid significat. sed quale substantia
uero hoc aliquid et ponetur quod communiter
predicatur multa erunt alia socrates ipse et homo
et animal siquidem significat singulare hoc
aliquid et unum. siquidem uniuersalia sunt prin
cipia hoc accidunt. si uero non uniuersalia sed
sicut singularia non erunt scibiles uniuersales
enim scientie sunt omnium quare erunt princi
pia alia priora principiis uniuersaliter pre
dicata siquidem debet esse eorum scientia.
Est autem scientia quedam que speculatur 1003 a 21
ens secundum quod est et que huic insunt
per se. hec autem non una que in parte dicta ipsa
nec enim una aliarum considerat uniuer
saliter de eo quod est in quantum est. sed partem ipsius
diuidentes eius hanc speculantur ac
cidens ut mathematice scientiarum. quoniam autem

principia et altissimas causas querimus, manifestum est quia alicuius nature necesse est secundum ipsam. Si igitur et elementa eorum que sunt querentes et hec principia querebant, necesse est et elementa eius quod est esse non secundum accidens sed secundum quod sunt entia; unde et nobis entis in quantum est ens prime cause accipiende sunt.

1003a33 Ens autem est dicitur multipliciter, sed ad unum et ad unam quandam naturam et non equivoce, sed sicut sanativum ad sanitatem omne, hoc quidem in faciendo illud vero in servando, aliud quod signum sanitatis, aliud quoniam susceptivum est illius; et ut medicativum ad medicinam, hoc quidem in habendo medicinam dicitur medicativum, aliud vero quia bene aptum est ad ipsam, illud vero quia opus est medicine. Similiter autem et alia accipiemus dicta his. Sic autem et ens dicitur multipliciter, sed omne ad unum principium. Alia namque quoniam substantie esse dicuntur, alia vero quoniam passiones substantie, quedam autem quoniam via in substantiam aut corruptiones aut privationes aut qualitates aut activa aut passiva substantie aut generativa substantie aut omnia ea que ad substantiam dicuntur, aut horum alicuius negationes aut ipsius substantie.

Unde et non ens esse non ens dicimus. Quemadmodum autem et sanativorum omnium una est scientia, similiter hoc et in aliis. Non enim eorum solum que secundum unum dicuntur scientie est speculari unius, sed et eorum que ad unam dicuntur naturam; etenim hec quodammodo dicuntur ad unum. Manifestum igitur quia et entia unius est speculari secundum quod entia. Ubique autem proprie prime scientie est et ex qua alia dependent et propter quod dicuntur. Si igitur hoc est substantia, substantiarum oportet principia et causas habere philosophum. Omnium autem generis et sensus unus unius et una scientia est, ut grammatica una cum sit considerat omnes voces.

Unde et ipsius entis quot species sunt secundum quod est ens, et circa species speculari unius scientie est genere, quascumque species speculari et species specierum. Si igitur ens et unum idem et una natura est in consequendo ad invicem sicut principium et causa, sed non sicut una ratione ostensum. Differt autem nichil nec si similiter acceperimus, sed et pro opere magis. Idem enim est homo et cum sit homo et unus homo, non alterum aliquid denuntiat secundum dictionem replicatum quod est homo et homo unus; palam autem quia non separantur in generatione similiter autem et in uno. Quare manifestum est quoniam appositio in his idem ostendit et nichil alterum preter ens et unum.

Amplius autem uniuscuiusque substantia unum est non secundum accidens, similiter autem et quod vere ens aliquid est. Quare quecumque unius species sunt tot sunt et entis, de quibus eiusdem scientie est genere considerare; dico autem sicut de eodem et simili et aliis talibus. Fere autem reducuntur omnia contraria 1004a1 in eius hoc. Consideranda autem nobis sunt hec in contrariorum. Et tot partes philosophie sunt quot substantie, quare necesse est quandam regulam et continuam ipsis sunt eis mox genera habentia ens et unum; unde et scientie sunt consequentes hiis. Est enim philosophus sicut mathematicus dicitur; etenim hec habet partes, et prima quedam et secunda est scientia et alie consequenter in disciplina. Quoniam autem unius est opposita considerare, uni autem opponitur multitudo, negationem autem et privationem unius est speculari propter id quod utrumque est considerare unum, cuius negatio aut privatio, aut quod simpliciter dicitur quoniam non est illi, aut ut alicui generi. Hinc quidem igitur uni differentia qua dicitur privatio. Uni autem multitudo opponitur, et opposita dictis alterum et dissimile et inequale et quecumque alia dicuntur aut secundum eadem aut secundum multitudinem. Unde dictam est cognoscere scientie quorum et contrarietas est. Differentia enim quedam contrarietas est, differentia autem alteritas est. Quare quoniam unum dicitur multipliciter, et hoc quidem multipliciter dicetur; tamen autem unius omnia cognoscere est. Non enim si multipliciter alterius est, sed si neque secundum unum neque ad unum referuntur rationes, tunc alterius est.

Quoniam autem omnia ad primum referuntur, ut quecumque unum dicuntur ad primum unum, similiter dicendum est et de eodem et de altero et de contrariis se habere. Quare dividentem quot modis dicitur unumquodque, sic assignandum est ad primum in uno quoque predicamento qualiter ad illud dicitur. Alia quidem enim in eo quod est habere illud, alia vero in eo quod est facere, quedam autem secundum alios modos dicuntur. Hoc manifestum igitur quia unius est et de his rationem habere et de substantia; hoc autem erat unum eorum que sunt in opinionibus. Et est philosophi de omnibus 1004b1 posse speculari. Si enim non philosophi, quis est intendens si idem sit Socrates et Socrates sedens, aut si unum uni contrarium, aut quot modis dicitur contrarium. Similiter autem et de aliis huiusmodi. Quoniam igitur unius secundum quod unum et entis in quantum est ens hec per se passiones sunt, sed non secundum quod numeri aut linee aut ignis, et in eis manifestum est quia illius scientie sunt et quid est cognoscere et que accidunt ipsis. Et accidentia ipsis et non sic peccant de his intendentes tamquam non philosophantes, sed quoniam prius substantia est de qua nichil audiunt. Quoniam sicut sunt et numeri in quantum numeri proprie passiones ut superfluitas, paritas, mensuratio, equalitas, excellentia, defectus, et hec secundum se ipsos et ad invicem insunt numeris; similiter autem et solido et immobili et ei quod movetur, non gravique et gravitatem habenti sunt et alie proprie, sic et enti secundum quod ens et ei quod est sunt quedam propria et sunt de philosophi consideratione. Signum autem est: dialectici enim et sophiste eandem quidem induunt figuram philosopho; sophistica enim visa solum sapientia, dialectici autem disputant de omnibus, commune autem est omnibus ipsum ens, disputant autem de omnibus ob hoc videlicet quod philosophie sunt ipsa propria. Circa quidem enim idem genus convertitur sophistica et dialectica cum philosophica, sed differt hec quidem modo potentie, alia autem vite voluntate. Est autem dialectica temptativa de quibus philosophia cognoscitiva, sophistica vero apparens, ens autem non.

Amplius contrariorum altera ordinatio privatio est, et omnia reducuntur in ens et non ens et in unum et multitudinem, ut status unius, motus autem multitudinis. Entia autem et substantiam confitentur fere omnia ex contrariis componi. Omnes enim contraria principia dicunt; alii quidem enim par et impar, alii vero calorem et frigus, quidam autem terminum et infinitum,

alii vero concordiam et discordiam. Omnia autem et alia videntur reduci in unum et multitudinem; accipiatur ergo reductio nobis adhuc; alia enim in hoc 1005a1 tamquam in genera incidunt. Manifestum igitur et ex his quoniam unius scientie est speculari omnia secundum ens in quantum ens. Omnia enim contraria aut ex contrariis

principium autem contrariorum unum et
multitudo est. Hec autem unius scientie sunt
sive secundum unum dicantur sive sic fortassis
ad unum. Sed tamen quoniam multipliciter di
catur unum, ad primum alia dicentur et con
traria similiter. Et propter hoc si non est ens et unum
universale et idem in omnibus aut separatum sicut
fortassis non est, sed alia quidem ad unum
alia vero consequenter est, tamen unius quidem
omnia speculari. Et propter hoc non est geome
tre speculari quid contrarium aut per
fectum aut unum aut idem aut ens
aut alterum sit, sed aut ex conditione.
Quod quidem igitur sit unius scientie ens
secundum quod ens speculari et que insunt ipsi
secundum quod ens, manifestum est. Et quod non solum
substantiarum sed illorum que insunt ipsis specu
lativa sit et eorum que dicta sunt de pri
ori et posteriori genere et specie toto et parte
3 et aliis huiusmodi. Dicendum autem est utrum unius aut
1005 a 19 alterius scientie sit de mathematicis vocatis
dignitatibus intendere et de substantia. Manifestum
igitur est quod unius scientie et que philosophi est et que
de hiis est intentio. Omnibus enim insunt
sed non generi alicui seorsum proprie ab aliis
et utuntur quidem omnes quia entis est secundum
quod ens. Unumquodque enim genus est ens.
Intantum autem utuntur inquantum illis suf
ficiens est. Hoc autem est quantum subest genus
de quo fiunt demonstrationes. Quare
manifestum est secundum quod secundum quod entia in
sunt omnibus. Hec enim ipsis commune circa
ens secundum quod ens, qui erit cognoscen
tis et de hiis est speculatio. Unde nullus
secundum partem intendentium in
ciatus sunt ad dicere de ipsis si sunt
vera aut non, non geometer aut aris
metricus, sed phisicorum hoc modo agentes soli
enim opinati sunt de ex tota natura

intendere et de ente. Quoniam autem
adhuc est phisicorum quidam superio
rum, unum enim aliquod genus est entis
natura, universalis et circa primam substantiam
considerandum et de hiis erit illa qui
dem consideratio. Est autem sapientia quedam 1005 b 1
phisica, sed non prima. Quecumque autem
videntur dicentium quidam de veri
tate quomodo oportet dicere per ineruditionem a
nalecticorum hoc faciunt. Oportet enim
venire scientes et non audientes querere.
Quod igitur sit philosophi de omni substantia secundum
quod apta nata est et de sillogisticis princi
piis considerare manifestum est. Conve
niens autem maxime cognoscentem circa
unumquodque genus dicere firmissima prin
cipia rei, quare et de hiis que sunt omnium cer
tissima. Hic autem est philosophus. Certissimum autem
omnium principium circa quod impossibile est men
tiri. Notissimum enim necesse est esse tale.
Quod enim non cognoscunt decipiuntur
omnes. Et sine subiacitur. Quod autem necesse est
habere quemlibet intelligentem entium que sunt,
hoc necesse est esse. Manifestum igitur quod quidem tale
omnium certissimum principium sit mani
festum est. Quid autem sit hoc post hoc di
camus. Idem enim simul esse et non esse impossibile est
et secundum quecumque determinavimus et ad
logicas gravitates sint determina
ta. Hoc autem omnium certissimum principi
orum habet predictam diffinitionem. Im
possibile enim quibuslibet opinari esse et non
esse, sicut quidam arbitrantur dicere Era
clitum. Non est necesse que aliquis dicit
et hoc opinari. Si vero non contingit
in esse eidem contraria, determinentur
autem a nobis hoc propositione consueta, con
traria autem est opinio opinioni que
est contradictionis, manifestum quoniam impossibile est

opinari eundem esse et non esse idem.
Simul enim haberet contrarias opiniones
mentiens de hoc. Unde omnes demon
strationes in hac reducunt ultimam
4 opinionem. Natura enim principium et
1005 b 35 aliarum dignitatum hoc est omnium. Sunt
autem quidam qui sicut diximus ipsique et
contingere dicunt idem esse et non esse opinantes.
Sic utuntur autem hac ratione multi qui
de natura sunt. Nos autem nunc ac
cepimus quod impossibile sit simul idem
esse et non esse, et ob hoc determinavimus
quod certissimum est principiorum omnium.
Volunt autem et hoc demonstrare quidam
propter ineruditionem. Est enim inerudi
tio non cognoscere quorum oportet querere de
monstrationem et quorum non oportet. Omnino quidem
enim omnium impossibile est esse demonstratio
nem, in infinitum enim vadet ut neque sic non sit.
Si vero aliquorum non oportet querere demon
strationem, qui quidem volunt magis hoc
principium non utique habent dicere. Autem de
monstrare arguitive et enim hoc de
quod impossibile est, sed si solum aliquid dicit
amphibologizans. Si vero nichil nul
lus ridiculum est querere rationem secundum quod
nullam habet. Simul enim amborum
arbitrium est huiusmodi inquantum huiusmodi. Iam
est autem demonstrare vel dico differen
ter et non demonstrare quoniam demonstrans
utique videtur petere quod in principio est.
Alterius autem causa huiusmodi causa sit argumentatio
utique et non demonstratio. Principium
autem de omnibus huiusmodi est non velle aut esse aliquid
dicere aut non esse. Hoc quidem enim fortas
sis aliquis opinatur quod est in princi
pio petere, sed est significare aliquid
et ipsi et alii. Hoc enim significat et ipsi et a
lii. Hoc enim necesse est si quid dicat ali

quid. Si enim non, non utique erit huic ratio nec
ipsi ad ipsum nec ipsi ad alium. Si
vero aliquis hoc det, erit demonstra
tio. Iam enim aliquid erit demon
stratum. Sed causa non demonstrans sed ex
pectans, destruens enim rationem expec
tat rationem. Primum quidem igitur manifes
tum est quod hoc ipsum verum sit quod significat no
men esse aut non esse hoc. Quare utique omne
aut sic aut non sic se habet. Amplius ergo si
ergo significat unum hoc sit animal bipes,
dico autem significare unum hoc: si hoc est homo et secundum
quod est homo hoc est quod est esse homini. Differt autem
nichil nec si plura dicat aliquis significare, 1006 b 1
solum autem si diffinita, ponetur enim uni
cuique rationi alterum nomen. Dico autem
sic ut si dicat hominem significare non unum sed
multa, unius quidem enim una ratio est anima
lis bipes. Sunt autem et altere plures deter
minate aut numero, poneret autem propri
um secundum unamquamque rationem. Si vero non po
nat sed infinita significare dicat, mani
festum quoniam non sit ratio. Unum enim significare ni
chil significare est. Non significantibus autem nomini
bus semotum est disputare ad invicem,
secundum autem veritatem et ad ipsum. Nichil enim
convenit intelligere nisi intelligen
tem unum. Si vero convenit, ponet utique
nomen huic rei unum. Sit sane, erit
ergo sicut dictum est secundum principium sig
nificans aliquid unum. Est non tamen con
tingit homini esse significare quod quidem non
esse, si homo significat non solum de uno sed
unum et unam naturam. Non enim
hoc volumus unum significare quod de
uno est, quoniam sic musicum et album et
homo unum significat, quare unum omnia erunt.
Univoce autem non erit esse et non esse idem, sed
autem secundum equivocationem quemadmodum

utique sicut quem nos vocamus
hominem alii non hominem vocent.
Quod autem dubitatur non hoc est, sed si contin-
git simul idem esse et non esse hominem non secundum
nomen sed rem. Siquidem non significat alterum homo
et non homo, manifestum quoniam idem est esse non ho-
minem cum eo quod est esse homini; quare erit homini esse
non homini esse. Hoc enim est unum significare:
sicut tunica et indumentum si ratio una
sit. Si vero erit unum, unum significat quod est esse homini
et non homini. Sed demonstratum est quod alterum significare
necesse est. Ergo si aliquid est verum dicere quoniam
homo est animal esse bipes, hoc enim erat quod
significat homo. Si vero necesse est hoc, non contin-
git non esse ipsum quod animal bipes; hoc autem significat
quod est necesse esse hominem. Idem vero quod est im-
possibile esse hominem non igitur contingit simul
esse dicere ipsum esse hominem et non esse ho-
1007a1 minem. Eadem autem ratio est et de non esse homi-
nem. Quod enim homini esse et non homini esse alterum
significat. Siquidem album esse et hominem
esse alterum significat. Multo enim opponitur
illud magis quam significat alterum. Si vero
hominem et album dicat illud significare
unum, iterum dicemus vere quod prius dictum est
quod unum omnia sunt et non solum opposita. Mul-
ta sunt. Si autem non est, hoc accidit quod
dictum est si respondeatur interrogatum simpliciter
opponatur aliquo interroganti sim-
pliciter et negationes non respondeat quod interro-
gatur. Nichil enim prohibet esse idem et ho-
minem et album et alia mille secundum
multitudinem. Sed cum interrogat si verum
esse hominem esse non hominem aut non, re-
spondendum est unum significans et non apponendum
quod album et magnum sit. Et namque infi-
nita cum sint accidentia impossibile est
transire. Aut ergo omnia transeat aut nullum.
Similiter et si milies sit idem homo et non homo

respondendum interroganti quod album non.
Sed si homo interrogatum est, homo simul sit et
non homo nisi et alia quaecumque accidunt
respondenda sunt. Si autem hoc non faciat, non
disputat. Omnino autem destruunt dicen-
tes hoc substantiam et quicquid erat esse.
Omnino enim necesse est accidere dicere ipsis
et quod quid homini est esse animali et non esse. Si
vero erit aliquid quod vere homini est esse,
hoc non erit non homini esse et cum hee ne-
gationes sint, unum erat quod significa-
bat et erat hoc alicuius substantia. Sub-
stantiam enim significare est quoniam est esse a-
liquid aliquod aliud esse ipsum. Si autem
inerit ipsi quod vere quidem homini est esse non
aliud erit. Quare necesse est ipsis dicere quod nul-
lius erit huiusmodi ratio. Sed omnia secundum accidens.
Hac enim distinguuntur substantia et accidens. 1007a32

Explicit vetus methaphisica.